TRACTATUS JURIS PUBLICI DE INSIGNI DIFFERENTIA INTER S.R.I. COMITES ET NOBILES...

Johann Adam Kopp, Josè Maria Fonseca de Evora

Digitized by Google



XIIII C 14

2

37
37 A
11

Digitized by Google

MAG 317

Digitized by Google

TRACTATUS JURIS PUBLICI
DE
INSIGNI DIFFERENTIA
INTER
S. R. I. COMITES
ET
NOBILES IMMEDIATOS.

ACCESSERUNT

SUPPLEMENTUM MULTIS DIPLOMATIBUS
ADHUC INEDITIS ET OBSERVATIONIBUS AUCTUM
NEC NON
DISCURSUS von denen Reichs = Gräflichen VOTIS CURIATIS
und deren Urſprung,
CUM INDICE LOCUPLETISSIMO

AUCTORE
JOHANNE ADAMO KOPP,
Illuſtriſſimi Comitis Yſenburgo - Birſteinenſis à Conſiliis.

EDITIO SECUNDA.



ARGENTORATI,
SUMPTIBUS: JOH. REINHOLDI DULSSECKERI.
Anno MDCCXXVIII.

Digitized by Google

37. 37. A. 11

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO

ATQUE

CELSISSIMO

COMITI AC DOMINO

DOMINO

WOLFFGANGO ERNESTO

COMITI YSENBURGI

ET BUDINGÆ &c. &c.

DOMINO SUO CLEMENTISSIMO.

Digitized by Google

Digitized by Google

ILLUSTRISSIME
AC
CELSISSIME
COMES,
DOMINE CLEMENTISSIME!

QUas ante tres & quod excurrit annos, ILLUSTRISSIMO NOMINI TUO conſecratas, de *Inſigni Differentia inter S.R.I. Comites & Nobiles Immediatos*, ex orbe peregrino tum obtuli pagellas, has eâdem devotiſſi-

Digitized by Google

tiſſimæ atque gratiſſimæ mentis ſubmiſſione præſens repetere, & denuò in Conſpectum TUUM proferre jam audeo, COMES ILLUSTRISSIME! ſimul quod ſecundam harum pagellarum editionem, & multis partibus auctam, & curis ſecundis ſolidius examinatam, haud minori, à CELSITUDINE TUA, favore acceptum iri ſpero: ſimul etiam quod eodem, quo ante pedes TUOS haſce pagellas depono, tempore, Reipublicæ Gubernaculis propiùs me admoves, atque ità majorum in dies beneficiorum memoriam publicè iterùm declarandi occaſionem mihi præbes indulgentiſſimè.

Singularis, fateor, ac immenſa eſt CLEMENTIA TUA, quæ ad immeritum illud honorum culmen me evehit: Singularis & plus quam gratioſa TUA HUMANITAS, quæ ad ſuſcipiendam tantam negotiorum molem me reddit alacriorem: Singularis denique Numinis Cœleſtis PROVIDENTIA, quæ hanc mihi ſpartam concedit, quamque ut eandem

dem

Digitized by Google

dem ſervitiis meis qualibuscunque dignè poſſim ornare, quotidiè magis precor. Accipe ergò, COMES ILLUSTRISSIME! pagellas haſce leviuſculas, uti animi gratiſſimi & perpetuæ Beneficiorum TUORUM in me vigentis memoriæ, ita & obſequii humillimi, & haud interruptæ benè de CELSITUDINE TUA Patriaque merendi voluntatis teſtes fronte ſerenâ, & clementiſſimè permitte, ut à ſplendore ILLUSTRISSIMI NOMINIS TUI lucem iterùm huic opuſculo atque tutelam mutuari ſuſtineam. Deum interim T.O. Maximum ſupplex veneror, ut TIBI, ILLUSTRISSIME COMES! valetudinis robur inconcuſſum, lætam animi ſerenitatem, exoptatiſſimos Conſiliorum ſucceſſus, & omnia, quibus CELSISSIMÆ DOMUS YSENBURGICÆ gloria & Patriæ ſalus perennatura abſolvitur, largiſſimè concedere velit, quo & ILLUSTRISSIMA FAMILIA perpetua TUA proſperitate lætari, & ſubjecti quique feliciſſimo pariter ac clementiſſimo TUO

RE-

Digitized by Google

REGIMINE perfrui adhuc poſſint quam diutiſſimè, quos inter & ſe ſuaque ſtudia humillimâ mente iterum atque iterum commendat

ILLUSTRISSIME COMES
CELSITUDINI TUÆ,

Offenbaci ad Mœnum 11. Calend. April.
MDCCXXVIII.

Sanctiſſima ſubjectionis lege
devotiſſimus,

JOHANNES ADAMUS KOPP.

Digitized by Google

VIRO
NOBILISSIMO
atque
CONSULTISSIMO
DOMINO
JOHANNI ADAMO KOPPIO
S. P. D.
JOH. HENRICUS BOECLERUS,
U. J. D. & Prof.

Cum ante longum jam temporis ſpatium in hanc Univerſitatem noſtram delatus eſſes, Vir Politiſſime, mihique glorioſa iſta provincia obtigiſſet, ut ILLUSTRISSIMI DOMINI COMITES YSENBURGICI, quos, ut ab Epiſtolis Ipſorum eſſes, huc eras comitatus, ex ſingulari erga me clementia, levidenſi meæ in ſtudiis inſtitutioni committerentur, occaſionem nactus fui quotidianis fere colloquiis de univerſa re literaria Tecum diſſerendi. Non una me ſemper perfudiſti voluptate, Vir Ornatiſſime. Dubius enim hærebam, cum plurimas, easque præclariſſimas, in Te deprehenderem ingenii dotes, quamnam tandem ex iis alteri deberem præferre. Obſervaveram nempe, Te non tantum inſigni literarum humaniorum pollere peritia, verum, quæ præcipua Tua laus eſt, in Jurisprudentiæ quoque ſtudio profundam plane adeptum eſſe eruditionem. Eniſus es inprimis ad faſtigium ſcientiæ Juris Publici, quam, indefeſſa Hiſtoricorum Germanicorum tractatione, tantam Tibi comparaſti, ut talem, qualem Tu habes, Rerum Germanicarum notitiam, apud alios, qui in ea, in qua Tu nunc es, conſtituti ſunt ætate, reperire vix liceat. Profuit autem Tibi ideo potiſſimum immenſa iſta lectio, quoniam exacto inſtructus

X judi-

judicio probe calluiſti, ea, quæ in ipſis negotiorum publicorum momentis uſum aliquem habere poſſent, in ſuccum & ſanguinem dexterrime convertere. Ne nunc quidem, Vir Clariſſime, decidere audeo, cuinam præcipue virtuti ex tot & tantis, quibus præ aliis emines, primatum concedere debeam. Judicent hac de re omnes illi, quorum in manus perveniet eruditiſſima Tua de ſplendiſſima materia Diſſertatio, atque ſciant inprimis, a me ne verbulum quidem illi eſſe additum, vel fuiſſe ſubtractum. Tu de cætero, Amiciſſime Koppi, bene vale, itèr tuum felix ingredere, & largiſſima ſtudiorum tuorum præmia, quæ ILLUSTRISSIMUS HERUS Tuus clementiſſime Tibi deſtinavit, lætiſſima mente accipe.

Scribebam Argentorati
ipſis Idibus Jul. MDCCXXIV.

PRO-

Digitized by Google

PROOEMIUM.

SI quæ unquam in Jure Publico noſtro Romano-Germanico controverſiæ magno utrinque ſtudio fuere ventilatæ, eam certè inter eas haud infimum locum obtinere arbitramur, quam inter plurimos Imperii Status & Nobiles Immediatos diu hactenus multumque agitatam fuiſſe, Acta atque ſcripta typis paſſim publicata abundè demonſtrant. Perſtrepunt in ſummis Imperii Judiciis infiniti ferè contra Nobiles Immediatos proceſſus, de reſtringenda ipſorum exemtione à ſubjectione territoriali: Audiuntur permultæ ubivis querelæ, de potentia eorundem excreſcente: Habentur maximæ de Nobilibus Immediatis, privilegia ſua in præjudicium Statuum Imperii plus juſto extendentibus, quærimoniæ: Atque hæc omnia haud obſcurè teſtantur, Nobilitatem Immediatam, non ignobile alias Imperii membrum, ſe intra terminos ſuos non ſemper continuiſſe, ſed impetratis ſenſim ab Imperatoribus privilegiis inſignibus, ad majora pariter atque altiora in dies aſpiraſſe, adeò, ut ſummi etiam Electores & Principes Imperii non ſolum ann. 1564. 1616. 1630. ſed noviſſimè adhuc ann. ſcil. 1713. ad defendenda ſua contra Nobilitatem

Immediatam Jura, arctiori ſe fœdere jungendos putaverint, cauſamque iſtius fœderis hiſce expreſſerint verbis: Zu wiſſen ſeye hiermit, nachdem bekandt, wie die unmittelbare Reichs-Ritterſchafft in vorigen Zeiten unter dem Vorwand ihrer nach und nach ohne Wiſſen, der dabey intereſſirten Ständen des Reichs ausgewürckter Privilegien, Freyheiten und Inveſtituren, auch mit deren Extenſionen, und Declarationen, denen Ständen des Reichs in ihren wohl hergebrachten, auch durch ſo viele ſanctiones Imperii pragmaticas in vim perpetuæ obligationis confirmirt, und ſtabilirten Juribus, Regalien, Præeminentien und Hoheiten, in viele Weege zu nah zu tretten, und Abbruch zu thun, ſich unterfangen, dahero die vor ihre Wohlfarth und Conſervation ſorgende Churfürſten und Fürſten des Reichs jederzeit bedacht geweſen, wie dem mit Nachdruck begegnet werde ꝛc. vid. *Union-Receſſus de ann.* 1713. einiger Fürſten *contra Ordinem Equeſtrem*, quem *BURGERMEISTER. ſuo Manual. Equeſtr.* adjecit.

Nec tali etiam ſorte contenti vivebant Nobiles Immediati, ſed privilegiis, tanquam præcipuis jurium ſuorum fulcimentis, & favore, quem fortè unus vel alter in Aula Cæſarea ſibi conciliaverat, freti, non ſolum cæteros ejuſdem Dignitatis Nobiles, qui ſub Principum poteſtate remanſerunt, alto præ ſe deſpicere ſupercilio, atque in inferiorem quaſi gradum conjicere, ſed & pari, quod ajunt, paſſu cum Comitibus ac Liberis Dominis incedere, Ordinique ſeſe intrudere ſunt auſi, à quo tamen, quantum quidem antiquitatis tempora mente reſpicere licet, toto fuere cœlo diſtincti. *Prius* ut probemus, non longè nobis argumenta ſunt arceſſenda, dummodo ipſos Nobilitatis Immediatæ Defenſores, in iisque vel unum *HIPPOLITUM* von Treißpach perluſtrare velimus, utpote qui in præfat. des Bedenckens der freyen Reichs-Ritterſchafft Stand und Seſſion betref-

treffend *p.* 2. Nobiles Immediatos cum Ingenuis, Mediatos verò cum miſerrimis iſtis Romanorum ſervis comparare audet. confer. *LERCH.* von des Reichs-Ritterſchafftl. Adels Herkommen ꝛc. apud *BURGERMEISTER. Bibliothec. Equeſtr. tom.* I. *pag.* 261. Ad confirmandum *poſteriùs*, Scripta Nobilium Immediatorum quæ vel ipſi elaborarunt, vel aliis elaboranda dederunt, ſatis afferunt teſtimonii, in omnibus enim præcipuam ferè curam eo intendunt, ut mundo perſuadeant, Comites Imperii & Nobiles Immediatos unius ejusdemque fuiſſe Ordinis, unum olim conſtituiſſe Corpus, utrorumque requirere utilitatem ac ſalutem, ut arctiori iterum nexu ſeſe conjungant, & quæ ſunt id genus alia. Imo ut per omnia Comitibus Imperii putarentur pares, ſeculo adhuc ſuperiori circa annum inprimis 1688. ad actuale in Comitiis votum & ſuffragium ardentiori aſpirare ſtudio nitebantur; Verùm opponentibus ſe Principum & Comitum, nec non Civitatum Imperialium Collegiis, ad ſpem inanem devoluti reipſa experti ſunt: *Arcum nimis intenſum, rumpi plerumque ſolere.*

Interim tamen ab integro ferè ſeculo, & quod excurrit, non defuere quoque Viri eruditi, maxime ex ipſo conſortio & miniſterio Equeſtri, qui jura eorundem mire excolere laborarunt, omnemque moverunt lapidem, ut Originem & Statum Nobilitatis Immediatæ nimium extollentes, conatibus hiſce ſpecioſum aliquod *Libertatis Originariæ* nomen prætexerent, & ad ulteriora obtinenda viam eo meliùs præſtuerent; Quos inter eminere videntur *Caſpar. Lerchius de Dürmſtein, Reinhardus de Gemmingen, Johann. Frid. de Lendersheim, Braitſchvverdtius, Kreidenmannus,* & *Hippolitus* von Treßbach, vel potius *Philippus Knipſchildius*, licet ultimus hicce ſtrenuum haud ita pridem in Regia hac Univerſate Adverſarium habuerit *Dn WINCLER* in *Diſſert. de Præced. Civit. Imp. præ Nobilit. Immed.* aliique Viri eruditi non adeo benignum de ipſius ſcripto, ſupra jam citato, judicium tulerint. vid. *RHET. de jur. Stat. Imp. circa ſacra cap.* 2. *num.* 15. Nemo autem eorum, quos jamjam recenſuimus, acrior unquam extitit Nobilitatis Immediatæ Propugnator,

Digitized by Google

gnator, quam *JOH. STEPH. BURGERMEISTER*, quippe qui præter vaſtas illas Scriptorum & Diplommtum Equeſtrium collectiones, inprimis etiam calamum direxit contra ILLUSTRISS. S. R. I. COMITUM Ordinem, dum Celeberrimi JCti *SCHILTERI Tract. de prærogativ. Comit. Imp.* refutaturus, librum aliquot abhinc annis, ſub indecoro Titulo: Des Grafen- und Ritter-Saals divulgavit, ubi maximâ quidem Styli ac Meditationum confuſione, totus tamen in eo fuit, ut Statum atque jura Comitum Imperii contemtim ubique extenuaret, iisque Nobiles immediatos, quoad ejus fieri poſſet, æquipararet, tantâ utique ſcribendi licentiâ, ut etiam cordatiores ex ipſo Ordinis Equeſtris Conſortio poſthæc nullum ampliùs à *Burgermeiſtero* ſcriptum, niſi præviâ ipſorum cenſurâ, emitti permiſerint. Non impunè quoque tulit hanc ſcribendi temeritatem, quippe brevi poſt editum hoc Scriptum, bina alia cauſam Comitum Imperii contra *Burgermeiſterum* fortiter propugnantia, typis vulgabantur, alterum ſub titulo: Gründlicher Bericht vom Adel in Teutſchland, ſamt einer Deduction von des hohen Reichs-Grafen und Herren Standes Würde und Berechtſamen rc. alterum: Das Adeliche Ritter-Feld, inſcriptum, in quibus argumenta contraria non ſolum egregiè fracta, ſed fundamenta quoque ulterioris indaginis haud parùm jacta videmus.

Quare cum ſingulari ILLUSTRISSIMI nec non CELSISSIMI COMITIS ac DOMINI mei CLEMENTISSIMI beneficio, exactis quidem jam dudum annis Academicis, denuo tamen ad limina Muſarum Regiæ hujus Univerſitatis Celeberrimæ redire mihi contigerit, mearum utique partium eſſe duxi, pro defendendis *Illuſtriſſimi S. R. I. Comitum Ordinis* dignitatibus atque prærogativis, vires meas qualeſcunque periclitari, & ſpecimine hoc qualicunque experiri, quid in illuſtrando iſto perdifficili argumento valeant humeri, quidque ferre recuſent. Et quemadmodum Burgermeiſterus omnem navavit operam, ut Comites Imperii & Nobilitatem Immediatam, contra ipſam fidem hiſtoricam Legesque Imperii

funda-

Digitized by Google

ſundamentales, ad omnem ferè æqualitatem redigeret; Ita contra per totam hanc Tractationem utriusque Ordinis diverſitatem è genuinis, quantum fieri poterit, fontibus demonſtrare, atque evincere conabor, ſemper & olim ab antiquiſſimis temporibus fuiſſe, & hodierno adhuc die adeſſe INSIGNEM DIFFERENTIAM INTER S. R. I. COMITES ET NOBILES IMMEDIATOS.

Titulum hunc, quem præſenti Tractationi inſcribere placuit, prolixâ indigere explicatione non arbitror, quippe cuncta ipſius vocabula intellectu ſunt facillima, & quid per Comites Imperii ut & Nobiles Immediatos denotetur, apud omnes Juris Publici Doctores ad nauſeam uſque explicatum invenitur, hoc unum ſaltem monens, me vocabulo *Comitum Imperii* non ſolos Comites, qui in ſpecie ita vocantur, ſed inſimul etiam *veteres Dynaſtas*, ſive *Liberos Dominos*, per excellentiam ita dictos, comprehendere. Ad methodum vero tractandorum quod attinet, *tribus* cuncta *Sectionibus* abſolvi, & quidem *Primâ* Originem atque Immedietatem: *Secundâ* Poteſtatem: & *Tertiâ* Dignitatem utriusque Ordinis; per ſingulas vero Sectiones, Differentias ubique notavi, & ad id animum potiſſimùm applicui, ut bina illa ſcripta, ſupra jam laudata, ſupplementum quoddam atque illuſtrationem uberiorem accipere poſſent. Ceterùm ſingulari mihi curæ fuit, ipſos adire fontes, ita tamen, ut Scriptores etiam recentiores non penitus neglexerim, ſed ſententias ipſorum vel illuſtrationis ergo adjunxerim, vel ſi fundamento deſtituerentur, libertate diſſentiendi Academica, adductis ubique rationibus, liberrime fuerim uſus; Specialiter autem obſervavi, Scripta ab utraque parte hactenus edita, in rebus antiquis ſeriem temporum plerumque neglexiſſe, ſine qua tamen, ob Statum Imperii haud parum ſæpiſſimè mutatum, non poteſt non multùm relinqui confuſionis, unde ad vitandam hanc, Statum

Co-

Digitized by Google

Comitum, Dynaſtarum, nec non Ordinis Equeſtris antiquum, ſecundum certas expoſui Epochas, ſingulaque teſtimoniis Legum Imperii, Diplomatum, & Scriptorum coævorum, vel cuilibet ſeculo proximorum confirmavi, ratus, methodum iſtam multùm quidem requirere laboris, maximum tamen inde toti huic controverſiæ affundi lumen: Num verò optatos inſtituti hujus exitus fuerim aſſequutus, id quidem eſt, quod cordato Lectoris ab omni partium ſtudio vacui judicio, lubens jam ſubmitto.

PRÆ-

Digitized by Google

PRÆFATIO
SECUNDÆ EDITIONIS.

SEcunda jam vice & prelo, & tuæ, Lector benevole! cenſuræ ſubjicitur Tractatus *DE INSIGNI DIFFERENTIA INTER S. R. I. COMITES ET NOBILES IMMEDIATOS* ante aliquot annos Argentorati à me conſcriptus, de cujus nova editione multùm quidem non habeo monere, habeo tamen adhuc nonnihil. Cum enim intereà temporis ad interiora tabularia noſtra aditus mihi eſſet patefactus, multa inveni Diplomata, quæ non dicta ſolum firmabant egregiè, ſed anſam quoque dabant ad ulteriores meditationes, & oſtendendam praxin eorum jurium, quæ à Doctoribus juris publici perperam adhuc in dubium vocabantur, unde haud pauca eorundem Supplemento inſerui, uſumque obſervationibus ubique ferê adjectis commonſtravi; Neque etiam tempora antiquiora penitùs neglexi, ſed quæ priore editione vel nimis conciſè dicta, vel non ſatis perſpicuê probata videbantur, clarioribus Scriptorum coævorum atque Diplomatum teſtimoniis illuſtravi: Inprimis verò, cum obſervarem, de votis S. R. I. Comitum curiatis nihil hucusque vel parùm ſolidi fuiſſe ſcriptum, Jus Comitiorum Illuſtriſſimi hujus Ordinis, ejusve Statum antiquum & modernum ſingulari, *de Votis curiatis eorumque Origine, Diſcurſu*, ex ipſis fontibus, Hiſtoria ſcilicet medii ævi, & Actis publicis, per ſeriem temporum deduxi: Quid ergò ſingulis fuerit præſtitum, tuum jam eſt, Lector cordate! judicare. Cæterùm ſuos quoque nacta eſt Adverſarios prior hujus Tractatus editio, quorum PRIMUS isque amiciſſimus eſt Vir Clariſſimus JOH. GEORGIUS ESTOR, utpote qui in egregio *de Miniſterialibus* Commentario contra ea, quæ de origine Miniſterialium à Vaſallis caſatis derivanda docueram, nonnulla oppoſuit, ad quæ *Sect. I. pag.* 44. *ſeqq.* reſpondi, penitus perſuaſus, amicum iſtud bellum vel ideò oppreſſum iri, quum in ipſa re maximam partem conveniamus, adeoque in verbis faciles eſſe debeamus. SECUNDUS erat Vir celeberrimus JOH. HENRICUS FELTZIUS, qui brevi poſt editum hunc Tractatum, ejus Sectionem ſecundam ſingulari Diſſertatione aggreſſus, atque Nobilitati

immediatæ Superioritatem territorialem denuò adſerere conatus eſt; Hujus ergò argumenta *Sect. II. pag. 456. ſeqq.* refelli, eaque majore adhuc delectatione refelliſſem, niſi tanti æſtimaſſet venerabilem metaphyſicam. Spem mihi fecerat Vir conſultiſſimus, ſe horas ſubſecivas reliquis ſectionibus adhuc refellendis dicaturum, verùm morte haud ita pridem præreptus, finem huic controverſiæ impoſuit. TERTIUS denique ac ultimus eſt Dn. HARPPRECHTIUS de HARPPRECHTSTEIN, qui edito contra Clariſſimum WINCKLERUM ſcripto *de jure Seſſionis & præcedentia Nobilit. immed. præ Civit. Imp.* in argumenta mea pro Illuſtriſſimo Comitum Imperii Ordine contra Nobilitatem immediatam prolata, neſcio quo caſu, incidit; Ad hujus verò objectiones prolixè reſpondere non erat operæ pretium, quoniam omnia, quæ de Nobilibus medii ævi invenit, ad hodiernam Nobilitatem ſucceſſu haud parùm infelici applicat, adeoque cramben decies poſitam centies recoquit, nihilque profert aut dicit, quod non ante ipſum jam ſæpius fuerit dictum & refutatum. Denuntiavit quidem mihi circa finem ejusdem Tractatus ſingulare adhuc bellum; Ego verò ipſi denuntio pacem, & ſanctè promitto, quamdiu meliorem ſibi de Statu medii ævi non acquirit notitiam, & ſolidiora profert, tamdiu etiam me ad omnes ipſius objectiones reſponſurum

NIHIL.

SECTIO I.

Digitized by Google

SECTIO I.

exhibens

DIFFERENTIAM INTER SACR. ROM. IMP.

COMITES & NOBILES

IMMEDIATOS

ratione

ORIGINIS atque *IMMEDIETATIS.*

SUMMARIA.

§. I.

COmitum Officium eſt antiquiſſimum, nec TACITO ignotum; non tamen ex plebe electi fuerunt Comites, ſed ab his diſtincti, officii eminentiâ, & ordinis dignitate, id quod docetur ex antiqua Germanorum in tres claſſes diſtinctione, quæ præcipuum eſt hujus tractationis fundamentum.

Quibus præmiſſis Status COMITUM, DYNASTARUM, & NOBILIUM per ſeriem temporum deducitur.

§. II. *Statuitur EPOCHA PRIMA ſub Regibus Merovingicis;*

Ubi Comites Jurisdictionem civilem & criminalem exercebant in ſuis Pagis, in omnes, adeoque & Liberos Homines: Habuerunt curam rerum militarium, non tamen Ducibus ſemper, neque extra reſpectum rerum militarium, ſed Regibus immediatè ſubfuerunt: Ad Comitia vocabantur, maximis elogiis honeſtabantur, atque præter hoc Comitatus Officium, Domini etiam erant magnorum Allodiorum.

§. III. *NOBILIUM ſive DYNASTARUM Ordo num apud*

Francos

Francos ſeparatus fuerit à Liberis Hominibus? Sententia Negantium, & Affirmantium affertur, atque hac pluribus teſtimoniis confirmatur.

§. IV. *Tales ergo NOBILES ſive DYNASTÆ ſub Merovingis non ſolum multa poſſidebant Allodia, ſed & ad Honores & Beneficia vocabantur, & quidem ſoli, excluſis Liberis Hominibus: Liberi ipſorum in Aula Regis plerumque educabantur, & viam inde ſibi parabant ad ſummos Honores; Unde ſolus NOBILIUM Ordo ad Ducatus, Comitatus, cateraque Regni officia admittebatur.*

§. V. *Nobilitas hodierna Merovingorum avo ſub LIBERIS tantum HOMINIBUS fuit comprehenſa: Quod ulterius probatur, & objectiones contraria removentur.*

§. VI. *LIBERI iſti HOMINES poſſidebant Allodia, ſed exigua: Ad beneficia & honores majores non admittebantur, ſed nudi erant ſubditi; Non tamen à ſervitiis militaribus immunes: Comitibus domi militiaque erant ſubjecti, nec juramentum fidelitatis immediate Regi praſtabant, ſed Comitibus & Miſſis Regiis.*

§. VII. *EPOCHA SECUNDA ſub Imperatoribus Carolingis.*

Comites hoc tempore pleniſſimam habebant juriſdictionem, in omnes, etiam Liberos Homines in ipſorum Pagis commorantes; quod probatur Formula Tratmanniana, eaque à falſitatis ſuſpicione liberatur contra Gryphiandrum: Comites etiam prafuerunt rei militari: Aderant comitiis tanquam proceres: Proprios Conventus inſtituebant in ſuis Pagis: Imperatoribus immediatè ſuberant: A ſententiis ipſorum ad Regem immediatè provocabatur: Maxima ipſis tributa Elogia: Filii ipſorum pra cateris admittebantur ad beneficia paterna: poſſidebant magna Territoria jure Allodiorum.

§. VIII. *LIBERI DOMINI ſive DYNASTÆ ſub Carolingis dicti Viri Inluſtres & Barones Regii. Prarogativa ipſorum (1.) quando Munera ſubibant VASSORUM DOMINICORUM vel in Aula, vel in Provinciis, vel in Expeditionibus bellicis, ſiquidem Vaſſi Dominici non fuerunt ex Ordine hodierna Nobilitatis. (2.) Quando Domi remanſerunt, ubi Imperatoribus immediatè ſubfuerunt: Comitiis publicis aderant: Juriſdictionem in Vaſallos & ſubditos ſuos exercebant. Ex iis ſumebantur Comites, Miſſi Regii, Vice-Comites, &c. Et omnes Duces, Comites cateriqne Proceres fuerant Liberi Domini, non contra.*

§. IX. *LIBERORUM HOMINUM nomine hodierna Imperii Nobilitas adhuc dum veniebat, quod probatur contra Burgermeiſterum: Hi non ſolum propria poſſidebant pradia, quorum intuitu tanquam Milites Gregarii caſtra ſequebantur, & excubias agebant, ſine licentia Regis Eccleſiis ſe in ſervitium*

tradere

Digitized by Google

tradere non poterant, & qui ad arma vocati non apparuerunt, Heribannum ſolvere tenebantur; Sed & ad Beneficia nunc admittebantur, licet militaria ſaltem, Vaſallique fiebant Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, aliorumque Optimatum; Imo & quilibet ſibi Seniorem cogebatur eligere. Adeoq; Comitibus ſuberant ut Comitibus, ut Senioribus, & ut Dominis feudalibus; Ex quibus poſtremis deducitur origo MINISTERIALIUM.

§. X. *MINISTERIALES erant triplicis generis: vel ex ordine NOBILIUM, vel LIBERORUM HOMINUM, vel SERVORUM. Miniſterialium ex ordine Liberorum vera origo, non à Libertis petenda; Eorumque ſervitia erant vel civilia, vel militaria: Ad ea peragenda prædia accipiebant: Nondum tamen adeò adſtricta erat ipſorum conditio.*

Antequam ad ulteriora procedatur, ſub Imperatoribus Saxonicis examinatur.

§. XI. Primo *Doctrina de* ARCHI-PRINCIPIBUS, *& num reliqui Proceres ipſorum Dominatui fuerint ſubjecti? quod negatur. Non enim habuerunt hunc Dominatum ab Imperatoribus: Neque à ſe ipſis & ſuis Majoribus: Nec ab electione populi: Quod exemplis probatur* BOJORUM, SUEVORUM, THURINGORUM; *fuerunt quidem auctoritate magis conſpicui cæteris, non tamen ſoli integrarum provinciarum Domini.*

§. XII. Deinde *Doctrina de* TERRIS MEDIATIS *&* IMMEDIATIS, *quæ penitus rejicitur. Nam* Cocceji *numerus populorum contrariatur Scriptoribus coævis: Falſo nititur Principio de Terris Mediatis & Immediatis:* Coccejus *ex ipſo* Coccejo *refellitur, atque probatur ex eodem: omnes Provincias fuiſſe Mediatas: omnes itidem Immediatas.*

Et ita Tranſitus fit:

§. XIII. *Ad* EPOCHAM TERTIAM *ſub Imperatoribus Saxonicis;*

Ubi Status Comitum illuſtratur ex Ævo Carolingico, quoniam Saxones hoc continuare potius, quam novum inchoare, ac propterea Capitularium autoritatem conſervare ſtuduerunt. Unde falſa ſunt, quæ de tanto Ducum dominatu dicuntur: Falſum, omnes Comites tum fuiſſe Mediatos; quod demonſtratur per omnes Provincias, nimirum: FRANCIAM *&* TERRAM RHENENSEM, SUEVIAM, BAVARIAM, SAXONIAM, THURINGIAM, LOTHARINGIAM; *Et docetur Comites pariter ac Duces Eccleſias ſub ſua habuiſſe poteſtate: Nomina Ducum & Comitum ſæpiſſime fuiſſe promiſcuè ſumpta: Feuda ipſorum Vexillaria: Controverſias coram Rege dijudicatas, etiam in matrimonialibus.*

§. XIV. DYNASTARUM *ſive* BARONUM *ſub Impp. Saxonicis*

nicus æqualis adhuc erat cum Comitibus & Ducibus natalium dignitas; Omnes enim ex ordine Nobilium, *quibus publica officia non erant commiſſa, dicebantur Barones, Ducum etiam & Comitum filii: Omnes ex iis Duces & Comites delecti. Magnarum terrarum erant Domini: Habebant jus ſuffragii in Comitiis: Cauſæ ipſorum reputatæ pro cauſis majoribus, & coram ſolo Imperatore & Statibus dijudicatæ: Feuda tenebant Vexillaria, & milites ſub Vexillis ſuis in prælium educebant; Adeoque fuerunt immediati.*

§. XV. *Ab iis diſtinctus erat ordo LIBERORUM HOMINUM, qui hoc ævo plerumque dicebantur MILITES vel SATELLITES, & erant diverſæ conditionis: ALII enim in agris habitabant, & dicebantur MILITES AGRARII, non tamen cum plebejis comparandi; Quibus loco ſtipendii prædia plerumque diſtribuebantur, ita ut hæc etiam in Filios transferrent, ac nemo plebejæ conditionis ad ea admitteretur: ALII migrarunt in Urbes & vocabantur PATRICII, qui tamen ævis poſterioribus deſpicatui ſunt habiti à cæteris ex ordine Equeſtri: ALII erant in Aulis, & dicebantur MINISTERIALES, quorum conditio utut maximè fuerit diverſa, nullus tamen admittebatur, niſi fuerit ex ordine Equeſtri: Officia, quibus fungebantur, erant diverſa, eaque ad certum terræ tractum adſtricta. Omnes autem iſti ex ordine militari adhuc fuerunt Mediati; quod probatur de MINISTERIALIBUS; de MILITIBUS URBICIS in civitatibus Imperialibus, Epiſcopalibus, & Præfectoriis; de MILITIBUS AGRARIIS, non ſolum ratione Allodiorum, ſed & beneficiorum intuitu, quoniam feuda ipſorum erant mediata, etiamſi è bonis Imperialibus provenerint.*

Sequitur

§. XVI. *EPOCHA QUARTA ſub Imperatoribus Franconicis;*

Quo tempore Status COMITUM adhuc fuit Immediatus in SAXONIA, THURINGIA, FRANCONIA, SUEVIA & BAVARIA; Comites habebant jus Imperatorem eligendi, Electum exaugurandi, & Exauctoratum recipiendi, cum Ducibus adhuc commune; Apparebant in comitiis, ubi tanquam Pares Curiæ Imperialis & judicabant, & judicabantur, quoniam feuda tenebant Regalia & Vexillaria; Hinc magnæ adhuc erant Auctoritatis & Immediati, etiamſi Epiſcoporum Ducumve Milites interdum fierent.

§. XVII. *DYNASTÆ ſive BARONES ſub Impp. Franconicis genere erant Illuſtres, & Imperatoribus cognatione interdum conjuncti: Cauſæ ipſorum reputatæ pro cauſis majoribus: Ipſique Principibus adnumerati; Unde de ipſorum Immedietate idem dicendum, quod*

de

Digitized by Google

de Comitibus probavimus: Eadem ipſis adſcribitur Autoritas in Negotiis publicis: Fœdere jungebantur Ducibus & cæteris Imperii Statibus: Apparebant in comitiis ſub nomine NOBILIUM, excluſo hodierna Nobilitatis ordine; Quod probatur contra Hippolitum à Treißpach. Et omnes denique ex ordine Nobilium, Baronum nomine veniebant, qui publicis officiis non præfuerunt.

§. XVIII. ORDO EQUESTRIS ſub Impp. Franconicis maximè quidem diſtinctus erat ab Ordine PLEBEJORUM, & pleniorem obtinuit ſucceſſionem in feudis; ſed etiam diverſus ab ordine NOBILIUM, intuitu MILITIÆ, SUBJECTIONIS, JUDICIORUM & POENARUM.

Adjicitur tandem

§. XIX. EPOCHA QUINTA ſub Imperatoribus Suevicis;

Ibique COMITUM Status an & quomodo MEDIATUS fuerit factus in BAVARIA & SAXONIA, AUSTRIA, THURINGIA, SUEVIA & FRANCONIA? docetur, & oſtenditur, unde origo diſtinctionis inter Comites Immediatos & Mediatos ſit deſumenda.

§. XX. Comites IMMEDIATI ſub Impp. Suevicis Comitatus ſuos reddiderunt hæreditarios: Exercuerunt Juriſdictionem civilem pariter ac criminalem in omnes, ex ordine etiam Equeſtri, Homines: Feuda ipſorum erant regalia & Vexillaria, adeoque Individua & Immediata: Unde Comites tanquam Status Immediati Comitiorum Negotiis adfuerunt, & ibidem etiam communi Principum conſenſu ſunt judicati.

§. XXI. BARONES ſive DYNASTÆ ſub Impp. Suevicis alii facti ſunt Mediati, alii Immediati permanſerunt. Immediati gaudebant feudis Vexillariis, aliisque Regalibus: Sententiam dixerunt in Curia Imperiali tanquam Pares: Apparuerunt in Comitiis: Exercuerunt adhuc Jus eligendi Imperatores: Et à ſolo Imperatore & Statibus Imperii judicabantur. Hinc Diſtinctio orta inter LIBEROS SUMMOS, Semper-Freyen; LIBEROS MEDIOXUMOS, Mittel-Freyen; & LIBEROS INFIMOS, Freye Land-Saſſen: Hinc etiam Barones Immediati poſtea nominari maluerunt LIBERI DOMINI, quam BARONES.

§. XXII. Imò & Comites ſæpiſſimè DOMINI nuncupari maluerunt, quam COMITES; quod multis Comitum, imprimis Wetteravicorum, exemplis illuſtratur; Hujusque rationem non ab ADVOCATIA WETTERAVIÆ petendam eſſe demonſtratur contra Burgermeiſterum, & duplex in Wetteravia Advocatia, quarum altera erat ambulatoria, altera Familiæ Münzenbergiæ peculiariter annexa, & poſtea in Yſenburgenſes translata, explicatur.

§. XXIII. *ORDINIS EQUESTRIS Status ſub Impp. Suevicis adhuc erat diſtinctus ab Ordine plebejorum, & generali interdum MINISTERIALIUM nomine veniebat: MINISTERIALES autem varii adhuc erant generis: ALII ex Ordine NOBILIUM, qui MINISTERIALES IMPERII, & Epiſcoporum ſunt facti; ALII ex ORDINE EQUESTRI, quorum conditio facta eſt adſtrictiſſima; Deſiit tamen iſte nexus circa Med. Seculi XIV.*

§. XXIV. *Ex ORDINE etiam EQUESTRI oriri jam cœpit NOBILITAS IMMEDIATA, cujus Origines atque Incrementa, in larga Terrarum Hohenſtauffiarum diſtributione, Ducum Sueviæ interitu, magno Germaniæ Interregno, turbidis Diffidationum Temporibus, & frequentiori uſu Militis mercenarii, ſunt quærenda.*

§. XXV. *His tamen non obſtantibus ORDO EQUESTRIS regulariter ſubjectus manebat Statibus, in quorum Territoriis Sedes ac Bona habebat; quod demonſtratur per FRANCONIAM, ac inprimis TERRAM RHENENSEM & WETTERAVIAM; ubi Nobiles Comitibus atque Dynaſtis ſubjecti erant, non ſolum intuitu perſonarum ſuarum, etiamſi Burggravii eſſent Caſtrorum immediatorum; ſed etiam ratione Prædiorum: Adeò, ut exemptio à jurisdictione etiam inferiore, & Immunitas ab oneribus, ſi quâ gaudere volebant, a Domino territoriali eſſet impetranda.*

§. XXVI. *Deductâ ita per ſeriem temporum differentiâ* Originis *ac* Immedietatis, *inter S. R. I. Comites & Nobiles Immediatos, refutantur diſcurſus* Gemmingiani *de quadruplici Nobilitatis Immediatæ origine.*

§. XXVII. *PRIMAM hi Claſſem tribuunt Aboriginibus; Sed non fuiſſe eos ex ordine hodiernæ Nobilitatis Immediatæ, probatur: Neque ipſorum libertas & propagatio per ſeriem temporum ab Adverſariis demonſtratur.*

§. XXVIII. *SECUNDAM Militibus Romanorum Limitaneis; At & hi fuére Milites Gregarii, ac proinde non Immediati: Neque ab ullo hactenus probatum, an & quinam hodiernorum Nobilium ab illis deſcenderint: Nec etiam deductio Familiæ* Gemmingianæ *id præſtitit.*

§. XXIX. *TERTIAM Francis à Clodovæo M. multis prædiis donatis; Verùm & hoc iterum non probatur: Falſum eſt, Comites & hodiernos Nobiles tum eiusdem fuiſſe ordinis: Falſum, Aſſeſſores Comitum fuiſſe Ruſticos.*

§. XXX. *QUARTAM recentioribus à Carolo M. ad hæc usque tempora nobilitatis; Sed falſo iterum præſupponitur, Nobilitatem jam tum fuiſſe Immediatam, ab ipſo Imperatore judicatam, veram eſſe ſuppoſititiam Caroli M. orationem, & per Documenta recentiora probari poſſe Statum antiquum. Concluſio.*

§. I,

§. I.

Comitum officium eſt antiquiſſimum,

COMITUM vel GRAVIONUM Officium apud antiquiſſimos etiam Germanorum populos ſingulari jam inter cætera eminuiſſe auctoritate, atque eandem fere, quæ Ducum fuit, originem ex adminiſtratione judiciorum & rerum militarium ſumſiſſe, nemo, qui vel obiter ſaltem vetera hiſtoriæ monumenta perluſtravit, facile negaverit.

nec Tacito ignotum;

Quinimo ipſe etiam *TACITUS* in eleganti *de moribus Germanorum* libello *cap.* 12. eorum jam fecit mentionem, quando ait: *Eliguntur in iisdem Conciliis & PRINCIPES, qui jura per Pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe COMITES, Conſilium ſimul & Auctoritas, adſunt.*

non tamen ex plebe electi fuerunt Comites, ſed ab hiſce diſtincti,

Cave tamen credas, Francorum Comites ejusdem fuiſſe cum hisce *Comitibus ex plebe electis* conditionis; Fuerunt potius & Officii eminentia & auctoritate quam habebant, longe ab illis diverſi, nihilque ipſis omnino cum ejusmodi comitantibus erat commune. TACITUS enim Comites hîc, latini ſermonis proprietate, vocat eos, qui officii cauſa Principes atque Majores comitabantur, quorumve conditionem ibidem *Cap.* 13. *&* 14. latius adhuc exponit, ajens: *Gradus quin etiam & ipſe COMITATUS habet, judicio ejus quem ſectantur. Magnaque & COMITUM æmulatio, quibus primus apud PRINCIPEM ſuum locus: & PRINCIPUM, cui plurimi & acerrimi COMITES. Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute Comitatus emineat, expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipſâ plerumque famâ bella profligant. Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci; turpe Comitatui, virtutem Principis non adæquare. Jam verò infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant: Comites pro Principe.*

Officii eminentia,

At Principes jura per pagos vicosque reddebant, Principes militia ſive comitatu ſtipati in bellum proficiſcebantur, hi erant Principes regionum & pagorum, qui controverſias domi minuebant, populoque ſuo in ſingulos annos agros attribuebant, atque anno poſt alio tranſire cogebant, teſte *JUL. CÆSAR. de bell. Gall. lib.* 6. *Neque quisquam agri modum certum, aut fines*

Digitized by Google

ſines proprios habet; ſed Magiſtratus ac PRINCIPES in annos ſingulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, & quo loco viſum eſt, attribuunt agri; atque anno poſt alio tranſire cogunt. Et paulo poſt: *In pace nullus communis eſt magiſtratus; ſed PRINCIPES REGIONUM atque PAGORUM inter ſuos jus dicunt, controverſiasque minuunt.* Adeoque eosdem fuiſſe *Principes* tales, quos ſequior ætas apud Francos cæterosque Germanorum populos *Comites*, vel voce ſemigermanica *Graviones* vocavit, ipſa *Taciti* verba, maximaque ibi deſcripta Comitum multitudo, docent, idque jam pridem obſervatum a Viris celeberrimis *BIGNON. in not. ad Marculf. formul. lib. 1. cap. 8. apud Baluz. tom. 2. pag. 888. HERT. in Notit. veter Germ. popul. part. 1. cap. 4. §. 7. CONRING. de orig. jur. germ. cap. 7. pag. 29. GUNDLING. diſſert. An nobilitet venter? cap. 2. §. 1. 2. 3. & 4.* Deinde etiam alia adhuc inter utrosque Comites aderat differentia, intuitu ſtatus vel ordinis originarii; Comites enim, de quibus Tacitus agit, ex plebe erant electi: at Francorum Comites ex ordine Principum ſive Nobilium, & quamvis Principum filii, ut in armis ſeſe exercerent, nonnunquam inter Comites iſtos, ſive militum cohortes, aſpicerentur, teſte eodem *TACITO de Morib. Germ. cap. 13. Inſignis Nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant. Ceteris robuſtioribus ac jam pridem probatis aggregantur. NB. nec rubor inter Comites aſpici.* Illa tamen Ordinum diſtinctio accurate ſemper fuit obſervata. Germani namque olim triplici potiſſimum vivebant Ordine diſtincti, alii erant in ſtatu NOBILIUM, alii in ſtatu INGENUORUM, alii denique in ſtatu LIBERTORUM & SERVORUM, ſive PLEBEJORUM. Invenimus hanc triplicem, vel ſi libertos a ſervis ſeparare, iisque peculiarem hominum in Republica viventium claſſem aſſignare mavis, quadruplicem ordinum differentiam, in ipſo *TACITO cit. lib. de Morib. Germ. cap. 25.* ubi ita: *LIBERTI non multum ſupra SERVOS ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſuper INGENUOS & ſuper NOBILES aſcendunt.* Idem de Saxonibus in ſpecie docet *NITHARDUS de diſſ. filior. Lud. Pii lib. 4. apud Schilter. ſcript. rer. Germ. pag. 105. Quæ gens omnis in tribus ordinibus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos qui EDHILINGI, ſunt qui FRILINGI, ſunt qui LAZZI illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc ſunt NOBILES, INGENUILES atque SERVILES.* De Suevis eandem hanc ordinum

& Ordinis dignitate,

idque docetur ex antiqua Germanorum in tres claſſes diſtinctione,

dinum diverſitatem inter *Principes* ſive *Nobiles Ingenuos* atque *Servos*, annotavit *TACITUS de mor. Germ. cap.* 38. his verbis: *Inſigne gentis, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere. Sic Suevi à ceteris Germanis: Sic Suevorum INGENUI à SERVIS ſeparantur - - - - apud Suevos usque ad canitiem horrentem capillum retrò ſequuntur, ac ſæpe in ipſo ſolo vertice religant. PRINCIPES & ornatiorem habent.* Nec aliud antiquæ Germanorum leges nos docent, quippe quas in dictandis forte pœnis nihil fere tam ſedulò, quam iſthanc ordinum diverſitatem obſervare videmus. De Friſiis id teſtatur *LEX FRISION. tit. 15. Compoſitio hominis NOBILIS libra XI. Compoſitio LIBERI libra V. & dimidia. Compoſitio LITI libra II. & unciæ IX. Compoſitio SERVI libra I. & unciæ IV.* De Thuringis idem obſervat *LEX ANGLIOR. & WERINOR. tit. 1. n. 1. 2. & 4. apud Leibnitium tom. 1. rer. Brunſ. pag. 82. Si quis ADALINGUM occiderit, DC. ſol. componat. Qui LIBERUM occiderit, CC. ſol. componat. Qui SERVUM occiderit, XXX. ſol. componat.* Hæc autem antiqua Germanorum, in tres claſſes ſive ordines diſtinctio, eò magis hic notari meretur, quum non ſolum Comites Francorum, ab illis, quos Tacitus ex plebe electos dicit, diſtinguat egregiè, ſed & præcipuum ſit totius noſtræ tractationis fundamentum, ex quo, tanquam fonte puriori, genuinam inter Comites Imperii & ordinem Equeſtrem differentiam, optimè derivandam cenſemus. Non tamen interim negamus, Tacitum cæterosve hujus ævi Scriptores pauciſſimos multum nobis reliquiſſe incertitudinis, resque Germanorum circa hæc tempora maximis adhuc tenebris eſſe circumfuſas, quamobrem in explicando utriusque, Comitum videlicet & ordinis Equeſtris, ſtatu ſub Romanorum imperio, diutius nunc non commoramur.

qua præcipuum eſt hujus tractationis fundamentum.

Tranſitus ad ævum Merovingicum.

§. II. Progrediamur potius ad ea tempora, ex quibus Scriptores coævi & Leges Imp. publicæ ad illuſtrandam *Comitum, Dynaſtarum*, ut & *ordinis Equeſtris* conditionem, plura nobis atq; certiora ſuppeditant veſtigia; Ubi verò, cum non eadem ſemper ipſorum fuerit conditio, certas obſervabimus EPOCHAS, quarum PRIMA ea ſiſtit tempora, quibus gubernacula Imperii Francici tenuêre Reges *Stirpis Merovingicæ*. Sub horum enim Imperio *Comites* & *Dynaſtas* planè ſeparatum jamjam conſtituiſſe Ordinem, & potentia, auctoritate atque dignitate, *Ordinem Equeſtrem* multum ſuperaſſe, leges ac Scriptores iſtius ævi abundè teſtantur. Comites namque à Regibus Merovingicis præcipuè quidem ad Jus dicendum erant conſti-

Comites ſub Merovingis

Digitized by Google

immediatæ Superioritatem territorialem denuò adſerere conatus eſt; Hujus ergò argumenta *Sect. II. pag. 456. ſeqq.* refelli, eaque majore adhuc delectatione refelliſſem, niſi tanti æſtimaſſet venerabilem metaphyſicam. Spem mihi fecerat Vir conſultiſſimus, ſe horas ſubſecivas reliquis ſectionibus adhuc refellendis dicaturum, verùm morte haud ita pridem præreptus, finem huic controverſiæ impoſuit. TERTIUS denique ac ultimus eſt Dn. HARPPRECHTIUS de HARPPRECHTSTEIN, qui edito contra Clariſſimum WINCKLERUM ſcripto *de jure Seſſionis & præcedentia Nobilit. immed. præ Civit. Imp.* in argumenta mea pro Illuſtriſſimo Comitum Imperii Ordine contra Nobilitatem immediatam prolata, neſcio quo caſu, incidit; Ad hujus verò objectiones prolixè reſpondere non erat operæ pretium, quoniam omnia, quæ de Nobilibus medii ævi invenit, ad hodiernam Nobilitatem ſucceſſu haud parùm infelici applicat, adeoque cramben decies poſitam centies recoquit, nihilque profert aut dicit, quod non ante ipſum jam ſæpius fuerit dictum & refutatum. Denuntiavit quidem mihi circa finem ejusdem Tractatus ſingulare adhuc bellum; Ego verò ipſi denuntio pacem, & ſanctè promitto, quamdiu meliorem ſibi de Statu medii ævi non acquirit notitiam, & ſolidiora profert, tamdiu etiam me ad omnes ipſius objectiones reſponſurum

NIHIL.

SECTIO I.

SECTIO I.

exhibens

DIFFERENTIAM INTER SACR. ROM. IMP. COMITES & NOBILES IMMEDIATOS

ratione

ORIGINIS atque *IMMEDIETATIS.*

SUMMARIA.

§. I.

COmitum Officium eſt antiquiſſimum, nec TACITO ignotum; non tamen ex plebe electi fuerunt Comites, ſed ab his diſtincti, officii eminentiâ, & ordinis dignitate, id quod docetur ex antiqua Germanorum in tres claſſes diſtinctione, quæ præcipuum eſt hujus tractationis fundamentum.

Quibus præmiſſis Status COMITUM, DYNASTARUM, & NOBILIUM per ſeriem temporum deducitur.

§. II. *Statuitur EPOCHA PRIMA ſub Regibus Merovingicis; Ubi Comites Jurisdictionem civilem & criminalem exercebant in ſuis Pagis, in omnes, adeoque & Liberos Homines: Habuerunt curam rerum militarium, non tamen Ducibus ſemper, neque extra reſpectum rerum militarium, ſed Regibus immediatè ſubfuerunt: Ad Comitia vocabantur, maximis elogiis honeſtabantur, atque præter hoc Comitatus Officium, Domini etiam erant magnorum Allodiorum.*

§. III. *NOBILIUM ſive DYNASTARUM Ordo num apud*

Francos ſeparatus fuerit à Liberis Hominibus? Sententia Negantium, & Affirmantium aſſertur, atque hac pluribus teſtimoniis confirmatur.

§. IV. *Tales ergo NOBILES ſive DYNASTÆ ſub Merovingis non ſolum multa poſſidebant Allodia, ſed & ad Honores & Beneficia vocabantur, & quidem ſoli, excluſis Liberis Hominibus: Liberi ipſorum in Aula Regis plerumque educabantur, & viam inde ſibi parabant ad ſummos Honores; Unde ſolus NOBILIUM Ordo ad Ducatus, Comitatus, cæteraque Regni officia admittebatur.*

§. V. *Nobilitas hodierna Merovingorum ævo ſub LIBERIS tantum HOMINIBUS fuit comprehenſa: Quod ulterius probatur, & objectiones contrariæ removentur.*

§. VI. *LIBERI iſti HOMINES poſſidebant Allodia, ſed exigua: Ad beneficia & honores majores non admittebantur, ſed nudi erant ſubditi; Non tamen à ſervitiis militaribus immunes: Comitibus domi militiæque erant ſubjecti, nec juramentum fidelitatis immediate Regi præſtabant, ſed Comitibus & Miſſis Regiis.*

§. VII. *EPOCHA SECUNDA ſub Imperatoribus Carolingis.*

Comites hoc tempore pleniſſimam habebant juriſdictionem, in omnes, etiam Liberos Homines in ipſorum Pagis commorantes; quod probatur Formula Trutmanniana, eaque à falſitatis ſuſpicione liberatur contra Gryphiandrum: Comites etiam præfuerunt rei militari; Aderant comitiis tanquam proceres: Proprios Conventus inſtituebant in ſuis Pagis: Imperatoribus immediatè ſuberant: A ſententiis ipſorum ad Regem immediatè provocabatur: Maxima ipſis tributa Elogia: Filii ipſorum præ cæteris admittebantur ad beneficia paterna: poſſidebant magna Territoria jure Allodiorum.

§. VIII. *LIBERI DOMINI ſive DYNASTÆ ſub Carolingis dicti Viri Inluſtres & Barones Regii. Prærogativa ipſorum (1.) quando Munera ſubibant VASSORUM DOMINICORUM vel in Aula, vel in Provinciis, vel in Expeditionibus bellicis, ſiquidem Vaſſi Dominici non fuerunt ex Ordine hodiernæ Nobilitatis. (2.) Quando Domi remanſerunt, ubi Imperatoribus immediatè ſubfuerunt: Comitiis publicis aderant: Juriſdictionem in Vaſallos & ſubditos ſuos exercebant. Ex iis ſumebantur Comites, Miſſi Regii, Vice-Comites, &c. Et omnes Duces, Comites cæterique Proceres fuerant Liberi Domini, non contra.*

§. IX. *LIBERORUM HOMINUM nomine hodierna Imperii Nobilitas adhuc dum veniebat, quod probatur contra Burgermeiſterum: Hi non ſolum propria poſſidebant prædia, quorum intuitu tanquam Milites Gregarii caſtra ſequebantur, & excubias agebant, ſine licentia Regis Eccleſiis ſe in ſervitium*

Digitized by Google

tradere non poterant, & qui ad arma vocati non apparuerunt, Heribannum ſolvere tenebantur; Sed & ad Beneficia nunc admittebantur, licet militaria ſaltem, Vaſallique fiebant Epiſcoporum, Abbatum, Comitum, aliorumque Optimatum; Imo & quilibet ſibi Seniorem cogebatur eligere. Adeoq; Comitibus ſuberant ut Comitibus, ut Senioribus, & ut Dominis feudalibus; Ex quibus poſtremis deducitur origo MINISTERIALIUM.

§. X. *MINISTERIALES erant triplicis generis: vel ex ordine NOBILIUM, vel LIBERORUM HOMINUM, vel SERVORUM. Miniſterialium ex ordine Liberorum vera origo, non à Libertis petenda; Eorumque ſervitia erant vel civilia, vel militaria: Ad ea peragenda prædia accipiebant: Nondum tamen adeò adſtricta erat ipſorum conditio.*

Antequam ad ulteriora procedatur, ſub Imperatoribus Saxonicis examinatur.

§. XI. Primo *Doctrina de ARCHI-PRINCIPIBUS, & num reliqui Proceres ipſorum Dominatui fuerint ſubjecti? quod negatur. Non enim habuerunt hunc Dominatum ab Imperatoribus: Neque à ſe ipſis & ſuis Majoribus: Nec ab electione populi: Quod exemplis probatur BOJORUM, SUEVORUM, THURINGORUM; fuerunt quidem auctoritate magis conſpicui cæteris, non tamen ſoli integrarum provinciarum Domini.*

§. XII. Deinde *Doctrina de TERRIS MEDIATIS & IMMEDIATIS, quæ penitus rejicitur. Nam* Cocceji *numerus populorum contrariatur Scriptoribus coævis: Falſo nititur Principio de Terris Mediatis & Immediatis:* Coccejus *ex ipſo* Coccejo *refellitur, atque probatur ex eodem: omnes Provincias fuiſſe Mediatas: omnes itidem Immediatas.*

Et ita Tranſitus fit:

§. XIII. *Ad EPOCHAM TERTIAM ſub Imperatoribus Saxonicis;*

Ubi Status Comitum illuſtratur ex Ævo Carolingico, quoniam Saxones hoc continuare potius, quam novum inchoare, ac propterea Capitularium autoritatem conſervare ſtuduerunt. Unde falſa ſunt, quæ de tanto Ducum dominatu dicuntur: Falſum, omnes Comites tum fuiſſe Mediatos; quod demonſtratur per omnes Provincias, nimirum: FRANCIAM & TERRAM RHENENSEM, SUEVIAM, BAVARIAM, SAXONIAM, THURINGIAM, LOTHARINGIAM; Et docetur Comites pariter ac Duces Eccleſias ſub ſua habuiſſe poteſtate: Nomina Ducum & Comitum ſæpiſſime fuiſſe promiſcuè ſumpta: Feuda ipſorum Vexillaria: Controverſias coram Rege dijudicatas, etiam in matrimonialibus.

§. XIV. *DYNASTARUM ſive BARONUM ſub Impp. Saxo-*

Digitized by Google

nicus æqualis adhuc erat cum Comitibus & Ducibus natalium dignitas; Omnes enim ex ordine Nobilium, *quibus publica officia non erant commiſſa, dicebantur Barones, Ducum etiam & Comitum filii: Omnes ex iis Duces & Comites delecti Magnarum terrarum erant Domini: Habebant jus ſuffragii in Comitiis: Cauſæ ipſorum reputatæ pro cauſis majoribus, & coram ſolo Imperatore & Statibus dijudicatæ: Feuda tenebant Vexillaria, & milites ſub Vexillis ſuis in prælium educebant; Adeoque fuerunt immediati.*

§. XV. *Ab iis diſtinctus erat ordo LIBERORVM HOMINUM, qui hoc ævo plerumque dicebantur MILITES vel SATELLITES, & erant diverſæ conditionis: ALII enim in agris habitabant, & dicebantur MILITES AGRARII, non tamen cum plebejis comparandi; Quibus loco ſtipendii prædia plerumque diſtribuebantur, ita ut hæc etiam in Filios transferrent, ac nemo plebejæ conditionis ad ea admitteretur: ALII migrarunt in Vrbes & vocabantur PATRICII, qui tamen ævis poſterioribus deſpicatui ſunt habiti à cæteris ex ordine Equeſtri: ALII erant in Aulis, & dicebantur MINISTERIALES, quorum conditio utut maximè fuerit diverſa, nullus tamen admittebatur, niſi fuerit ex ordine Equeſtri: Officia, quibus fungebantur, erant diverſa, eaque ad certum terræ tractum adſtricta. Omnes autem iſti ex ordine militari adhuc fuerunt Mediati; quod probatur de MINISTERIALIBUS; de MILITIBUS URBICIS in civitatibus Imperialibus, Epiſcopalibus, & Præfectoriis; de MILITIBUS AGRARIIS, non ſolum ratione Allodiorum, ſed & beneficiorum intuitu, quoniam feuda ipſorum erant mediata, etiamſi è bonis Imperialibus provenerint.*

Sequitur

§. XVI. *EPOCHA QUARTA ſub Imperatoribus Franconicis;*

Quo tempore Status COMITUM adhuc fuit Immediatus in SAXONIA, THURINGIA, FRANCONIA, SUEVIA & BAVARIA; Comites habebant jus Imperatorem eligendi, Electum exaugurandi, & Exauctoratum recipiendi, cum Ducibus adhuc commune; Apparebant in comitiis, ubi tanquam Pares Curiæ Imperialis & judicabant, & judicabantur, quoniam feuda tenebant Regalia & Vexillaria; Hinc magnæ adhuc erant Auctoritatis & Immediati, etiamſi Epiſcoporum Ducumve Milites interdum fierent.

§. XVII. *DYNASTÆ ſive BARONES ſub Impp. Franconicis genere erant Illuſtres, & Imperatoribus cognatione interdum conjuncti: Cauſæ ipſorum reputatæ pro cauſis majoribus: Ipſique Principibus adnumerati; Unde de ipſorum Immedietate idem dicendum, quod*

de

de Comitibus probavimus: Eadem ipſis adſcribitur Autoritas in Negotiis publicis: Fœdere jungebantur Ducibus & cæteris Imperii Statibus: Apparebant in comitiis ſub nomine NOBILIUM, excluſo hodierna Nobilitatis ordine; Quod probatur contra Hippolitum à Treißpach. Et omnes denique ex ordine Nobilium, Baronum nomine veniebant, qui publicis officiis non præfuerunt.

§. XVIII. ORDO EQUESTRIS ſub Impp. Franconicis maximè quidem diſtinctus erat ab Ordine PLEBEJORUM, & pleniorem obtinuit ſucceſſionem in feudis; ſed etiam diverſus ab ordine NOBILIUM, intuitu MILITIÆ, SUBJECTIONIS, JUDICIORUM & POENARUM.

Adjicitur tandem

§. XIX. EPOCHA QUINTA ſub Imperatoribus Suevicis;

Ibique COMITUM *Status an & quomodo* MEDIATUS *fuerit factus in* BAVARIA & SAXONIA, AUSTRIA, THURINGIA, SUEVIA & FRANCONIA? *Docetur, & oſtenditur, unde origo diſtinctionis inter Comites* Immediatos & Mediatos *ſit deſumenda.*

§. XX. *Comites* IMMEDIATI *ſub Impp. Suevicis Comitatus ſuos reddiderunt hæreditarios: Exercuerunt Juriſdictionem civilem pariter ac criminalem in omnes, ex ordine etiam Equeſtri, Homines: Feuda ipſorum erant regalia & Vexillaria, adeoque Individua & Immediata: Unde Comites tanquam Status Immediati Comitiorum Negotiis adfuerunt, & ibidem etiam communi Principum conſenſu ſunt judicati.*

§. XXI. BARONES *ſive* DYNASTÆ *ſub Impp. Suevicis alii facti ſunt* Mediati, *alii* Immediati *permanſerunt. Immediati gaudebant feudis Vexillariis, aliisque Regalibus: Sententiam dixerunt in Curia Imperiali tanquam Pares: Apparuerunt in Comitiis: Exercuerunt adhuc Jus eligendi Imperatores: Et à ſolo Imperatore & Statibus Imperii judicabantur. Hinc Diſtinctio orta inter* LIBEROS SUMMOS, Semper-Freyen; LIBEROS MEDIOXUMOS, Mittel-Freyen; & LIBEROS INFIMOS, Freye Land-Saſſen: *Hinc etiam Barones Immediati poſtea nominari maluerunt* LIBERI DOMINI, *quam* BARONES.

§. XXII. *Imò & Comites ſæpiſſimè* DOMINI *nuncupari maluerunt, quam* COMITES; *quod multis Comitum, imprimis* Wetteravicorum, *exemplis illuſtratur; Hujusque rationem non ab* ADVOCATIA WETTERAVIÆ *petendam eſſe demonſtratur contra* Burgermeiſterum, *& duplex in Wetteravia Advocatia, quarum altera erat ambulatoria, altera Familiæ Münzenbergiæ peculiariter annexa, & poſtea in Yſenburgenſes translata, explicatur.*

§. XXIII. *ORDINIS EQUESTRIS Status ſub Impp. Suevicis adhuc erat diſtinctus ab Ordine plebejorum, & generali interdum MINISTERIALIUM nomine veniebat: MINISTERIALES autem varii adhuc erant generis: ALII ex Ordine NOBILIUM, qui MINISTERIALES IMPERII, & Epiſcoporum ſunt facti; ALII ex ORDINE EQUESTRI, quorum conditio facta eſt adſtrictiſſima; Deſiit tamen iſte nexus circa Med. Seculi XIV.*

§. XXIV. *Ex ORDINE etiam EQUESTRI oriri jam cœpit NOBILITAS IMMEDIATA, cujus Origines atque Incrementa, in larga Terrarum Hohenſtauffiarum diſtributione, Ducum Sueviæ interitu, magno Germaniæ Interregno, turbidis Diffidationum Temporibus, & frequentiori uſu Militis mercenarii, ſunt quærenda.*

§. XXV. *His tamen non obſtantibus ORDO EQUESTRIS regulariter ſubjectus manebat Statibus, in quorum Territoriis Sedes ac Bona habebat; quod demonſtratur per FRANCONIAM, ac inprimis TERRAM RHENENSEM & WETTERAVIAM; ubi Nobiles Comitibus atque Dynaſtis ſubjecti erant, non ſolum intuitu perſonarum ſuarum, etiamſi Burggravii eſſent Caſtrorum immediatorum; ſed etiam ratione Prædiorum: Adeò, ut exemptio à jurisdictione etiam inferiore, & Immunitas ab oneribus, ſi quâ gaudere volebant, a Domino territoriali eſſet impetranda.*

§. XXVI. *Deductâ ita per ſeriem temporum differentiâ* Originis *ac* Immedietatis, *inter S. R. I. Comites & Nobiles Immediatos, refutantur diſcurſus* Gemmingiani *de quadruplici Nobilitatis Immediatæ origine.*

§. XXVII. *PRIMAM hi Claſſem tribuunt Aboriginibus; Sed non fuiſſe eos ex ordine hodiernæ Nobilitatis Immediatæ, probatur: Neque ipſorum libertas & propagatio per ſeriem temporum ab Adverſariis demonſtratur.*

§. XXVIII. *SECUNDAM Militibus Romanorum Limitaneis; At & hi fuere Milites Gregarii, ac proinde non Immediati: Neque ab ullo hactenus probatum, an & quinam hodiernorum Nobilium ab illis deſcenderint: Nec etiam deductio Familiæ* Gemmingianæ *id præſtitit.*

§. XXIX. *TERTIAM Francis à Clodovæo M. multis prædiis donatis; Verùm & hoc iterum non probatur: Falſum eſt, Comites & hodiernos Nobiles tum ejusdem fuiſſe ordinis: Falſum, Aſſeſſores Comitum fuiſſe Ruſticos.*

§. XXX. *QUARTAM recentioribus à Carolo M. ad hæc usque tempora nobilitatis; Sed falſò iterum præſupponitur, Nobilitatem jam tum fuiſſe Immediatam, ab ipſo Imperatore judicatam, veram eſſe ſuppoſititiam Caroli M. orationem, & per Documenta recentiora probari poſſe Statum antiquum. Concluſio.*

§. I.

Digitized by Google

§. I.

COMITUM vel GRAVIONUM Officium apud antiquiſſimos etiam Germanorum populos ſingulari jam inter cætera eminuiſſe auctoritate, atque eandem fere, quæ Ducum fuit, originem ex adminiſtratione judiciorum & rerum militarium ſumſiſſe, nemo, qui vel obiter ſaltem vetera hiſtoriæ monumenta perluſtravit, facile negaverit. Quinimo ipſe etiam *TACITUS* in :leganti *de moribus Germanorum* libello *cap.* 12. eorum jam fecit men-:ionem, quando ait: *Eliguntur in iisdem Conciliis & PRINCIPES, qui jura per Pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe COMITES, Conſilium ſimul & Auctoritas, adſunt.* Cave tamen credas, Francorum Comites ejusdem fuiſſe cum hisce *Comitibus ex plebe electis* conditionis; Fuerunt potius & Officii eminentia & auctoritate quam habebant, longe ab illis diverſi, nihilque ipſis omnino cum hujusmodi comitantibus erat commune. TACITUS enim Comites hîc, latini ſermonis proprietate, vocat eos, qui officii cauſa Principes atque Majores comitabantur, quorumve conditionem ibidem *Cap.* 13. *&* 14. latius adhuc exponit, ajens: *Gradus quin etiam & ipſe COMITATUS habet, judicio ejus quem ſectantur. Magnaque & COMITUM æmulatio, quibus primus apud PRINCIPEM ſuum locus: & PRINCIPUM, cui plurimi & acerrimi COMITES. Hæc dignitas, hæ vires, magno ſemper electorum juvenum globo circumdari, in pace decus, in bello præſidium. Nec ſolum in ſua gente cuique, ſed apud finitimas quoque civitates id nomen, ea gloria eſt, ſi numero ac virtute Comitatus emineat, expetuntur enim legationibus, & muneribus ornantur, & ipsâ plerumque famâ bella profligant. Cum ventum in aciem, turpe Principi virtute vinci; turpe Comitatui, virtutem Principis non adæquare. Jam verò infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem Principi ſuo ex acie receſſiſſe. Illum defendere, tueri, ſua quoque fortia facta gloriæ ejus aſſignare, præcipuum ſacramentum eſt. Principes pro victoria pugnant: Comites pro Principe.* At Principes jura per pagos vicosque reddebant, Principes militia ſive comitatu ſtipati in bellum proficiſcebantur, hi erant Principes regionum & pagorum, qui controverſias domi minuebant, populoque ſuo in ſingulos annos agros attribuebant, atque anno poſt alio tranſire cogebant, teſte *JUL. CÆSAR. de bell. Gall. lib. 6. Neque quisquam agri modum certum, aut fines*

Comitum officium eſt antiquiſſimum,

nec Tacito ignotum;

non tamen ex plebe electi fuerunt Comites, ſed ab hisce diſtincti,

officii eminentia.

ſines proprios habet; ſed Magiſtratus ac PRINCIPES in annos ſingulos gentibus, cognationibusque hominum, qui una coierunt, quantum eis, & quo loco viſum eſt, attribuunt agri; atque anno poſt alio tranſire cogunt. Et paulo poſt: *In pace nullus communis eſt magiſtratus; ſed PRINCIPES REGIONUM atque PAGORUM inter ſuos jus dicunt, controverſiasque minuunt.* Adeoque eosdem fuiſſe *Principes* tales, quos ſequior ætas apud Francos cæterosque Germanorum populos *Comites*, vel voce ſemigermanica *Graviones* vocavit, ipſa *Taciti* verba, maximaque ibi deſcripta Comitum multitudo, docent, idque jam pridem obſervatum a Viris celeberrimis *BIGNON. in not. ad Marculf. formul. lib. 1. cap. 8. apud Balnz. tom. 2. pag. 888. HERT. in Notit. veter Germ. popul. part. 1. cap. 4. §. 7. CONRING. de orig. jur. germ. cap. 7. pag. 29. GUNDLING. diſſert. An nobilitet venter? cap. 2. §. 1. 2. 3. & 4.* Deinde etiam alia adhuc inter utrosque Comites aderat differentia, intuitu ſtatus vel ordinis originarii; Comites enim, de quibus Tacitus agit, ex plebe erant electi: at Francorum Comites ex ordine Principum ſive Nobilium, & quamvis Principum filii, ut in armis ſeſe exercerent, nonnunquam inter Comites iſtos, ſive militum cohortes, aſpicerentur, teſte eodem *TACITO de Morib. Germ. cap. 13. Inſignis Nobilitas aut magna patrum merita, principis dignationem etiam adoleſcentulis aſſignant. Ceteris robuſtioribus ac jam pridem probatis aggregantur. NB. nec rubor inter Comites aſpici.* Illa tamen Ordinum diſtinctio accurate ſemper fuit obſervata. Germani namque olim triplici potiſſimum vivebant Ordine diſtincti, alii erant in ſtatu NOBILIUM, alii in ſtatu INGENUORUM, alii denique in ſtatu LIBERTORUM & SERVORUM, ſive PLEBEJORUM. Invenimus hanc triplicem, vel ſi libertos a ſervis ſeparare, iisque peculiarem hominum in Republica viventium claſſem aſſignare mavis, quadruplicem ordinum differentiam, in ipſo *TACITO cit. lib. de Morib. Germ. cap. 25.* ubi ita: *LIBERTI non multum ſupra SERVOS ſunt, raro aliquod momentum in domo, nunquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus, quæ regnantur. Ibi enim & ſuper INGENUOS & ſuper NOBILES aſcendunt.* Idem de Saxonibus in ſpecie docet *NITHARDUS de diſſ. filior. Lud. Pii lib. 4. apud Schilter. ſcript. rer. Germ. pag. 105. Quæ gens omnis in tribus ordinibus diviſa conſiſtit. Sunt enim inter illos qui EDHILINGI, ſunt qui FRILINGI, ſunt qui LAZZI illorum lingua dicuntur. Latina vero lingua hoc ſunt NOBILES, INGENUILES atque SERVILES.* De Suevis eandem hanc ordinum

& Ordinis dignitate,

idque docetur ex antiqua Germanorum in tres claſſes diſtinctione,

Digitized by Google

dinum diverſitatem inter *Principes* ſive *Nobiles Ingenuos* atque *Servos*, annotavit *TACITUS de mor. Germ. cap.* 38. his verbis: *Inſigne gentis, obliquare crinem, nodoque ſubſtringere. Sic Suevi à ceteris Germanis: Sic Suevorum INGENUI à SERVIS ſeparantur - - - - apud Suevos usque ad canitiem horrentem capillum retro ſequuntur, ac ſæpe in ipſo ſolo vertice religant. PRINCIPES & ornatiorem habent.* Nec aliud antiquæ Germanorum leges nos docent, quippe quas in dictandis forte pœnis nihil fere tam ſedulò, quam iſthanc ordinum diverſitatem obſervare videmus. De Friſiis id teſtatur *LEX FRISION. tit.* 15. *Compoſitio hominis NOBILIS libra XI. Compoſitio LIBERI libra V. & dimidia. Compoſitio LITI libra II. & unciæ IX. Compoſitio SERVI libra I. & unciæ IV.* De Thuringis idem obſervat *LEX ANGLIOR. & WERINOR. tit.* 1. *n.* 1. 2. & 4. *apud Leibnitium tom.* 1. *rer. Brunſ. pag.* 82. *Si quis ADALINGUM occiderit, DC. ſol. componat. Qui LIBERUM occiderit, CC. ſol. componat. Qui SERVUM occiderit, XXX. ſol. componat.* Hæc autem antiqua Germanorum, in tres claſſes ſive ordines diſtinctio, eò magis hic notari meretur, quum non ſolum Comites Francorum, ab illis, quos Tacitus ex plebe electos dicit, diſtinguat egregiè, ſed & præcipuum ſit totius noſtræ tractationis fundamentum, ex quo, tanquam fonte puriori, genuinam inter Comites Imperii & ordinem Equeſtrem differentiam, optimè derivandam cenſemus. Non tamen interim negamus, Tacitum cæterosve hujus ævi Scriptores pauciſſimos multum nobis reliquiſſe incertitudinis, resque Germanorum circa hæc tempora maximis adhuc tenebris eſſe circumfuſas, quamobrem in explicando utriusque, Comitum videlicet & ordinis Equeſtris, ſtatu ſub Romanorum imperio, diutius nunc non commoramur.

quæ præcipuum eſt hujus tractationis fundamentum.

§. II. Progrediamur potius ad ea tempora, ex quibus Scriptores coævi & Leges Imp. publicæ ad illuſtrandam *Comitum, Dynaſtarum*, ut & *ordinis Equeſtris* conditionem, plura nobis atq; certiora ſuppeditant veſtigia; Ubi verò, cum non eadem ſemper ipſorum fuerit conditio, certas obſervabimus EPOCHAS, quarum PRIMA ea ſiſtit tempora, quibus gubernacula Imperii Francici tenuêre Reges *Stirpis Merovingicæ*. Sub horum enim Imperio *Comites* & *Dynaſtas* planè ſeparatum jamjam conſtituiſſe Ordinem, & potentia, auctoritate atque dignitate, *Ordinem Equeſtrem* multum ſuperaſſe, leges ac Scriptores iſtius ævi abundè teſtantur. Comites namque à Regibus Merovingicis præcipuè quidem ad Jus dicendum erant conſti-

Tranſitus ad ævum Merovingicum.

Comites ſub Merovingis

 tuti,

Iuriſdictionem civilem & criminalem exercebant in ſuis Pagis.

tuti, atque cuilibet pagus ſive diſtrictus quidam ſubjectus, intra quem nomine Regis magna auctoritate exercebat Juriſdictionem civilem pariter ac criminalem; Id quod dilucide apparet ex *FORMUL. MARCULF. lib. 1. cap. 8. apud Baluz. tom. 2. p. 380. Ergo dum & fidem & utilitatem tuam videmur habere compertam, ideo tibi actionem COMITATUS (Ducatus, ac Patritiatus) in pago illo, quem Anteceſſor tuus ille usque nunc viſus eſt egiſſe, tibi ad agendum regendumque commiſimus, ita ut ſemper erga Regimine noſtro fidem inlibatam cuſtodias, & omnis Populus ibidem commanentes, tam Franci, Romani, Burgundiones, quam reliquas nationes ſub tuo regimine & gubernatione degant & moderentur, & eos recto tramite ſecundum Legem & conſuetudinem eorum regas, viduis & pupillis maximus defenſor appareas, latronum & malefactorum ſcelera à te ſeveriſſimè reprimantur; ut populi bene viventes ſub tuo Regimine gaudentes debeant conſiſtere quieti.* Confer. *GREGOR. TURONENS. in Vitis Patrum Cap. VII. pag. 1178. Edit. Ruinart.* ubi de Sancto Gregorio Epiſcopo Lingonenſi ita: *In Comitatu autem poſitus Regionem illam per quadraginta annos juſtitia comitante correxit. Et tam ſeverus atque diſtrictus fuit in malefactoribus, ut vix ei ullus reorum poſſet evadere.*

In omnes, adeoque etiam Liberos Homines.

Verum & tam ampla erat cujuslibet Comitis Juriſdictio in ſuo Comitatu, ut exceptis Optimatibus ſeu potentioribus, quilibet, ſive *Liber Homo*, ſive Vaſſus alterius Ducis aut Comitis iſte fuerit, ad Placitum ipſius venire, obſtrictus dicatur in *LL. ALAMANN. cap. 36. §. 5. apud Lindenbrog. Cod. LL. antiquar. pag. 372. Qualiscunque Perſona ſit, aut Vaſſus Ducis, aut Comitis, aut qualiscunque perſona, nemo negligat ad ipſum placitum venire, ut in ipſo placito pauperes conclament cauſas ſuas.* Adeò ut ſi quis *Liber Homo* Comiti, vel ipſius Vicario, fuerit pertinax deprehenſus, *XII.* ſolidis plecteretur, uti id ipſum invenimus ſancitum in *cit. cap. 36. §. 4.* his verbis: *Si quis autem LIBER ad ipſum placitum neglexerit venire, vel ſemetipſum non præſentaverit, aut Comiti, aut Centenario, aut Miſſo Comitis in placito, XII. ſolid. ſit culpabilis.*

Habuerunt curam rerum militarium.

Præter hoc Juris dicendi officium Comites etiam ſub Regibus ſtirpis Merovingicæ habuère curam *rerum militarium*, & præfuerunt exercitui in provincia ſua, ſubjectosque ſibi habebant Centuriones & Decanos, teſtibus *LL. BAIWARIOR. tit. 2. cap. 5. §. 1. Si quis in Exercitu infra Provinciam, ſine juſſione Ducis ſui, per fortiam hoſtilem aliquid deprædare voluerit, aut fœnum tollere, aut agrum vel caſas incendere, hoc omninò teſtamur ne fiat: Et exinde curam habeat Comes in ſuo Comitatu. Ponat enim ordinationem ſuam ſuper CENTURIONES & DECANOS, ut unusquisque provi-*

Digitized by Google

provideat ſuos quos regit, ut contra legem non faciant. Et *ibid* §. 7. *Comes tamen non negligat cuſtodire exercitum ſuum, ut non faciant contra legem in provincia ſua.* Unde etiam ipſos eodem modo, quo Duces, à Regibus immediatè fuiſſe vocatos ad faciendam expeditionem, docet *GREGOR. TURONENSIS Lib. VI. Hiſtor. Francor. cap. 19. pag. 295.* ajens: *Cumque hæc Regi Chilperico nunciata fuiſſent, mittit nuntios COMITIBUS, Ducibusque & reliquis Agentibus, ut collecto exercitu in Regnum Germani ſui irruerent.* Confer. *FREDEGAR. Scholaſt. Chron. cap. 87. pag. 657. Edit. Ruinart. Bobo DUX Avernus cum parte exercitus Adalegiſeli & Ænovalaus COMES SOGIONTENSIS CUM PAGENSIBUS SUIS, & cetera exercitus manus plurima, contra Radulfum ad portam caſtri protinus pugnandum perrexerunt . . . . Et Bobo Dux, & Ænovallaus COMES, ET CETERI NOBILIUM fortiſſim pugnatores, ſeu & plurima manus exercitus Sigiberti Regis . . . . hoc prælio fuerunt trucidati.* Equidem non negamus, Duces hoc ævo Comitibus honore ac poteſtate fuiſſe ſuperiores, id quod ſatis indicare videntur verba *GREGOR. TURONENS. Hiſtor. Francor. Lib. 8. cap. 18. pag. 391. Itaque Nicetius per emiſſionem Eulalii à COMITATU Arverno ſubmotus, DUCATUM à Rege expetiit, datis pro eo immenſis muneribus. Et ſic in urbe Arverna, Ruthena atque Ucetica DUX ordinatus eſt, vir valde ætate juvenis, ſed acutus in ſenſu: fecitque pacem in Regione Arverna, & in reliquis ordinationis ſuæ locis.* Pluresque interdum (nam commentum de XII. Comitatibus uni Duci ſemper & ubique ſubjectis, dudum jam exploſum eſt ab eruditis, vid. *HERT. de Orig. & progreſſ. ſpecial. rerump. §. 4.* confer. *PFEFFINGER. Vitriar. illuſtrat. tom. 2. pag. 30. & 31.*) Comitatus ac Comites ipſorum curæ commiſſos legi: Verum hoc neque ſemper obtinuiſſe, plurimosque Comites jam Merovingorum tempore ſine Duce fuiſſe, teſtantur verba *FREDEGARII Chron. cap. 78. p. 649. Edit. Ruina t. Dagobertus de univerſo Regno Burgundiæ exercitum promovere jubet, ſtatuens eis Caput exercitus nomine Chadoindum Referendarium . . . qui cum decem Ducibus cum exercitibus, id eſt, Arimbertus, Amalgarius, Leudebertus . . . Wilibadus Patricius ex genere Burgundionum . . . exceptis COMITIBUS PLURIMIS, QUI DUCEM SUPER SE NON HABEBANT, in Waſconia cum exercitu perrexiſſent.* Quales procul dubio etiam fuerunt Comites pagi Aventicenſis, de quibus *IDEM FREDEGAR. cap. 37. p. 617. His diebus,* inquit, *& Alamanni in pago Aventicenſi Ultra-jurano hoſtiliter ingreſſi ſunt, ipſumque pagum prædantes, ABBELINUS & HERPINUS COMITES*

Non tamen Ducibus ſemper.

CUM CETERIS DE IPSO PAGO COMITIBUS cum Exercitu pergunt obviam Alamannis. Neque Comites tum temporis penitus, ſed tantum ratione rerum militarium, Ducibus ſubfuiſſe, præter officia Ducum ea ætate adhuc temporaria, & ad res tantum militares reſtricta, de quibus Papa *GREGOR. M. in Regiſtr. epiſtolar. lib. IV. epiſtol. 53. tom. 2. oper. Gregor. pag.* 641. ad Childebertum Regem Francorum, ita: *Quod*, inquit, *quam pravum ſit, quamve perverſum, ex ſua quoque ordinatione Excellentia veſtra Celſitudo perpendat. Certum namque eſt, non Vos ante EXERCITUI DUCEM præponere, niſi vobis labor ejus fidesque probata conſtiterit, niſi eum anteacta vita virtus & ſollicitudo aptum eſſe monſtraverit.* & *Lib. VII. epiſt.* 115. ad Theodoricum & Theodebertum Reges Francorum: *Quod quam pravum quamve ſit temerarium, ſæculari etiam ordine & diſciplina monſtratur. Nam dum DUX exercitus nonniſi labore & ſollicitudine expertus eligitur, quales animarum Duces eſſe debeant, qui ad Epiſcopatus culmen immatura cupiunt feſtinatione conſcendere.* vid. *Oper. Gregor. tom. 2. p.* 869. vel inde apparet, quod Comites, ſicut à ſolis Regibus conſtituebantur, docente id egregiè *GREGOR. TURONENS. Hiſt. Francor. Lib. 4. Cap. 40. p.* 181. *Palladius autem Brittiani quondam Comitis ac Cæſariæ filius, COMITATUM in Urbe Gaballitana, SIGIBERTO REGE IMPERTIENTE, promeruit.* & ſeq. *cap. 42. p.* 182. *Peonius verò hujus municipii COMITATUM regebat. Cumque ad renovandam Actionem* (id eſt, Officium) *munera REGI per filium tranſmiſit, ille datis rebus paternis, Comitatum patris ambivit, ſupplantavitque genitorem, quem ſublevare debuerat:* & nomine ipſorum Jurisdictionem ſuam exercebant, teſte *EODEM Lib. 8. cap. 18. pag.* 391. *Guntchramnus verò Rex volens Regnum nepotis ſui Chlotharii, filii ſcilicet Chilperici, regere, Theodulfum Andegavis COMITEM ESSE DECREVIT: Introductusque in Urbem, à civibus, & præſertim à Domigiſelo cum humilitate repulſus eſt. RECURRENSQUE ad REGEM, ITERUM PRÆCEPTUM ACCIPIENS, à Sigulfo Duce intromiſſus, Comitatum urbis illius rexit.* ita etiam non à Ducibus ſuis, ſed ab ipſo Rege vel ejus Majore domus, in palatio tamen regio, & conventu principum, judicabantur; prius diſcimus exemplis Garacharii Comitis Burdegalenſis atque Bladaſtis, apud *GREGOR. TURONENS. cit. lib. 8. cap. 6. p.* 380. poſterius nos docent verba *CHRON. FONTANELL. cap. 7. apud LUC. d'ACHERY Spicileg. tom. 2. pag.* 270. *Hic Benignus Abbas evindicavit contra Bertharium Comitem villam quæ vocatur Montecellus, quæ eſt ſita*

neque extra reſpectum rerum militarium:

Sed Regibus immediatè ſubfuerunt.

ſita in pago Oximenſi, *NB. coram Carolo Majore Domus*, *mediante Advocato ſuo nomine Roberto. In quo conventu interfuerunt hi Epiſcopi; Ebbo, Baldoinus, & Milo, ſeu alii ILLUSTRES VIRI & COMITES, Teudericus, Rotgarius, Anginulfus & Haregarius. Celebrata eſt hæc evindicatio anno tertio, regnante Theoderico juniore Rege, XIV. Kal. Auguſti, Tulpiaco caſtro.* confer. Chart. Pipini apud *Dn. ab ECCARD. ad Leg. ſalic. pag.* 74. & cauſæ immediatè à Comitibus ad Regem devolvebantur. Haud obſcurè id innuit *MARCULF. Formul. lib.* 1. *cap.* 28. *apud Baluz. tom.* 2. *p.* 389. confer. *HERT. Notit. Regn. Franc. cap.* 5. §. 36. Quippe tunc demum caſu Comitis ſententiam DUX exequebatur, ſi perſona talis erat, quam Comes ſolus coercere non poterat, per *Tit.* 36. §. 6. *LL Alamann. apud Lindenbrog. Cod. LL. antiq. p.* 372. *Et ſi eſt talis Perſona, quam Comes in placito, vel Centenarius, vel Miſſus Comitis diſtringere non poteſt, tunc eum Dux legitimè diſtringat.* Ut taceam Comites æquè ac Duces ad Comitia vocatos, atque Conventibus publicis præſentes fuiſſe; uti id exemplis Clodovei & Childeberti demonſtravit *Dn. THOMASIUS de Orig. Feudal.* §. 15. *Lit. K.* confer. *LL. Alamann. in princip. ap. Lindenbrog. Cod. LL. antiq. p.* 363. Quis ergo miretur, quod Comites hoc etiam ævo tanta valuerint auctoritate, tantoque à Regibus mactati fuerint honore: Quod teſtantibus paſſim *Marculſi formulis* elogio ILLUSTRIS fuerint decorati: FRATRES MAGNIFICI à Regibus ipſis vocati: vid. *Append. Marculfi cap.* 30. *Ille Rex Francorum Vir inluſter MAGNIFICO FRATRI Illi Comiti:* Ubi *BIGNON. in Not. apud Baluz. tom.* 2. *p.* 962. hanc addit obſervationem: *Comites Civitatum Fratris appellatione à Principe decoratos hoc capite docemur, quod Jus ut Provinciæ Rectores & Præſides conſequebantur.* Quod ex familiis tantùm Nobilioribus fuerint electi; uti §. *ſeq.* id latius demonſtrabimus: Quod denique præter beneficia hæc Comitatuum Regibus ſibi conceſſa, plura quoque poſſederint allodia, adeoque *Comites* dicti fuerint ob Juriſdictionem, quam nomine Regis exercebant: *Dynaſtæ* vero ob allodia, quæ poſſidebant. Ita in Childerici pragmatica conſtitutione pro Monaſterio St. Stephani, fundato Adalberti Ducis deſcribitur, ut limites ejus porrigantur usque ad *Confinia de ALLODE COMITIS Hugonis Choreka nuncupante*: apud *Ill. Dn. OBRECHT. Prodrom. rer. Alſaticar. cap.* 12. *p.* 261. Ubi ſimul addit privilegium Theodorici, in quo Monaſterium Muracenſe conſtructum dicitur, *in ALLODIO fidelis noſtri EBROHARDI COMITIS*: Alia ejusmodi teſtimonia ex Ævo Merovingorum

Ad Comitia vocabantur.

Maximis Elogiis honeſtabantur.

Atque præter hoc Comitatus Officium etiam erant Domini magnorum Allodiorum.

rum de allodiis Comitum excerpſit *Dn. PFEFFINGER ad Vitriar. lib. 1. tit. 16. lit. b. tom. 2. p. 11.* Ut proinde veriſſima maneat ſententia : *Comites dictos fuiſſe , ob Jurisdictionem , quæ illis in certo pago demandata , Dynaſtas ob allodia , quæ poſſidebant.*

Status Nobilium ſive Dynaſtarum quare hic explicetur?

§. III. Comites è familiis tantum NOBILIUM ſive DYNASTARUM à Regibus Merovingicis fuiſſe electos, §. *praced.* jam notavimus ; Unde horum quoque Status jam explicandus, qui quo difficilior ex vetuſtate hujus ævi eſt erutu , eo magis tamen id neceſſarium , cum *Burgermeiſterum* ejusque Sectatores *Liberos* hosce *Dominos* plerumque cum hodiernis Nobilibus confundere, atque ab illis ad hos, non attenta ingenti, quæ inter utrosque intercedit, Differentia, concluſiones facere videamus. Ut vero eo accuratius hac in re procedamus , præmittendam primo arbitramur præjudicialem illam quæſtionem: *Num etiam NOBILES apud veteres Francorum populos fuerint , & certum ac ſeparatum quendam à reliquis Hominibus Liberis ſeu Ingenuis conſtituerint ordinem?* Quod enim apud Saxones, Friſios, aliosque Germaniæ Populos, NOBILIUM ordo ſemper ab INGENUIS fuerit diſtinctus, nulla jam ſubeſt dubitatio : An vero idem obtinuerit apud veteres Francos ſub Regibus Merovingorum, controvertitur. Negativam tuetur *HADRIAN. VALESIUS in Notit. Galliar. ſub Rubr. Rotomagus*, quando ait: *At in Lege Salica NOBILIUM nulla fit mentio; non quod apud Francos nulli Nobiles Viri ac Honorati eſſent, ſed quia Nobilium nullus Ordo erat à populo ſeparatus , Nobilitatis nullum in Regno Francorum corpus à plebe diſtinctum. Franci omnes in duos modo ordines clericorum & laicorum vel ſecularium dividebantur.* Contrarium verò acriter propugnavit *Dn. THOMASIUS in Diſſertat. de Origin. feudal. §. 15. lit. e.* ubi ita : *Neſcio* , inquit , *quid in mentem venerit Hadriano Valeſio , Viro alias inſigni Judicio pollenti, ut ſibi perſuaderet, apud Francos diverſum planè ab aliis Germaniæ Populis ordinem Hominum in Republica viventium , obtinuiſſe ; Scilicet cum apud alios Populos fuerint quatuor Hominum Claſſes , Nobilium , Ingenuorum , Libertinorum , Servorum, apud Francos ſaltem fuiſſe duplicem ordinem Clericorum & Laicorum, quorum uterque poſtea in Majores & Minores fuerit ſubdiviſus. Nam ut taceam, Valeſium in illo loco ſatis palpabiliter confundere Ordines Regni, i.e. qui in Comitiis ad deliberationes ſuper negotiis Regni fuere admiſſi, cum Claſſibus Hominum in Regno viventium, cuilibet rem exactius conſideranti ſtatim in oculos incurrit , apud Francos eundem fuiſſe Claſſium numerum, qui obtinebat apud alios populos , non ſolum Regno Franciæ ſubjectos, ſed & apud*

Num fuerit apud Francos ſeparatus quidam à Liberis Hominibus Ordo?

Sententia Negantium.

Sententia Affirmantium.

apud alias Gentes quaſcunque, præcipuè Chriſtianas. Valeſii quidem cauſam egit *HERTIUS in Notit. Franc. Veter. cap. 3. §. 29.* Strenue tamen Thomaſium defendit *Dn. GUNDLING. in Diſſert. An nobilitet venter. cap. 2. §. 4. ſeqq.* Et ſane! quin huic ſententiæ affirmativæ & noſtrum addamus calculum, eo minus dubitamus, cum non ſolum *Nobiles* tales haud rarò reliquis inferioris conditionis hominibus, tanquam *Ignobilibus* expreſſis verbis contra diſtingui videamus, teſte Chart. ann. 894. apud *BALUZ. Miſcellan. tom. 4. pag.* 424. & 425. ibique in ſubſcriptione: *Signa NOBILIUM VIRORUM, Hamedei, Haimonis, Rotfredi ----- Signa IGNOBILIUM, Ratmari, Rotberti, Heldulfi, Karioli.* Sed & apud ipſos adverſarios tales inveniamus locos, quos non facilè aliquis de ætate & Nobilitate virtutis, ſed potius de Nobilitate Proſapiæ, interpretabitur. *HERTIUS* enim *cit. loc. pag.* 313. ex Auth. Vitæ S. Agil. Abbatis ſequens profert teſtimonium: *Fuit quidam ex primis Palatii Optimatibus NOBILISSIMIS NATALIBUS oriundus, ejusdem Regis* (Childeberti) *Convivа & Conſiliarius, nomine Anobaldus.* Idem *HERTIUS cit. loc. ex Thegano de geſt. Ludov. Pii cap.* 44. hæc adducit: *Fecit te Liberum non NOBILEM, quod impoſſibile eſt poſt Libertatem.* In quem locum *ANTON. DOMINIC. de Prærogativ. Allodior. cap.* 14. §. 1. rectè annotavit: *Advertendum Francos duplicem tantum Liberorum Hominum conditionem admiſiſſe; Eorum ſcilicet qui Liberi eſſent & NOBILES, & aliorum, qui Liberi quidem eſſent, NON tamen NOBILES.* Nec aliud nos docet *CHARTULAR. WERTHIN.* in charta Liudgeri Presbyteri, apud *Leibnit. tom. 1. rer. Brunſ. pag.* 101. *Qualiter ego Liudgerus Presbyter aliquantulam particulam hæreditatis dato pretio à Thevibaldo INGENUO & NOBILI homine comparavi in villa ---- hæc omnia à ſupra dicto NOBILI FRANCO Theganbaldo ego Liudgerus Presbyter comparavi.* Multa quidem affert elogia *VALESIUS* de Nobilibus iſtis apud veteres Francos, in iisque, quod dicti fuerint SENIORES, MAJORES NATU, MELIORES NATU, &c. quæ tamen omnia vel de Nobilitate ætatis, ut ita loquar, vel de Nobilitate virtutis intelligi vult; Verùm enim verò, utut non diffiteamur, vocabula SENIORES & MAJORES NATU, interdum etiam de ætatem, cujus apud veteres magna ſemper habita fuit ratio, reſtringi poſſe. Tantum tamen abeſt, ut verba MELIORES NATU eandem patiantur interpretationem, ut potius de ſola Generis vel Natalium Nobilitate intelligi debere, verba ipſa doceant. Meminit eorum

Quæ pluribus teſtimoniis confirmatur.

Digitized by Google

eorum *GREGOR. TURONENS. Hiſt. Franc. lib. 6. cap. 45. p. 322. Multi verò MELIORES NATU, qui vi compellebantur abire, teſtamenta condiderunt, resque ſuas Eccleſiis deputantes, atque petentes, ut cum in Hiſpanias puella introiſſet, ſtatim teſtamenta illa, tamquam ſi jam eſſent ſepulti, reſerarentur.* Nec errabimus forſitan, ſi MELIORES illos NATU eosdem dicamus fuiſſe, quos Carolus M. HOMINES BONI GENERIS vocat in *CAPITULAR. II. ann. 813. cap. 12. ap. Baluz. tom. 1. pag. 509. Ut HOMINES BONI GENERIS, qui infra Comitatum inique vel injuſte agunt, in præſentiam Regis ducantur, & Rex ſuper eos diſtrictionem faciat carcerandi, exiliandi, usque ad emendationem illorum.* Tales autem HOMINES BONI GENERIS Nobilioribus fuiſſe natalibus, quam cæteros Ingenuos & Liberos Homines, vel inde apparet, quod ſoli Regio judicio hic reſervantur, Liberi vero Homines Comitum jurisdictioni fuerunt ſubjecti, uti id infra ex ipſis Capitularibus latius docebitur. Haud obſcurè quoque idem obſervavit *JACOB. SIRMOND. in Not. ad Capitular. Carol. Calvi tit. 32. cap. 3.* ad verba *MAJORES HOMINES* ſequentia annotans: *Cujus modi ſunt Vaſſi Dominici, qui alios ſub ſe Vaſſos habent; & qui HOMINES BONI GENERIS à Carolo M. dicuntur* (ſc. in cit. Capit.) *Majores natu, & SUPERIORUM NATALIUM in Synodis antiquis, Majores Perſonæ in Legibus Burgundionum.* Quam ſententiam egregiè confirmat *MARCULFUS lib. 2. formular. cap. 50.* cujus hocce legitur initium: *Domino Inluſtre, & præ cunctis Magnificentiſſimo, ac NOBILITATIS PROSAPIÆ decorato atque ſublimato Illi.* Et *Monachus Fontanellenſis*, in vita S. Vulfranni Senonenſ. Archi-Ep. circa ann. 690. ſcripta apud Surium, cujus teſte *Dn. PFEFFINGERO ad Vitriar. lib 1. tit. 20. §. 6. lit. b. tom. 2. pag. 857.* hæc ſunt verba: *Fuit enim* (Vulfrannus) *CARNIS ORIGINE NOBILIS, ſed culmine mentis nobilior: Genitor quoque ejus, Vulbertus nomine, in aula Regis Dagoberti & filii ejus Clodovei, militari operi avum impendit.* confer. *CHRON. FONTANELL. apud LUC. d'ACHERT ſpicileg. tom. 2. p. 267. In quo conventu inter fuit idem glorioſiſſimus Princeps* (ſc. Pipinus Dux) *& NOBILIS Conjunx ejus Plectrudis, filiique eorum Drogo & Grimoldus, Grippo & alii plurimi NOBILES VIRI.* Nec non *FREDEGAR. Scholaſt. Chron. cap. 80. pag. 652.* ubi de Æga inter Primates Clodovei II. præcellentiori, ita: *Erat GENERE NOBILIS, opibus abundans, juſtitiam ſectans, eruditus in verbis, paratus in reſponſis.* Eandem Generis Nobilitatem de FRASTRATA Caroli M. Uxore præ-

Digitized by Google

prædicat *POETA SAXO Annal. Carol. M. ad ann.* 783. *apud Leibnit. Script. Rer. Brunſuicenſ. tom.* 1. *pag.* 132.

Poſt hæc ad patriam rediit. Tunc eſt ſociata
Regali thalamo Conjux Faſtrada vocata;
Filia Radolfi COMITIS, ſata GERMINE CLARO.

Unde etiam nullam differentiam inter NOBILITATEM Francorum & Saxonum agnoſcit *EGINHARD. in vit. Carol. M. apud Reuber. Script. rer. Germ. p.* 5. dum ait: *Plures tamen eo bello tam ex NOBILITATE FRANCORUM quam SAXONUM, & functi ſummis honoribus viri, conſumpti ſunt.* Ex hactenus autem dictis certiſſima jam infertur concluſio, quod non ſolùm *VALESIUS* omnem Nobilitatem, quam in Legibus & Scriptoribus Francicis invenit, perperam de ſola ætate vel virtute fuerit interpretatus, ſed & præter Ingenuorum aut Liberorum Ordinem, Nobilioris adhuc Ordinis Homines extiterint apud veteres Francos, qui & generis vel natalium ſplendore & dignitatis claritate, & opum potentia, Ingenuis iſtis multùm fuerint ſuperiores; Quam inter NOBILES & INGENUOS diſtinctionem clariſſimis etiam verbis teſtatur *GREGOR. TURON. in vit. Patrum cap.* 9. de Sancto Patroclo Abbate & fratre ipſius Antonio ajens: *Erant enim non quidem NOBILITATE ſublimes, INGENUI tamen.* Et hi ſunt Illi ipſi DYNASTÆ, ſive LIBERI DOMINI, qui aliàs etiam LIBERI NOBILES vocantur, quoniam nulla originis ac ſervitutis macula coinquinantur, confer. *CAROLUS du FRESNE Gloſſar. tom.* 2. *pag.* 279. *voce Liberi.*

§. IV. Tales autem LIBEROS NOBILES, ſive DYNASTAS ſub primis jamjam Francorum Regibus, multas terras allodiaque proprietatis jure poſſediſſe, dubitare nos non ſinunt, tot prædia monaſteriis oblata: tot venditiones, ceſſiones, donationes, permutationes: tot opimæ hereditates conſanguineis, ſive uti tum loquebantur, PARENTIBUS ſuis relictæ: Imò tot amplæ dotes, quarum omnium haud rarò mentio fit in *Formulis Marculfi.* Ita enim *lib.* 2. *cap.* 10. Nepotes hâc formulâ inſtituuntur hæredes: *Ideo per hanc Epiſtolam Vos dulciſſimi Nepotes mei, volo ut in omni ALODE mea poſt meum diſceſſum, ſi mihi ſupreſtis fueritis, hoc eſt tam terris, domibus, accolabus, mancipiis, vineis, ſilvis, campis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumve decurſibus, mobilibus & immobilibus, peculium utriusque ſexus majore & minore, omnique ſupellectile domus, &c.* & *eodem lib.* 2. *cap.* 15. dos ita conſtituitur: *Donat igitur*

Nobiles ſive Dynaſtæ non ſolum multa poſſidebant Allodia.

Digitized by Google

ille honeſtæ puellæ ac nurui ſuæ illæ - - - in tanto dono villa nuncupante illa, ſitam ibi, cum domo condigna ad habitandum, vel omni integritate ibidem aſpiciente. Similiter in dotis titulum alias villas nuncupantes illas, ſitas ibi, mancipia tanta illa & illa, inter aurum & argentum, fabricaturas in ſolidos tantos, caballos tantos, boves tantos, gregem equarum, gregem armentorum, gregem porcorum, gregem ovium &c. Quæ allodia familiis adeo innexa fuerunt, ut etiam ob læſæ Majeſtatis crimen interdum poſſeſſoribus non auferrentur. Exemplum de Sunnegiſilo & Gallomanno, qui in Childebertum Regem, & ejus Uxorem conjurarunt, profert GREGOR. TURONENSIS *Hiſtor. Francor. lib. 9. cap. 38. pag. 463. At verò Sunnegiſilus & Gallomagnus privati à rebus, quas à fiſco meruerant, in exſilium retruduntur. Sed venientibus Legatis, inter quos Epiſcopi erant, à Rege Guntchramno, & petentibus pro his, ab exſilio revocantur. NB. Quibus nihil aliud eſt relictum, niſi quod habere proprium videbantur.* Alter ipſorum fuit Comes Stabuli, Referendarius alter: Unde ex eodem loco ſimul patet, non ſolis hisce proprietatum vel allodiorum divitiis eminuiſſe illos Dynaſtas; ſed præterea quoque ad honores & beneficia à Regibus vocatos, muneribusque honoratiſſimis & in aula & in provinciis fuiſſe præfectos, & quidem ſolos, excluſo penitus Ingenuorum vel Liberorum Hominum ordine. Præclarè id obſervavit *Dn. THOMASIUS laudat. Diſſertat. de Origin. feudal. §. 21. lit. a.* unde nonnulla, quæ ad illuſtrationem faciunt, hic referemus: *Deinde*, inquit, *alicui mirum videri poſſet, cur ſolis Potentioribus & Officialibus ſuis Reges Franciæ feuda dederint, cum tamen reliqui ingenui omnes etiam militarent, adeoque beneficiorum Regiorum erant digni. Sed reſpondeo ex præcedentibus: Cauſa feudorum conſtituendorum non erat præmium meritorum bellicorum, ſed ſuppreſſio libertatis popu'aris, cui Franci nimis eſſent adſueti. Unde in præmium virtutis ſæpè dabantur ingenuis bona ex fiſco regio, ſed non per modum feudi & uſusfructus, ſed ut eſſent allodia & proprietates. Si bona, omnibus ingenuis poſt irruptionem Francorum in Gallias data, fuiſſent feudalia, non habuiſſent heredes eorum, unde ſe ſuſtentaſſent. Deinde Proceres peculiariter beneficiis temporariis erant alliciendi, quia hos in ſervitium per beneficia adductos vulgus Populi, id eſt, reliqui ingenui, ſua ſponte ſequebantur.* Quam ſententiam ibidem latius adhuc perſequitur, atque objectiones contrarias ſolidè refellit. Horum proinde beneficiorum intuitu arctiori fidelitatis vinculo ſubjiciebantur, aſſidue ferè circa perſonam Regis conſiſtebant, & conventibus publicis, cau-

Sed & ad Honores & Beneficia vocabantur, & quidem ſoli, excluſis Liberis Hominibus.

Digitized by Google

cauſisque majoribus decidendis plerumque aderant; Unde quoq; in legibus & Scriptoribus iſtius ævi Aulæ Magnates, Optimates, Nobiles, Proceres, Vaſſi Dominici, Potentiores, Majores Perſonæ, MajoresNatu, Meliores Regni &c. nuncupantur, *vid. du FRESNE Gloſſar. his vocibus.* confer. *GREGOR. TURONENS. Hiſtor. Francor. lib. 5. cap. 33. lib. 8. cap. 30. lib. 9. cap. 36. de Miracul. S. Julian. cap. 47. Vit. Patr. cap. 6. Et FREDEGAR. Chron. cap. 40. 41. 90. continuat. Part. 3. cap. 110.* ubi quamplurima de his Nobilibus ſive Magnatibus inveniuntur teſtimonia, quibus *RUINART. in Præfat. ad Gregor. Turon.* §. 11. fretus ait: *Qui ex Nobiliſſimis familiis exorti, nullo peculiaris dignitatis titulo deſignabantur, ii Viri fortes, Seniores, Majores natu, Primores, Priores, Optimates, Magnates appellabantur, quorum conſiliis Rex in Placitis uti ſolebat.*

Liberi ipſorum in Aula Regis plerumque educabantur;

Liberos ſuos Regibus ad Miniſteria tradebant, qui in Aula Regis educati, omnibusque liberalibus artibus & præcipuè militaribus imbuti, nunc ad Eccleſiaſticas dignitates, nunc ad officia Palatina, modo ad militares honores, modo ad civiles magiſtratus erant promoti. Docemur id verbis *CHRON. FONTANELL. cap. 1. apud LUC. d'ACHERY ſpicileg. tom. 2. pag. 264.* ubi de Wandregiſilo ita: *Hic nempe vir domini, ut breviter nonnulla perſtringam, ex Nobilisſimis Francorum & ditisſimis natalibus oriundus, territorio Vereduni caſtri, nobiliorem ſe ſplendidæ vitæ moribus, ac caſtæ converſationis exemplis inſignem exhibuit. Hujus genitor Walchiſus nuncupatus nomine, ut veracium didicimus traditione ſeniorum, patruus glorioſisſimi Pipini Ducis Francorum filii Anſchiſi exſtitit. Denique idem Vir domini adoleſcentiæ dum polleret ætatis in annis, NB. atque in aula glorioſisſimi Regis Dagoberti nobilisſimè militaribus negociis, ac aulicis diſciplinis educaretur, ab eodem Rege Comes palatii conſtitutus, ac deinde Ducatus officio mancipatur. Hæc enim*, utor verbis ipſius *VALESII lib. 15.* Rer. Francicar. ad Ann. DXCI. *magnorum virorum rudimenta erant ac incrementa: Hoc piisſimorum Abbatum & Sanctorum Antiſtitum, hoc clarisſimorum Ducum Seminarium: Hæc ſummi proceſſus vel una erat via, vel optima. Nec aliundè fermè, quam ex puerorum Regia cohorte deligebantur, qui, poſt data virtutis & fidei experimenta, ad magna & honorata Miniſteria ſublimesque Poteſtates proveherentur.*

Qui viam inde ſibi parabant ad ſummos Honores.

Ex quo ipſo *Valeſii* loco, contra eundem *Valeſium*, ſatis, ut opinor, evincitur, quod non ſolum Nobiles ſive Dynaſtæ paris cum Ducibus & Comitibus hujus ævi fuerint natalium dignitatis: ſed ex ſolo etiam hoc *Nobilium* ordine, non ex Ingenuis vel Liberis Hominibus

Unde ſolus Nobilium

Ordo admittebatur ad Ducatus, Comitatus, cateraque Officia Regia.

bus, electi ſint Duces, Comites, reliquique aulæ magnates & officiales. Qua in re egregium habemus conſentientem *Dn. GUNDLING. in Diſſert. An nobilitet Venter cap. 2. §. 5.* eundem in modum diſſerentem: *Quare Drudi & Barones ad Dominorum curiam recte referuntur, quibus opponi videas* Nobiles inferiores, *hoc eſt,* Ingenuos. *Ex illis, non autem è poſtremis, ordinarie deſumebantur* Duces, Marchiones, Comites, Proceres, Regis convivæ.

Nobilitas hodierna tempore Merovingorum ſub LIBERIS tantum HOMINIBUS fuit comprehenſa.

Quod ulterius probatur.

§. V. Hujus aſſerti noſtri veritas eo majorem accipiet lucem, ſi cum hisce NOBILIBUS ſive DYNASTIS ſtatum LIBERORUM HOMINUM vel NOBILIUM, quos hodie ita vocamus, ex eodem Merovingorum ævo conferamus, & quænam hujus ordinis conditio id temporis fuerit, paucis etiam doceamus. Equidem *BURGERMEISTERUS* Grafen- und Ritter-Saal *part. 1. ſect. 8.* totus in eo fuit, ut mundo perſuaderet, Nobilitatem Imperii hodiernam tum per LIBEROS HOMINES non fuiſſe intellectam: Verùm enim verò quum certo certius ſit, quatuor hoc ævo Merovingico, vel ſi Libertos ſub Servis comprehendere mavis, tres tantùm hominum claſſes fuiſſe, videlicet NOBILIUM, LIBERORUM & SERVORUM, Nobiles autem hodierni NOBILIUM nomine tum nondum venerint, uti vel ipſe *BURGERMEISTERUS part. 2. ſect. 15. n. 13.* fatetur, ajens: Sonſt iſt dem Alberto Cranzio ſchon nachzugeben, daß zu ſeiner Zeit im fünffzehenden Seculo der niedere Adel ſich erſt den Titul Edel einander zu geben, und von andern Privat-Perſonen ſich geben zu laſſen angefangen: neceſſariò quoque inde ſequitur, Nobilitatem hodiernam non NOBILIUM, utpote quo titulo tunc nondum gaudebat, ſed LIBERORUM claſſi eſſe adnumerandam, nî ipſam planè, quod tamen abſurdum eſſet, ad SERVOS rejicere velis. Nobiles autem hodiernos hoc & pluribus etiam ævis poſterioribus nunquam, & ſeculo adhuc XIV. ut & initio XV. rariſſimè Nobilium nomine fuiſſe inſignitos, nemo antiquitatum Germanicarum gnarus facilè negaverit, & ſi quis negaret, ingenti diplomatum copiâ erroris ſui facili poſſet convinci negotio, quorum magnam partem vel ſolus *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. lib. 1. tit. 20. §. 6. lit. b.* exhibuit. Unde etiam ipſi adverſariorum principes, LERCHIUS, GEMMINGIUS, KNIPSCHILDIUS & ERTELIUS, Nobilitati hodiernæ ordinem LIBERORUM HOMINUM attribuere non dubitant, tametſi perperam propterea reprehendantur à *BURGERMEISTERO* Grafen- und Ritter-Saal

Part.

Digitized by Google

Part. 1. *Sect.* 16. *n.* 4. At inſtat *BURGERMEISTERUS cit. Part.* 2. *Sect.* 15. diſtinguendum eſſe inter ſubſtantivum NOBILITATIS & adjectivum NOBILIS: Illam competiiſſe Nobilibus ab antiquo, hoc verò ſerò demum è Dicaſteriis Principum ipſis tribui cœpiſſe, imo nec hodie Vaſallis Principum dari, cum tamen indubiè ſint Nobiles. Verùm reſpondeo: Diſtinctionem hanc temporibus antiquis in ſubſcriptionibus diplomatum fuiſſe ignotam, utpote in quibus appellatio NOBILIUM potiùs ipſam NOBILITATEM, quam TITULUM quendam HONORARIUM ſignificavit; uti id præclarè jam obſervavit *EYBEN. in Elect. jur. feud. cap.* 9. §. 12. ajens: *Videtur hac NOBILIUM appellatio certum inter Vaſallos gradum ſeu peculiarem ſpeciem illa tempeſtate deſignaſſe potius, quam HONORARIUM, quem vulgo dicimus, TITULUM,* Ehren⸗Titul oder *Prædicat fuiſſe. Facitque quod nomini cognominique poſtpoſitus reperiatur, cum honorifici iſti tituli conſueverint præponi.* Exemplum vide apud *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.* 1. *pag.* 861. Deinde objectio hæc tunc aliquam præ ſe ferret ſpeciem, ſi ſoli Papæ, Imperatores, Epiſcopi, Principes & Comites, Nobilitati hodiernæ prædicatum NOBILIS olim denegaſſent; Aſt cum vel ipſo *Burgermeiſtero* teſte, ne infimæ quidem fecis homines ipſis neque titulum NOBILIS, (addimus) neque ipſum ſubſtantivum NOBILITATIS, olim attribuiſſe, probatum hactenus ab ullo fuerit, non eſt, quod tantùm ponderis huic argumento tribuatur. Quibus præmiſſis fateor, me non ſatis capere, quid ſit: Nobilitatem, ceu rem ipſam, habere, & tamen nominis, quo ipſa indicatur, non eſſe participem; præſertim eo tempore, quo ſtylus curiæ adhuc erat ſimpliciſſimus, & tantorum titulorum non tam ferax, ac quidem hodie, ubi tali vivimus tempore, quo

Objectiones contrariæ removentur.

> - - - - - - - - *Nomina tantum*
> *Magnifica & claros Titulos ſibi quilibet optat,*
> *Arrogat, affectat, ſequitur, rapit.* - - -

Sed urgebit forſan aliquis exemplum Vaſallorum Principum, qui quidem indubiè ſunt Nobiles, hoc tamen titulo hodienum à Principibus interdum non decorantur: Verùm facilis ad hoc eſt reſponſio, dummodo hæc prædicata, ut dicunt, honorifica, ab antiquis illis Nominibus, quibus dignitates originariæ & claſſes hominum in Regno viventium fuerant indicatæ, probe ſecernantur. Præterea Principum Dicaſteria, uti quidem conſtat, titulaturæ,

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

ut ita loquar, veteris plerumque ſunt tenaciſſima, nec facile mutationem quandam in ea admittunt; Unde etiam à ſtylo iſto curiæ hodierno, ad tempora illa antiquiſſima non ſatis tutò licet argumentari. Quod ſi quis porrò regerat, Nobiles tamen hodiernos jamdudum ad NOBILITATEM INFERIOREM fuiſſe relatos, adeoque etiam reverâ eſſe Nobiles, licet inferiores, eamque ob cauſam in *Conſtitut. Caroli Craſſi ann.* 890. *de Expedition. Roman.* jam fieri mentionem MILITUM & NOBILIUM INFERIORUM; Ei paucis reſponſum dabitur: Nos jam loqui de ævo Merovingico, diſtinctionem autem illam in Nobilitatem ſuperiorem & inferiorem, eſſe foetum temporis recentioris, neque teſtimonium illud ex conſtitutione de Expeditione Romana deſumtum, ab omni ſuſpicione vacuum, hoc ad minimum ab eruditis credi pro certo, Conſtitutionem iſtam ad Caroli Craſſi tempora non aſcendere, ſed recentiorem habuiſſe Authorem. vid. *BOECLER. Notit. Imper. lib.* 15. *cap.* 2. *Ill. OBRECHT. Diſſert. de Expedit. Roman.* §. 9. *B. SCHILTER. Comment. ad Jus feud. Alem. cap.* 8. §. 10. Eamque ne ad tempora quidem Conradi II. eſſe referendam, contra Schilteri conjecturam, argumentis haud contemnendis docet *Dn. LUDEWIG in Præfat. ad Reliquias MStor.* §. 30. Firmo proinde ſtat talo ſententia noſtra, quod Nobilitas Imperii hodierna ſub Imperio Merovingorum non NOBILIUM, ſed LIBERORUM tantùm vel INGENUORUM HOMINUM nomine fuerit deſignata. Noli tamen opinari, me ita ordinem Equeſtrem ſive liberorum hominum, ad ordinem planè plebejorum velle rejicere: Fuerunt liberi homines & à Nobilibus & à Plebejis, quorum id temporis vel exigua, vel nulla erat libertas, diſtincti; Adeoque res ſemper eadem, mutato licet ſeculis noviſſimis nomine.

Liberi Homines poſſidebant Allodia, ſed exigua.

§. VI. Tales quidem LIBERI HOMINES etiam poſſidebant Allodia; aſt quam exigui momenti tum temporis adhuc fuerint iſtæ poſſeſſiones, patet ex *LL. BAJUWARIOR. tit.* 6. *cap.* 3. §. 1. *apud Lindenbrog. Cod. LL. antiq. p.* 412. ubi de Hereditatibus Liberorum Hominum ita ſancitur: *Ut nullum LIBERUM ſine mortali crimine liceat inſervire, nec de hereditate ſua expellere: Sed LIBERI qui juſtis legibus deſerviunt, ſine impedimento hereditates ſuas poſſideant. QUAMVIS PAUPER SIT, tamen libertatem ſuam non perdat, nec hereditatem ſuam.* Quâ loquendi formulâ adhuc utitur Carolus M. in *Capitular. I. ann.* 812. *cap.* 2. ubi Liberi & pauperes homines ita conjunguntur: *Super illam Ordi-*

Digitized by Google

Ordinationem quam modo ſuperius comprehenſo de LIBERIS *&* PAUPERIBUS HOMINIBUS *fieri juſſimus.* Deinde etiam nudi erant ſubditi, & ad Beneficia hoc tempore nondum admittebantur, quippe quæ cum dignitatibus majoribus, quarum ſolus NOBILIUM ordo tum fuit capax, ſemper erant conjuncta; *Non enim,* ait Dn. THOMASIUS cit. Diſſert. de origin. feudal. §. 15. lit. h. *memini me legiſſe in Scriptoribus coævis, ulli* INGENUO, *qui in dignitate non eſſet conſtitutus, feudum fuiſſe conceſſum.* Quod præclarè quoque obſervavit ANTON. DOMINIC. *de Prærogativ. Allodior. cap.* 14. §. 1. cujus verba hîc inſerere non piget: *Utrique,* inquit, *Allodiorum fuere capaces, ſed* LIBERI NOBILES *ad Honores ſeu Beneficia vocabantur;* LIBERI *verò* NON NOBILES *Allodiorum commercio, & jure poſſidendi gaudebant, cum Allodium* LIBERI HOMINIS *patrimonium foret. At ut Beneficiis onera impoſita, ita & Allodiis, ſed vario jure. Nam quæ* LIBERI NOBILES *ratione Beneficiorum ſubibant, Juriſdictionem ſeu authoritatem feudalem reſpiciebant. Quæ* LIBERI NON NOBILES *obtentu Allodiorum, ſupremam ſeu Regiam poteſtatem, à qua ſe nemo liberæ conditionis eximere poterat, licet aliunde à feudali ſeu ſervili obſequio eſſet immunis.* Solis proinde Allodiis ſuis, qualiacunque etiam iſta tum fuerint, debuerant eſſe contenti, neque ad dignitates majores, aut his adnexa Beneficia, facilis ipſis patebat aditus, neque tam arcto, ut Nobiles & fideles per excellentiam ita dicti, fidelitatis nexu erant obligati. Interim ſi belli tempeſtas Regno imminebat, ſi patria ab hoſte communi erat defendenda, nemo Liberorum Hominum ſervitiis militaribus ſe poterat ſubducere, ſed quilibet, qui Allodia poſſidebant, intuitu eorum, & vi ſubjectionis vinculi, quo tanquam ſubditi ſupremæ Regiæ poteſtati ſuberant, in bellum admoniti tenebantur proficiſci: Qualis verò inter ipſorum ſervitia militaria, & Nobiliorum, qui feuda à Regibus tenebant, fuerit differentia, argumentis haud improbabilibus notavit *Dn.* THOMASIUS *cit. Diſſert.* §. 15. *lit. f. &* §. 19. *lit. a.* quæ his potiſſimùm abſolvuntur capitibus: SERVI *omninò non militabant, nec* LIBERTI, *qui tamen patronis ſerviebant in bello;* INGENUI *militabant omnes, ſed ſoli* NOBILES, *qui feuda à Regibus tenebant, Equites erant, reliquus populus Pedites agebat, nec tam arcto vinculo ad quotidiana ſervitia adſtricti erant, quam illi.* Ex quo facilè jam eſt colligere, LIBEROS HOMINES domi pariter ac militiæ, Comitum auctoritatem non defugiſſe, ſed

Ad Beneficia & Honores majores non admittebantur, ſed nudi erant ſubditi.

Non tamen à Servitiis militaribus immunes.

Liberi Homines Comitibus Domi

Militiaque erant ſubjecti, in Civilibus & Criminalibus. ſed ipſis, Jurisdictionem ſuam nomine Regis exercentibus, omninò fuiſſe ſubjectos, non ſolum in civilibus, quod parum habet dubii, ſed etiam in criminalibus, & ſi delictum quoddam perpetraverint: Uti id dilucide apparet è *Formul. Lindenbrogian.* 125. *Cum reſediſſet Inluſter Vir Ill. COMES, in illo Mallo publico ad UNIVERSORUM CAUSAS AUDIENDAS - - - ibique veniens Homo aliquis Nomine Ill. repetebat ei, dum diceret, quod Hominem ſuum nomine Ill. quondam Ipſe Ill. BENE INGENUUS in via malo ordine adſalliſſet - - - - Et ipſe Ill. de præſente adſtare videatur, & hanc cauſam nullatenus potuit denegare - - - Itaque taliter in ipſo mallo judicaverunt &c.* confer. quæ *ſupra* §. 2. jam notavimus. Quid? quod ne Juramenta quidem fidelitatis Regibus immediatè, uti quidem Comites cæterique Vaſalli Nobiles, præſtiterunt, ſed plerumque Ducibus, Miſſis Dominicis, Comitibusve ſuis. *Imo ne Iuramentum quidem fidelitatis Regi immediatè præſtabant, ſed Comitibus & Miſſis Regiis.* Probatur id verbis *GREGOR. TURONENSIS Hiſtor. Francor. lib. 6. Cap. 31. pag.* 305. ajentis: *Tunc miſit Numtios ad ſupra dictos Duces, dicens: Ingredimini Bituricum, & accedentes usque ad Civitatem, SACRAMENTA FIDELITATIS exigite de nomine noſtro.* Et *lib. 7. cap. 12. pag. 339. Igitur Guntchramnus Rex COMITES SUOS ad comprehendendas Civitates - - - direxit; ut EXIGENTES SACRAMENTA ſuis eas ditionibus ſubjugarent.* Reliqua de Liberis Hominibus ſcitu haud indigna, & quænam circa ipſorum Statum poſtea ſuborta fuerit mutatio? referentur ex ævo Carolingico.

Status Comitum ſub Imperio Carolingorum. §. VII. Properamus itaque ad SECUNDAM EPOCHAM, quam Stirpi Carolingorum aſſignamus. Quanta ſub Carolo M. incrementa ceperit Comitum auctoritas, notius eſt, quam ut fuſius demonſtretur, fractâ enim quæ ſub Regibus Merovingicis invaleſcebat, Ducum potentiâ, Ducatus à Carolo M. in plures Comitatus diſtributi, Comitum adminiſtrationi committebantur. vid. *HERT. Notit. Franc. veter. cap.* 5. §. 21. *Et de Orig. & progreſſ. ſpec. Rerump.* §. 2. *EYBEN. de Brocard. Tant. poſſ. Princip. in ſuo territ. cap.* 3. *Pleniſſimam habebant Iurisdictionem,* Cum pleniſſima Juſtitiæ adminiſtratione, vid. *CAPITULAR. Carol. M. excerpta ex Leg. Longob. cap. 26. apud Baluz. tom. 1. pag.* 353. Non ſolum cauſarum civilium, ſed & criminalium; quam ob rem Comitibus in *CAPITULAR. Carol. M. II. ann. 813. cap. 11. ap. eund. Baluz. tom. 1 pag.* 509. injungitur: *Ut Comites unusquisque in ſuo Comitatu, carcerem habeant. Et Judices atque Vicarii patibulos habeant.* Non raro autem aliis vices ſuas delegabant. Cum enim, *ut ait HERT. Notit. Franc. vet. Cap.* 5. §. 24. eſſent viri magnæ dignitatis, quique raro diſce-

diſcederent à latere Principis, in pagis ſibi commiſſis viros inſtituebant, qui vice ſuâ populos regerent; Ita tamen ut cauſæ graviores ab ipſo Comite decidi debuerint, ſecundùm *CAPITULARE Carol. M. III. ann.* 811. *Cap.* 4. *apud Baluz. tom.* 1. *pag.* 497. *Ut nullus Homo in Placito Centenarii neque ad mortem, neque ad libertatem ſuam amittendam aut ad res reddendas vel mancipia judicetur. Sed iſta aut in præſentia Comitis vel Miſſorum noſtrorum judicentur.* Tam ampla quoque fuit hæc Comitum Jurisdictio, ut exceptis Potentioribus, de quibus §. *ſequent.* omnes Homines in cujuslibet Comitis diſtrictu ſeu Comitatu commorantes, ſine exceptione ipſius Jurisdictioni fuerint ſubjecti, vid. *CAPITULAR. Carol. Calv. tit.* 25. *apud Baluz. tom.* 2. *pag.* 99. *Ut per omne Regnum noſtrum Epiſcopi & Miſſi noſtri ac COMITES in ſingulis Parochiis ac COMITATIBUS placita teneant, & ad illa placita OMNIS HOMO qui placitum cuſtodire debet, & in illis COMITATIBUS commanet, ſine exceptione & excuſatione conveniat.* Idem ſtatutum deprehenditur in Caroli M. PRÆCEPTO pro TRUTMANNO Comite apud *Baluz. tom.* 1. *pag.* 246. *Quapropter in illa parte Saxoniæ TRUTMANNUM virum illuſtrem ibidem Comitem ordinamus, ut reſideat in Curte ad Campos in Mallo publico ad UNIVERSORUM cauſas audiendas.* Ubi tamen velut ἐν παρόδῳ notatum volumus, formulam hanc TRUTMANNIANAM, prout viri quidam eruditi arbitrantur, GENERALEM fuiſſe, non ſingularem aut uni homini, cui nomen fuiſſet TRUTMANNO, propriè datam: Sed vocabulum illud TRUTMANNUS, idem denotare ac trauter Mann, FIDELIS DILECTUS, vel ut ſtylus curiæ hodiernus loquitur, Lieber Getreuer. Ita namq; *Dn. MEINDERS de Judiciis Centen. p.* 259. & 260. *Fallunt*, inquit, *& falluntur, qui eam Truthmanno cuidam Comiti, ita dicto, peculiariter datam arbitrantur. Eſt enim ex earum formularum genere, quæ tum temporis vulgò erant recepta, & inter Saxones fideles, ſive Truhmannos, quod vocabulum notat & fideles viros, ſive fidelem virum ſignificat, eo ævo uſitata; Non verò uni homini ita propriè vocato data & conceſſa à Carolo M. ſicut fuſius peculiari Diſſertatione oſtendimus.* Hoc quidem Diploma *GRYPHIAND. de WEICHB. Sax. cap.* 33. *n.* 5. ſuſpectum aliquo modo videtur ideo, quod annodati diplomatis 788. Saxones nondum devicti eſſent: Verùm quum ex jamjam traditis conſtet, formulam hanc non fuiſſe ſingularem, ſed generalem & ſolennem, non eſt, quod de ipſius dato, ut dicunt, adeò ſimus ſolliciti; Idque eò magis, quoniam & ipſe GRYPHIANDER Comites à Carolo M. ſub hac generali formula inſtitui ſolitos non

In omnes etiam Liberos Homines, in ipſorum pagis commorantes.

Formula Trutmanniana fuit generalis, & ſolennis, non uni tantum homini data.

Quæ à falſitatis ſuſpicione liberatur contra Gryphiandrum.

negat, ſed adhuc *Cap. 55. n. 9.* noſtram aſſertionem exemplo *Unfredi Viri Illuſtris Ratiarum Comitis*, ulterius confirmat, de quo lege diploma, quod *GOLDASTUS tom. II. part. I. rer. Alemannicar. p. 58.* inſeruit. Præter hæc quemadmodum ſub Merovingis, ità multò magis ſub Imperio Carolingorum, & quidem majore adhuc auctoritate, Comites habuêre curam rerum militarium; Quippe Carolus M. in *CAPITUL. II. ann. 813. cap. 9.* ſancivit: *De hoſte pergendi, ut Comiti in ſuo Comitatu per bannum unumquemq; hominem per ſexaginta ſolidos in hoſtem pergere bannire ſtudeat, ut ad placitum denuntiatum ad illum locum ubi jubetur veniat. Et ipſe Comes prævideat, quomodo ſint parati; id eſt, Lanceam, Scutum, aut Arcum cum duabus Cordis & Sagittis duodecim.* Unde etiam PRIMIS ipſos DUCIBUS annumerari & exercitus contra hoſtes ducere, toties legimus apud hujus ævi Scriptores: Ita enim *POETA SAXO de geſt. Carol. M. ap. Leibn. ſcript. rer. Brunſ. t. 1. p. 141.*

Comites præfuerunt Rei militari.

Tunc unam Populi partem COMITI THEODRICO
Atque MAGENFRIDO, DUCIBUS hoc tempore PRIMIS
Committens, aquilonares per fluminis Oras
Danubii præcepit eos iter accelerare.

Aderant Comitiis tanquam Proceres.

Nec minor Comitum hoc tempore fuit Auctoritas in Conventibus publicis, & Conſultationibus in Comitiis inſtitutis, quibus tanquam Proceres & Optimates adfuerunt, uti id ex *HINCMARO* aliisque jam demonſtravit *Dn. AUTOR* des Berichts vom Adel in Teutſchland. *p. 104.* Quibus addimus *ANNAL. FULDENS. ad ann. 873. apud Freher. Scriptor. Rer. Germ. tom. I. pag. 44. Edit. nov. Nam cùm VII. Calen. Febr. Curiam introiſſet, in præſentia illius & OPTIMATUM ſuorum, Epiſcoporum videlicet atque COMITUM.* confer. *Capitular. Saxon. ann. 797. Capitular. Aquisgran. ann. 816. Capitular. Carol. Calv. tit. 24. tit. 34.* & alia loca ſexcenta, quorum magnum catalogum afferre poſſemus. Interdum etiam ipſi Comites, ſi qua gravior cauſa vel ſalus publica id depoſcere videbatur, proprios agebant Conventus in ſuis Comitatibus, cujusmodi exemplum legitur in *TRADITION. FULDENS. apud Piſtor. Scriptor. VI. rer. germ. p. 544. Anno ab Incarnatione Domini noſtri JEſu Chriſti DCCCXXV. - - factus eſt PUBLICUS CONVENTUS Popponis Comitis, & totius Comitatus ejus, in terminis Villa, qui dicitur Geiſmari, factaque eſt Exquiſitio magna in eodem Conventu, de terminis Monaſterii, quod nuncupatur Hunnafeld.* Tantâ igitur & Authoritate & Potentiâ conſpicui, non poterant non etiam hoc Ævo Carolingico immediatè ſubeſſe ſuis Imperatoribus:

Interdum proprios inſtituebant Conventus in ſuis pagis.

Imperatoribus immediatè ſubfuerunt.

Digitized by Google

bus: Nam à ſolis Imperatoribus conſtituebantur: *vid. cit. form. Trutmann.* confer. Chart. Ludov. Imp. de ann. 825. apud *D'ACHERY ſpicileg. tom. 3. pag. 328. & 329. edit. nov. Notum eſſe volumus - - - - quia poſtquam Comitatum Brivatenſem fideli noſtro Berengario Illuſtri Comiti conceſſimus.* A ſolis Imperatoribus judicabantur: *vid. Carol. M. Capitular. II. ann. 805. cap. 12. Capitular. Lud. Pii ann. 823. cap. 18. Capitular. Reg. Francor. lib. 3. c. 77.* confer. *ANNAL. FULDENS. ad ann. 866. apud Freher. cit. tom. 1. pag. 39.* ubi: *Werinharius Comes unus ex PRIMORIBUS Francorum* apud HLudovicum Regem accuſatus, *quaſi Raſtizen ſuis hortationibus adverſus eum incitaſſet, publicis privatus eſt honoribus.* Imò & poſt ſolos Imperatores populum regere dicebantur; Teſte *Synod. Cabilonenſ. II. ſub Carol. M. cap. 20.* citat. *BIGNONIO ad form. Marculf. cap. 8.* ubi ita: *COMITES qui poſt Imperialis Apicis Dignitatem Populum Dei regunt.* Unde Imp. Ludovicus pius eos in *CAPITULAR. ann. 823. cap. 6. apud Baluz. tom. 1. pag. 635.* hoc modo alloquitur: *Proinde monemus Veſtram fidelitatem, ut memores ſitis fidei Nobis promiſſæ, & in parte Miniſterii noſtri vobis commiſſi, in pace ſcilicet & Juſtitia facienda, vosmetipſos coram Deo & coram Hominibus tales exhibeatis, ut & noſtri veri ADJUTORES & populi Conſervatores juſtè dici & vocari poſſitis.* Tandem etiam à Comitibus ad ſolos Imperatores appellatio dirigebatur; teſte eodem Ludovico pio in *CAPITULAR. II. ann. 819 cap. 5. Volumus, ut Comes poteſtatem habeat in Placito ſuo facere quæ debet, nemine contradicente. Et ſi aliter fecerit quam juſtè, ad quem factum illud pertinet veniat in PRÆSENTIAM NOSTRAM, & nos illi de eodem Comite faciamus Juſtitiam* Confer. *CAPITULAR. WORMATIENS. ann. 829. tit. 2. cap. 14.* ubi in fine: *Populo autem dicatur, ut caveat de aliis cauſis ſe ad nos reclamare, niſi de quibus aut Miſſi noſtri, aut COMITES eis juſtitias facere noluerint.* Et quamvis Populi querelæ interdum etiam ad Miſſos deferrentur, uti apparet ex *CAPITULAR. ann. 823. cap. 26.* hæc tamen Miſſorum cognitio ſaltem erat extraordinaria, & neque Comitibus Officia ſua ritè peragentibus, neque iis abſentibus admittebatur: vid. Caroli M. *Capitular. V. ann. 819. cap. 24. Ut in illius Comitis Miniſterio, qui benè Juſtitias factas habet, iidem Miſſi diutius non morentur, neque illuc multitudinem convenire faciant.* Et in *ſeq. Cap. 25. Ut in illius Comitis Miniſterio iidem Miſſi noſtri placitum non teneant, qui in aliquod Miſſaticum directus eſt, donec ipſe reverſus fuerit.* Cæterùm non multùm nos jam detinebunt Magnifici illi Honorum Tituli, quibus Comites hoc

A Sententiis ipſorum immediatè ad Imperatorem fuit provocatum.

Maxima illis tributa Elogia.

Digitized by Google

hoc etiam ævo gaudebant; Videlicet quod interdum etiam DUCES dicti, idque ſolenne fuerit ævo Carolingico, *HERT. Notit. Franc. Vet. Cap.* 5. §. 23. Unde *NITHARD. de Diſſenſ. filior. Ludov. Pii lib.* 2. *apud Schilter. Script. rer. Germ. pag.* 94. *Igitur Adhelbertum DUCEM, quem ſupra COMITEM memoravimus.* COMITES NOBILISSIMI & IMPERATORIS PROPINQUI, *vid. Chart. Ludov. Pii ann.* 859. *in Baluz. Capit. tom.* 2. *pag.* 1471. add. *CHRON. LAURISHAM. apud Freher. Script. cit. tom.* 1. *pag.* 97. ILLUSTRISSIMI vid. chart. ann. 857. apud *D'ACHERY ſpicileg. tom.* 3. *pag.* 354. *edit. nov.* Quod ſe ſcripſerint COMITES DEI GRATIA, vide Chartas plures ap. *BALUZ. in Not. ad Capitular. tom.* 2. *pag.* 1259. Ibique inprimis Chartam ann. 898. cujus hocce legitur Initium: *Ego in Dei Nomine Guillelmus Comes, Marchio & Dux.* Et quæ ſunt id genus alia. Illud potius exactiorem meretur obſervationem, quod non ſolum Comites ſub exitum Stirpis Carolingicæ jam fundamenta quædam poſuerint, uti Comitatus ſuos ad heredes transmitterent: Sed præter hæc etiam amplarum terrarum Domini extiterint. Ad *prius* quod attinet, noto quidem notius eſt, Carolum M. adhuc Comites pro lubitu conſtituiſſe, adeoque etiam ipſis Comitatus iterum pro lubitu auferre potuiſſe: Cum verò benè meritis ſine ulla culpa beneficia ſua auferre, aliquo modo inhumanum videretur, ipſique Comites filios ſuos non planè excluſos cernentes, ad majorem utique fidelitatem commoverentur; Hinc uſu paulatim invaluit, ut filii Comitum ad officia & beneficia paterna præ cæteris admitterentur, dummodo ſe Regibus juſto tempore commendaverint. De Bernardo Duce quodam Septimaniæ notabile exemplum recenſet *NITHARDUS lib.* 3. *apud Schilter. Script. rer. Germ. pag.* 98. *Victoriam autem ut Caroli eſſe didicit, filium ſuum Wilhelmum ad illum direxit, & ſi honores, quos idem in Burgundia habuit, eidem donare vellet, ut ſe illi commendaret, præcepit --- Quàm Legationem benignè excepit, & ſicut poſtulaverat per omnia conceſſit.* Magis autem ac magis ſub exitum ſtirpis Carolingicæ proſtratâ fere, ac penè dilapsâ Regiâ auctoritate, Comitum potentia usque eò crevit, ut ægrè ab iis, quibus præfuerant, Præfecturis moveri poſſent etiam filii ipſorum atque heredes. Quare ſancitum invenimus in *CAPITULAR. Carol. Calv. tit.* 53. *ſub fin. Cap.* 3. *Si Comes de iſto Regno obierit, cujus filius nobiſcum ſit, filius noſter cum ceteris fidelibus noſtris ordinet de his, qui eidem Comiti plus familiares propinquiores fuerunt, qui cum Miniſterialibus ipſius Comitatus, & cum*

Sub exitum Stirpis Carolingicæ Comitum filii præ ceteris plerumque ad Beneficia paterna admittebantur.

Digitized by Google

& cum Epiſcopo in cujus Parochia fuerit ipſe Comitatus, ipſum Comitatum prævideant, usque dum nobis renuntietur, ut FILIUM ILLIUS, qui nobiscum erit, DE HONORIBUS ILLIUS HONOREMUS. Confer. quæ ad hæc verba notavit *CAROLUS du FRESNE Gloſſar. tom. 1. pag. 1076. voce Comes.* Ad *poſteriorem* aſſertionem confirmandam plura jam ex ævo Carolingico, de Comitum allodiis, teſtimonia congeſſit *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. lib. 1. tit. 16. §. 6. lit b. tom. 2. pag. 11. ſeqq.* Plura etiam invenire licet in *Appendic. Actor. Veter. BALUZII Capitular. tom. 2. adjecta*: Et inprimis in *Notis Ejusdem BALUZII pereruditis ad Capitular. tom. 2. pag.* 1294. ubi Capitulum, ut putat, Ludovici, cujus hæc ſunt verba, refert: *Si quislibet Epiſcopus, Abba, vel COMES in PROPRIA SEDE vel DOMO aut VILLA reſidet.* Omnium tamen exemplo nobis ſit concambium illud Comitis Stephani, & Abbatis Fuldenſis ann. 900. in *TRADITION. FULDENS. apud Piſtor. Script. VI. rer. Germ. pag.* 572. quod eò magis hîc inſerere lubet, quoniam præter multa theſin noſtram confirmantia, veterem quoque partis cujusdam terræ patriæ deſcriptionem continet, verbis, quæ ſequuntur: *Igitur notum ſit omnium ſagacitati fidelium tam præſentium, quam futurorum, qualiter Ego STEPHAN HUMILIS COMES cum venerabili Abbate Fuldenſis Cœnobii videlicet Huogge nobis placitum inivi concambium, quod etiam NB. cum conſenſu & licentia Germani mei Walahes facere non omiſi, qui ſe ipſum in Regio Palatio, quod dicitur Thribure de ſubnotatis locis, ſi in eis aliquid PROPRIETATIS haberet vel habere debuiſſet, fecit extraneum adverſus me, quatenus ego legitimam in eis haberem poteſtatem in meam eleemoſynam tradendi vel commutandi ſeu quicquid mihi de his placuiſſet, faciendi. Quare tradidi ad ſanctum Bonifacium Chriſti Martyrem dignisſimum, qui in Monaſterio Fulda ſacro requieſcit corpore, ubi ſupra notatus Abbas Pio regimine Paſtor eſſe dignoſcitur, locum qui conſiſtit in Regione WETAREIBU nomine SALZAHA, omniaque ad illum pertinentia, locis quæſitis & inquæſitis, in domibus, ædificiis, areis, agris, campis, ſylvis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, exitibus, & reditibus, & omnibus legitimè adjacentibus, idem ubi Brahtaha defluit in Kinzicha, & inde ſurſum juxta Brahtaha usque in Richenbach, inde usque in Volenbach, & deinde in Greſſenbach, inde usque in Steinaha, & de Steinaha usque in Kinzicha, ob mei eleemoſynam, & ut inde reciperem locum, qui dicitur Crichesfeld cum omnibus rite ad eum pertinentibus, illum quoque accepi à jam dicto Abbate, cum conſenſu fratrum ſub ipſo degentium; eâ ratione, ut utrumque concambium*

Comites præter Beneficia ſua poſſidebant magna territoria jure Allodiorum.

bium ſine ullius hominis contradictione atque mutabilitate firmum atque munitum perpetuò perſiſtat. Acta eſt hac conſcriptionis chartula Anno Dominicæ Incarnationis DCCCC. Indictione tertia, Anno autem primo Ludovici Sereniſſimi Regis in loco qui dicitur Thribure &c. Ex quo diplomate breviſſimis adhuc notamus: (a) Comitem hunc Stephanum fratrem habuiſſe in Palatio Regio, quod erat Triburii; (b) Hujus conſenſum in iſta permutatione fuiſſe neceſſarium: (c) Magnum autem illum terrarum diſtrictum, uti ex omnibus circumſtantiis apparet, partem ſaltem allodiorum hujus Comitis, non omnem ipſius exhauſiſſe proprietatem: Adeoque falſiſſimum dixiſſe *BURGERMEISTERUM* im Grafen= und Ritter=Saal *Part.* 1. *Sect.* 11. *n.* 1. quando de terris Comitum hujus ævi hereditariis per contemptum ita diſſeruit: Allein waren es gemeiniglich nur particular-Güter/ nicht aber gantze Schlöſſer/ Städtlein/ Märckt/ Aemter/ als über dergleichen dieſelbe nur als Kayſerl. Amts=Verwalter und Pfleger geſetzt geweſen.

Status Liberorum Dominorum ſub Impp. Carolingicis.

§. VIII. Ad LIBEROS DOMINOS hujus ævi quod attinet, ſupra jam ſatis, niſi planè fallimur, demonſtravimus, quam inſignis tum inter ipſos & eum LIBERORUM ordinem, quem hodierni Nobiles excepêre, interceſſerit differentia: quamque variis ipſi inſigniti fuerint titulis: Quibus ex hoc ævo Carolingico adhuc addimus, quod etiam appellati ſint VIRI ILLUSTRES & BARONES REGII, quippe hisce elogiis utuntur Epiſcopi *in CAPITULAR. Carol. Calv. tit.* 18. *Eam etiam,* inquiunt, *quæ in Sparnaco de Epiſcopalibus Capitulis cum INLUSTRIBUS VIRIS & ſapientibus BARONIBUS veſtris obſervanda delegiſtis.* Quem locum ex Hincmaro egregiè confirmat *JACOB. SIRMOND. in not. ad eund. loc.* additque: *Diutiſſimè apud nos uſus perſeveravit, ut Barones universè dicerentur Optimates.* Tales autem Barones, ſive Liberi Nobiles, ſive etiam Dynaſtæ, quocunque uti nomine volueris, ſub Imperatoribus Carolingicis non ſolum non deteriorem, ſed adhuc longè meliorem experti ſunt conditionem, quippe præter terras proprias, quas vel à parentibus jure hæreditario acceperunt, vel ſibi acquiſiverunt, vel ab ipſis Imperatoribus in allodia obtinuerunt, teſte chartâ ann. 850. apud *d'ACHERY ſpicileg. tom.* 3. *pag.* 341. & 342. *edit. nov.* ad honores quoque non ſolum Ducum, Comitum, Miſſorumque Regiorum, ſed & aliorum officiorum vocabantur, horumque ultimorum intuitu plerumque VASSI DOMINICI dicebantur, variaque ſubibant munera. Nam (1) vel in aula Regia commorantes, officia ſua in

Dicti Viri Inluſtres & Barones Regii,

Prærogativa ipſorum quando Munera ſubibant Vaſſorum Dominicorum; vel in Aula:

in Comitiis dijudicandisve gravioribus cauſis præſtabant Imperatoribus, teſte vel una Caroli M. chartâ *in CHRON. LAURISHAM. ad ann. 776. apud Freher. Script. rer. Germ. tom. 1. pag. 98. edit. nov. Tunc nos unà cum fidelibus noſtris, id eſt, Hagino, Rothlando, Wichingo, Frodegario, COMITIBUS: Nec non & VASSIS NOSTRIS Theodrico, Bertholdo, Alburino, Frodberto, Gunthmaro, taliter viſi fuimus judicaviſſe.* Confer notabilem chartam ann. 783. *ex append. allor. veter. in Baluzii Capit. tom. 2. pag.* 1394. Vel (2) ab Imperatoribus in provincias mittebantur, ut non ſolum Comitibus adeſſent in juſtitia adminiſtranda, & cum ipſis jus dicerent, *vid. CAPITULAR. Ludov. Pii ann. 823. cap. 9. Epiſcopis iterum, Abbatibus & VASSIS NOSTRIS & omnibus fidelibus Laicis dicimus, ut Comitibus ad juſtitias faciendas adjutores ſitis.* Confer: *CAPITULAR. Carol. Calv. tit. 40. cap. 12.* Sed & ad fines cuſtodiendos, Comitibus fuerunt adjuncti; Ad quod probandum notari merentur verba *CAPITULAR. Reg. Francor. lib. 4. cap. 4. De VASSIS NOSTRIS qui NB. ad Marcham noſtram conſtituti ſunt cuſtodiendam, aut in longinquis Regionibus ſua habent BENEFICIA vel RES PROPRIAS, vel etiam nobis ASSIDUE in Palatio noſtro ſerviunt.* Quo uno verſiculo omnia, quæ de VASSORUM DOMINICORUM officio & ſtatu hactenus diximus, ſatis confirmata videmus, id ſaltem de beneficiis ipſorum, quorum hoc loco mentio fit, adhuc notantes, ea nondum fuiſſe hereditaria, ſed pro lubitu iterum auferri potuiſſe; ita enim Aldricus Epiſcopus apud *BALUZ. Miſcell. tom. 3. pag.* 64. *Hæc ergò ita peracta, acceſſi humiliter ad clementiam Domni & Senioris noſtri HLudovici piiſſimi Imperatoris, petens ab eo, ut pro ſua largiſſima eleemoſyna aliquid de rebus noſtræ ſedis ac matris eccleſiæ quas VASSI DOMINICI per ejus beneficium tenebant, mihi reddidiſſet. Quam petitionem Domino annuente non renuit.* confer. chart. Ludov. Imp. ann. 816. apud eund. *BALUZ. Miſcellan. tom. 4. pag.* 422. Denique (3) beneficia ipſis fuêre conceſſa ſub onere Militiæ, ita ut exiſtente bello vel ipſi cum ſuis Vaſallis in campum deſcenderent, vel Vaſallos ſuos cum Comite, cujus pagenſes erant, ire permitterent; ſecundum *CAPITULAR. Caroli M. II. ann. 812. cap. 7. De VASSIS DOMINICIS qui adhuc intra caſam ſerviunt, & tamen beneficia habere noſcuntur, ſtatutum eſt, ut quicunque ex eis cum Domno Imperatore domi remanſerit, Vaſallos ſuos caſatos ſecum non retineat, ſed cum Comite, cujus pagenſes ſunt, ire permittat.* confer. *CAROL. du FRESNE Gloſſar. tom. 1. pag. 865. voce Caſatus.* Magno inde honore habiti

vel in provinciis.

vel in Expeditionibus contra Hoſtem ſuſcipiendis.

habiti Vaſſi Dominici, injungente id Ludovico Pio *in Capitular. ann.* 823. *cap.* 24. *Vaſſi quoque & Vaſalli noſtri nobis famulantes volumus, ut condignum apud omnes habeant honorem, ſicut à Genitore noſtro & à nobis ſæpè admonitum eſt*: Magnæque ipſis fuêre prærogativæ; quarum haud minima hæc meritò habetur, quod ſi criminis aut alterius delicti incuſarentur, non ipſi, ſed meliores illorum homines, juramentum perſolverent; Uti id conſtitutum invenimus *in CAPITULAR. Carolomann. tit.* 3. *cap.* 11. *Honorem enim talem noſtris Vaſſis Dominicis concedimus, ut ipſi non ſicut reliqui manu propria Sacramentum jurent, ſed melior homo illorum & credibilior illud agere non differat.* Graviter proinde, ut ſolet, hallucinatur *BURGERMEISTERUS* im Grafen- und Ritter-Saal *Part.* 1. *Sect.* 8. *n.* 27. Vaſſos hosceDominicos ad claſſem hodiernæ Imperii Nobilitatis rejiciens: Nam ſupra jam indicavimus, & §. *ſequent.* clariùs adhuc docebimus, Nobiles Imperii hodiernos non ex alio, quam LIBERORUM HOMINUM ordine ſuam traxiſſe originem. Quis autem quæſo! Liberos iſtos Homines, quorum interdum quatuor vel quinque vix unum tantùm in hoſtem armare atque præparare poterant, prout dicitur *in CAPITULAR. Carol. M. ann.* 807. *cap.* 2. & *CAPITULAR. Carol. Calv. tit.* 36. *cap.* 7. facilè pares putaret, cum Vaſſis illis Dominicis, qui ad inſtar Epiſcoporum, Comitum, reliquorumve Potentiorum, tot habuêre Vaſallos, vid. *Adnuntiat. in Capitul. Carol. Calv. tit.* 40. *Cap.* 2. *Et volumus atque jubemus, ut Vaſalli Epiſcoporum, Abbatum & Abbatiſſarum, atque Comitum & VASSORUM NOSTRORUM talem legem & juſtitiam apud Seniores ſuos habeant, ſicut eorum anteceſſores apud illorum Seniores tempore anteceſſorum habuerunt*: Qui eodem, quo Epiſcopi & Comites modo, PROCERES vocati, atque de communi cum iis tractarunt utilitate; cujus aſſerti notabile nobis teſtimonium offert *Charta ann.* 853. *ex Append. Actor. Veter. n.* 80. *in BALUZ. Capit. tom.* 2. *pag.* 1468. his verbis: *Prædicti verò* (ſc. Epiſcopi, Comites, & Vaſſi Dominici) *Majores privilegio & PROCERES poteſtate, dum ibidem in prædicto loco de communi tractarentur utilitate ad juſtitiam totius provinciæ.* Quorum denique munera ipſi Comitum filii lubentes ſubierunt; quod exemplo *Frumoldi Vaſſi Dominici, filii Comitis*, ex *Eginhard. Epiſt.* 26. & 27. probavit *Dn. AUTOR* des Berichts vom Adel in Teutſchland *pag.* 92. confer. *EYBEN. Elect. Jur. feudal. Cap.* 9. §. 1. *pag. m.* 598. ibique allegati. Et hactenus quidem conſideravimus LIBEROS DOMINOS, quando tanquam VASSI DOMINICI aliique Officiales Regii,

Vaſſi Dominici non fuerunt ex Ordine hodiernæ Nobilitatis immediatæ.

Status Liberorum Dominorum,

Regii, modo in Aulis Imperatorum, jam in Provinciis, nunc in caſtris apparuerunt. Supereſt ergò, ut brevibus etiam ſtatum ipſorum perluſtremus, ſi Domi, vel ut ſtylo Capitularium utamur, INTRA CASAM SUAM mansêre. Ubi quamlibet in caſtris atque allodiis ſuis quieti reſiderent, nullaque ab Imperatoribus beneficia & officia tenerent, tantùm tamen abeſt, ut minoris viderentur Dignationis, ut potius ad Claſſem Imperii Procerum ac Principum referrentur. Imò & tantam interdum de ſe ipſis opinionem habuerunt, ut etiam beneficia Imperatoris ſibi oblata repudiarent, filiisque ſuis, qui iſta ſub homagii conditione acceperant, graviſſimè ſuccenſerent. Notabile hujus rei exemplum ex ævo Carolingico de *Ethicone* ejusque filio *Henrico* refert *CHRON. WEINGARTENS. MONACH. de Guvelfis Principibus apud Leibnit. Script. rer. Brunſuicenſ. tom. 1. pag.* 781. cujus verba, quoniam nonnulla ſingularia continent, adſcribemus integra: *Hic itaque Heinricus, cum ad militares annos perveniſſet, & ſuæ voluntatis compos fieret, ignorante patre ad Imperatorem* (ſc. Ludovicum Pium) *ſe contulit. Cumque illi ſumma familiaritate ſociaretur, & totius Imperii vires, terminos ejus circumeundo & pertranſeundo cognoſceret, tandem conſilio Principum, & maxime ipſius Imperatoris inſtinctu, homagium ei & ſubjectionem fecit, & in BENEFICIO quatuor milia manſuum in ſuperioribus partibus Bavariæ ab eo ſuſcepit. Quod cum pater ejus percepiſſet, iratus, NOBILITATEM ſuam & LIBERTATEM nimis eſſe declinatam, ultra quam credi poſſet, conſternatus animo dolorem ſuum omnibus ſuis caris expoſuit. Et aſſumtis XII. ex illis, infra montana ad villam, quæ dicitur Ambirgo ſeceſſit, & ibi non à modo viſurus filium ſuum conſenuit.* Quem locum procul dubio reſpexit doctiſſimus *LEIBNITIUS*, cum in *præfat. ejusd. tomi ad Chronicon hoc* notaret: *Guelfi antiqui - - - olim in Suevia & Bavaria hæreditarias nullique feudorum legi obnoxias ditiones habuêre, quæ tunc inſignis prærogativa habebatur: Usque adeò, ut quidam ex illis Ethico indignaretur Henrico filio, quod inſignem terrarum tractum ſub homagii conditione Imperatoris beneficio recepiſſet. PRINCIPES ergo habebantur etiam, qui Duces Comitesque (quod feudale erat) non appellarentur.* confer. *URSPERGENS. Chron. in Vita Lotharii Saxon. pag. m.* 209. ubi eadem de Ethicone literis mandavit, nec non *ANNALIST. SAX. ad ann.* 1126. apud *Dn. ab ECCARD. Corp. hiſt. med. æv. tom.* 1. *pag.* 660. qui lepidam adjecit de aureo Henrici aratro hiſtoriolam. Ex quo facilè jam concludere licet, Liberos Dominos etiam hoc tempore allodia ſua

quando Domi remanſerunt.

ditioneſque hereditarias pleno ſatis dominio poſſediſſe: Vaſallis ſuis, ſubditis, caſatis, & hominibus, magna præfuiſſe auctoritate; ipſosque utut, ubi vel belli tempeſtas immineret, vel deliberandum eſſet de Imperii ſalute, Ducum atque Comitum auctoritatem non defugerent, Dominio tamen vel Jurisdictioni ipſorum neutiquam, ſed ſolis Imperatoribus immediatè fuiſſe ſubjectos. Quod ut ſtatuamus, ſequentia nos movent argumenta: (1) Quoniam Liberi Domini, ſicut Epiſcopi, Abbates ac Comites, à nemine niſi ab Imperatore ipſo judicari poterant; vid. *CAPITULAR. Caroli M. III. ann. 812. Cap. 2. Ut Epiſcopi, Abbates, Comites, & POTENTIORES QUIQUE, ſi cauſam inter ſe habuerint, ac ſe pacificare noluerint, ad noſtram jubeantur venire præſentiam, neque illorum contentio alibi finiatur: Neque propter hoc Pauperum & minus potentium juſtitiæ remaneant. Neque Comes Palatii noſtri POTENTIORES CAUSAS ſine noſtra juſſione finire præſumat, ſed tantum ad Pauperum & minus Potentium juſtitias faciendas ſibi ſciat eſſe vacandum.* Confer. notabile exemplum Witgarii, quod exhibet charta ann. 859. apud *D'ACHERY ſpicileg. tom. 3. pag. 359. & 360. edit. nov.* (2) Comitiis publicis aderant, eorumque conſilio Reges in conſtituendis novis legibus utebantur; Id quod potius verbis doctiſſimi *BALUZII in Præfat. ad Capitular. §. 7.* quam noſtris, exponere malumus: *Karolus*, inquit, *Calvus in Edicto Piſtenſi Cap. 6. uno verbo rem conficit, dum Legis promulgationem tribuit arbitrio & voluntati Principis, conſenſum Populo. LEX, inquit, CONSENSU POPULI FIT & CONSTITUTIONE REGIS. Conſenſu, inquam, POPULI, non quidem hominum è trivio, ne quis heic inſolenter abutatur vocabulo Populi, ſed fidelium Regis, id eſt, HOMINUM PRINCIPUM, OPTIMATUM, PROCERUM, qui ſunt capita Populi. Horum enim conſilio Reges utebantur, quum de ferendis ac conſtituendis novis legibus agebatur, quum de tranquillitate Populo procuranda quæſtio erat.* Id quod in ſeqq. prolixè adhuc demonſtrat, adeò ut ex hac præfatione Baluziana multùm illuſtrationis accipiant verba *CORINGII de Civibus Imperii §. 32. ſeqq.* (3) Jurisdictionem quoque in Vaſallos ſuos & ſubditos (quo ipſo tamen hos à Jurisdictione Comitum, ſi quid ad jurisdictionem ipſorum pertinens commiſerint, exemtos non dicimus) jure proprio exercuerunt; Unde jam ſub Merovingorum ſtirpe allodia ipſis à Regibus cum Jurisdictione conceſſa legimus in *MARCULF. formul. lib. 1. Cap. 17. Igitur Inluſtris Vir Ille Clementiæ Regni noſtri ſuggeſſit eo quod ante hos annos Ille quondam Rex Parens noſter*

Imperatorum immediatè ſubfuerunt Iuriſdictioni.

Comitiis publicis aderant.

Iuriſdictionem in Vaſallos & ſubditos ſuos exercebant.

Digitized by Google

ſter Villam aliquam nuncupante illa, ſitam in pago illo - - - pro fidei ſuì reſpectu, ejus meritis compellentibus, cum omni Integritate ad ipſa Villa aſpicientem per ſuam praeceptionem ſua manu roboratam in integra emunitate ABSQUE ULLIUS INTROITU JUDICUM de quaslibet cauſas freda exigendum eidem conceſſiſſet. Quibus verbis hanc addit notam *ANTON. DOMINIC. de Prærogativ. Allodior. Cap.* 8. §. 6. *Quod item eſt ac Proprietatem & Juriſdictionem dari, ut vel ex eo pateat ſub prima Regum ſtirpe allodia cum Juriſdictione concedi.* Declarabimus id *Chartâ ann.* 847. *ex Append. actor. veter. in Capit. BALUZII tom.* 2. *pag.* 1456. in qua ſequentia leguntur: *Ego in DEI Nomine Anouvarech Brittannia Provintia ortus - - - confidens per merita Sancti Mauri peccatorum veniam conſequi, trado ad eundem locum - - - partem meæ hereditatis, quam habeo in Brittannia, hoc eſt, terram quæ dicitur Anaſt, cum Eccleſia Sancti Petri nomine fundata, & Capellas eidem Eccleſiæ ſubjectas - - - In hac hereditate, quam dono Deo & Sancto Mauro NB. Comes neque Vice-Comes nec ulla ſecularis perſona aliquam CONSUETUDINEM accipit, ſed nec Epiſcopus in Eccleſiam præter Synodalem paratam, hoc eſt, duos ſolidos.* De ſignificatione verbi *Conſuetudinis* vide, quæ notavit *du FRESNE Gloſſar. tom.* 1. *p.* 1186. *voc. Conſuetudo.* Ad ſolos tamen LIBEROS DOMINOS, quæ de allodiis ipſorum atque terris hereditariis hactenus diſſeruimus, minimè reſtringimus, ſed & de Comitibus, Miſſis Regiis, Vice Comitibus aliisve Regni Miniſterialibus, quatenus iſti extra ſua officia conſiderantur, volumus intellecta; quippe qui ex ſolis hiſce familiis Nobilibus erant deſumti, atque nullus tum Imperii munere condecoratus, niſi qui prædia haberet propria & libera, eigene und freye Güter / *Dn. GUNDLING. de feud. Vexill.* §. 23. *pag.* 40. prout contra BURGERMEISTERUM præfractè id negantem, paucis adhuc ſumus demonſtraturi. Et quidem ad Comites quod attinet, vel unum ſufficere poſſet teſtimonium *Lothar. Imp. Capitular. tit.* 5. *Cap.* 31. *apud BALUZ. tom.* 2. *pag.* 338. ubi ita ſancitur: *De JUDICIBUS, ut inquirantur, ſi NOBILES & ſapientes & Deum timentes conſtituti ſunt - - - Quod ſi VILES PERSONÆ & minus idoneæ ad hoc conſtitutæ ſunt, ejiciantur.* Ne quis tamen vocabulum NOBILIS heîc de Nobilitate virtutis iterum interpretetur, adjiciemus adhuc alterum teſtimonium *HROSWITHÆ Poëtria apud Leibnit. Script. rer. Brunſuicenſ. tom.* 2. *pag.* 319. de Ludolpho Henrici Aucupis Avo ita canentis:

E Liberis Dominis, non hodierna Imperii Nobilitatis Ordine, ſumebantur Comites:

Hic PRÆNOBIRIUM, natus de STIRPE Parentum,
Ortus quippe ſui reſpondens NOBILITATI.
Moribus egregiis uſuque ſuæ probitatis
Inter Saxones crevit laudabilis omnes;
\- - - - - - -
Hinc nam Francorum magni Regis HLudovici,
Militiæ primis adſcriptus penè ſub annis.
Ex ipſo dignè ſummo ſublatus Honore
Gentis Saxonum mox ſuſcepit COMITATUM.
Ac citò majoris donatus munere juris
Principibus fit par, DUCIBUS ſed nec fuit impar;
Quique ſuos omnes vicit pietate Parentes,
Non minus inſignis pompa vincebat honoris.

Miſſi Regii. Miſſos vero Regios eodem, quo Comites, modo ex hiſce familiis Nobilibus fuiſſe electos, ideò habemus perſuaſiſſimum, quoniam hoc ævo Carolingico Miſſi plerumque ex ſolis Epiſcopis, Abbatibus, Comitibusve fuerunt conſtituti; uti nos docet *CAPITULAR. Ludov. Pii V. ann.* 819. *Cap.* 16. *Ut Miſſi noſtri, qui vel Epiſcopi vel Abbates, vel Comites ſunt*: Et *Ejusd. Capitular. ann.* 823. *Cap.* 25. in quo magnus invenitur catalogus Miſſorum ex Epiſcopis & Comitibus deſumtorum. confer. plur. *CAROL. du FRESNE Gloſſar. tom.* 2. *pag.* 585. *voc. Miſſi.* *Vice-Comites &c.* De Vice-Comitibus denique & cæteris Regni Miniſterialibus, & quod iſti etiam ex ordine Nobilium deſcenderint, vid. *AUTOR. ACTOR. LINDAV. Lit. Oooooo. pag.* 825. *&* 826. confer. chart. apud *D'ACHERY ſpicileg. tom.* 3. *pag.* 358. *edit. nov.* ubi Erlulfus Vice-Comes, *Omnes Duces, Comites, cæterique Proceres, fuerunt Liberi Domini, non contra.* Miſſus Illuſtris Boſonis Comitis inter *Nobiles homines* refertur. Appoſitè ad hæc omnia facit *Dn. GUNDLING. de feud. Vexill.* §. 23. *pag.* 42. *Admodum enim*, ait, *veri videtur ſimilis eruditiſſimi Hertii ſententia, omnes Imperii Proceres Barones fuiſſe dictos, cum adhuc Regni officia oſſibus perſonarum inhærerent, poſtea verò, cum hereditaria redderentur, & ad poſteros lege ſtabili tranſirent, Baronum nomen penes eos manſiſſe, qui Ducatum, Marchionatum, Landgraviatum, Burggraviatum, non haberent, ſed in caſtris atque allodiis ſuis reſidentes, à Regni aliorumque Procerum ſervitiis liberi eſſent, nec Equitum, nudorumque militum, aut Miniſterialium jure cenſerentur. Ex quo conſequitur, ut omnis quidem Dux, vel Comes Regni olim fuerit Baro, & adhuc ſit Vir nobilis, ſed non omnis Baro Dux, vel Comes.*

§. IX.

Digitized by Google

§. IX. Perſpicuum ergo ex hiſce redditur ORDINEM EQUESTREM, quem poſteriora ita tempora vocarunt, ne tum quidem ad hujuſcemodi honores aſpiraſſe, ſed ſeparatum quendam à Nobilibus conſtituiſſe ordinem, & hoc adhuc Carolingorum ævo LIBEROS tantum HOMINES audiiſſe. Diſplicet quidem iſte titulus *BURGERMEISTERO* im Grafen- und Ritter-Saal *Part.* 1. *Sect.* 8. *num.* 19. ideò, quod Liberi Homines ad obſequia in prato, in meſſe, in aratura, in vinea, & in collectione frugum, à Comitibus ſæpius adſtricti legantur in *CAPITULAR. Caroli M. ann.* 803. *cap.* 17. quando *cit. loc.* ait: Mit welcherley Feld-Arbeiten aber die allein mit denen Militaribus beſchäfftigte Ritter und Knecht : : : in des Reichs unmittelbaren Provintzien niemalen nichts zu thun gehabt/ und noch nichts zu thun haben/ ſondern es andern gemeinen Leuten jederzeit überlaſſen gehabt. Verùm neque indè ſtatim probatur, quod Liberi Homines hæc ſervitia ruſtica ipſi præſtiterint, quum eadem per ſervos fieri potuerint: Neque etiam id adeò mirum videri debet BURGERMEISTERO, quoniam adhuc ſub Henrico Aucupe eoſdem Liberos Homines, milites ſcilicet agrarios, quos ipſe BURGERMEISTERUS Grafen- und Ritter-Saal *Part.* 1. *Sect.* 11. *n.* 4. de Ordine Equeſtri von der Land-Ritterſchafft/ interpretatur, ad illa ipſa opera ruſtica obligatos invenimus. Ita enim *WITICHIND. Annal. Lib.* 1. *ex Edit. Reiner. Reineccii pag.* 13. *Et primum quidem ex AGRARIIS MILITIBUS nonum quemque eligens, in urbibus habitare fecit, ut ceteris confamiliaribus ſuis octo habitacula exſtrueret, frugum omnium tertiam partem exciperet, ſervaretque. Ceteri vero octo SEMINARENT, & METERENT, FRUGESQUE COLLIGERENT nono, & ſuis eas locis reconderent.* Eadem ferè ſunt verba *Abbatis Urſpergenſis pag. m.* 154. Et hi quidem Liberi Homines etiam propria poſſidebant prædia, ſed quam exigua, ſupra jam docuimus; Undè quoque interdum planè ſine prædiis inveniuntur, de quibus agit Ludovicus Pius in *Capitular. ann.* 819. *tit.* 3. *cap.* 6. *De Liberis Hominibus qui PROPRIUM NON HABENT, ſed in terra Dominica reſident, ut propter res alterius ad teſtimonium non recipiantur.* Horum prædiorum intuitu Liberi quidem homines nulla regulariter ſervitia exhibere tenebantur Comitibus ſuis ratione Juriſdictionis feudalis: Attamen ſi hoſtis aderat, qui Patriæ bellum minaretur, omnes velut *Milites gregarii* in militiam proficiſci, & contra hoſtem ſuis ſe ſumtibus, habitâ tamen

Hodierna Imperii Nobilitas hoc adhuc ævo Liberorum tantum Hominum Nomine venit.

Quod probatur contra Burgermeiſterum.

Propria poſſidebant prædia.

Quorum intuitu tanquam Milites Gregarii caſtra ſequi tenebantur.

prædiorum proportione, præparare atque armare tenebantur; Quod quomodo fuerit factum, diſtinctè ſatis explicavit *CAROLUS M. in Capitular. ann.* 807. *cap.* 2. ajens: *QUICUNQUE LIBER manſos quinque de PROPRIETATE habere videtur, ſimiliter in hoſtem veniat. Et qui quatuor manſos habet, ſimiliter faciat. Qui tres habere videtur, ſimiliter agat. Ubicunque autem inventi fuerint duo quorum unusquisque duos manſos habere videtur, unus alium præparare faciat; Et qui meliùs ex ipſis potuerit in hoſtem veniat. Et ubi inventi fuerint duo, quorum unus habeat duos manſos, & alter habeat unum manſum, ſimiliter ſe ſociare faciant, & unus alterum præparet; Et qui melius potuerit in hoſtem veniat. Ubicunque autem tres fuerint inventi, quorum unusquisque manſum unum habeat, duo tertium præparare faciant; Ex quibus qui melius poteſt, in hoſtem veniat. Illi verò qui dimidios manſos habent, quinque ſextum præparare faciant. Et qui ſic pauper inventus fuerit, qui nec mancipia, nec propriam poſſeſſionem terrarum habeat, tamen in pretio valente quinque ſolidos, quinque ſextum præparent.*

Et Excubias agere.

Et quodnam ipſorum extra prælia fuerit officium, optimè deſcribitur in *CAPITULAR. Ludov. Pii Præcept. prim. cap.* 1. *apud Baluz. tom.* 1. *pag.* 549. *Eo videlicet modo, ut ſicut ceteri LIBERI HOMINES cum Comite ſuo in exercitum pergant, & in Marcha noſtra juxta rationabilem ejusdem Comitis ordinationem atque admonitionem explorationes & excubias, quod uſitato vocabulo WACTAS dicunt, facere non negligant.* Confer. *CAPITULAR. Caroli Calv. tit.* 36. *cap.* 27.

Sine licentia Regis ſe Eccleſiis in ſervitium tradere non poterant.

Adeò autem ad ſervitia hæc militaria erant adſtricti, ut neque in ipſorum præjudicium ad ſervitium Dei ſe tradere ſine Regis licentia poſſent; prout legitur in *CAPITULAR. Reg. Francor. lib.* 1. *cap.* 115. *De Liberis Hominibus qui ad ſervitium Dei ſe tradere volunt, ut priùs hoc non faciant, quam à Nobis licentiam poſtulent. Hoc ideo, quia audivimus aliquos ex illis non tam cauſa devotionis hoc feciſſe, quam pro EXERCITU ſeu alia functione Regali FUGIENDA.*

Qui ad arma vocati emanſerunt, Heribanno plectebantur.

Neque à Comite ad arma vocati, remanendi licentiam haberent, nî Heribannum, quod ajunt, ſolvere, aut ſi ſolvendo non eſſent, aliquamdiu in ſervitium Principis abire vellent. Injungit hoc *CAROLUS M. in Capitular. II. ann.* 812. *cap.* 1. *QUICUNQUE LIBER HOMO in hoſtem bannitus fuerit, & venire contemſerit, plenum Heribannum, id eſt ſolidos ſexaginta perſolvat. Aut ſi non habuerit, unde illam ſummam perſolvat, ſemetipſum pro Vuadio in ſervitium Principis tradat, donec per tempora ipſe Bannus ab eo fiat perſolutus.* Ut autem ad ſervitia

iſthæc

iſthæc militaria, quæ cruenta illa bella, à Carolo M. ejusque Succeſſoribus geſta, depoſcere inprimis videbantur, arctiori quodam fidelitatis vinculo adſtringerentur, invaluit ſenſim circa Caroli M. tempora, ut LIBERI quoque HOMINES admitterentur ad beneficia, non quidem majora, & cum dignitate conjuncta, utpote quorum & hoc adhuc ævo familias tantùm Nobiles fuiſſe capaces, §. *præced.* probatum dedimus; Sed ad beneficia ſaltem militaria: Ut ita duplici quaſi nexu ad militiam devincirentur. Unde etiam PROPRIETATEM & BENEFICIUM, ceu duplex hujus obligationis fundamentum, conjungi videmus in *CAPITULAR. Carol. M. I. ann.* 811. *Cap.* 1. *Ut omnis LIBER HOMO, qui quatuor manſos veſtitos de PROPRIO ſuo, ſive de alicujus BENEFICIO habet, ipſe ſe præparet, & ipſe in hoſtem pergat, ſive cum Seniore ſuo.* Rectè proinde *BIGNONIUS in Not. ad formul. Marculf. lib.* 2. *Cap.* 5. *Inde*, inquit, *Beneficii nomine ea prædia dicta, quæ pro ſervitio militari à Rege ſive etiam ab aliis concedebantur, quæ feuda poſteritas dixit.* Regum quoque exempla Epiſcopi, Abbates, Comites, Vaſſi Dominici, cæterique Optimates, in concedendis hujusmodi beneficiis ſecuti, ad eadem ſervitia militaria ſibi devinxêre LIBEROS HOMINES. De Epiſcopis & Abbatibus apertè id confitentur Epiſcopi Provinciarum Remenſis & Rotomagenſis in *CAPITULAR. Carol. Calv. tit.* 27. *Cap.* 7. *apud Baluz. tom.* 2. *pag.* 108. *De quibus conſecratis Deo rebus, quod habent LIBERI HOMINES Eccleſiis ſervientes per diſpoſitionem Rectorum ipſarum Eccleſiarum, ideò conſtituerunt Apoſtolorum ſucceſſores hoc ordinari, ut quia creverunt fidelium vota, & increverunt infidelium mala, augeretur per diſpenſationem eccleſiaſticam Regni militia ad reſiſtendum malorum nequitiam, quatenus ipſa Eccleſia defenſionem haberent & pacem - - - Quapropter ſicut & illæ res ac facultates de quibus vivunt Clerici, ita & illæ ſub conſecratione immunitatis ſunt, de quibus debent MILITARE VASALLI.* De Comitibus cæterisque Optimatibus teſtantur tot Vaſalli, Miniſteriales, Homineſve caſati, quorum tam crebra fit mentio in Capitularibus Regum Francorum; Inprimis ad rem facit *CAPITULAR. Ludov. Pii Præcept. prim. pro Hiſpan. Cap.* 6. *apud Baluz. tom.* 1. *pag.* 552. *Noverint tamen iidem Hiſpani, ſibi licentiam à nobis eſſe conceſſam, ut ſe in VASSATICUM COMITIBUS NOSTRIS MORE SOLITO* (NB. Carolus Calvus in ſuis Capitularibus tit. 6. cap. 10. addit: SICUT ALII FRANCI HOMINES) *commendent. Et*

Liberi Homines ſub Carolingis ad Beneficia quoque admittebantur, ſed tantùm militaria.

Vaſalli ſunt facti:

Epiſcoporum & Abbatum:

ut & Comitum aliorumque Optimatum.

ſi BENEFICIUM aliquod quisquam eorum ab eo cui ſe commendavit fuerit conſecutus, ſciat ſe de illo tale obſequium SENIORI ſuo exhibere debere, quale noſtrates Homines de ſimili BENEFICIO SENIORIBUS ſuis exhibere ſolent. Confer. *ANTON. DOMINIC. de Prarogativ. Allodior. Cap.* 11. §. 12. & inprimis §. 14. ubi rectè addit. *His Comitibus data facultas beneficia conferendi, permiſſumque cuilibet LIBERO HOMINI, ſe ipſis commendare, ut Beneficia conſequeretur, ut conſtat ex chartis à Pithoeo editis. Erat nempe hic mos tunc receptus, ut ſub ſpe futuri Beneficii fidem ſuam LIBERI HOMINES adſtringerent.* Unde ſimul apparet, magnam circa feudorum naturam ſub Carolingis contigiſſe mutationem; tempore enim Merovingorum nulla Beneficia, niſi cum dignitate conjuncta, eaque ſoli NOBILIUM ordini tributa vidimus: At ſub Imperio Carolingorum Beneficia etiam ſine dignitatibus, ad ſervitia tantùm militaria obligantia, & quidem LIBERORUM HOMINUM claſſi, concedi ex hactenus traditis docemur. Quinimò usque eò Liberi Homines hoc ævo adſtringebantur, ut nulli in Regno vivere liceret, quin ſuum haberet Seniorem. Invaluit inprimis iſta conſuetudo, quum pernicioſæ illæ diſſenſionum flammæ inter filios Ludovici Pii flagrarent; quippe tantùm ſibi tum arrogabant Liberi Homines, ut dum ſuborirentur bella inter Reges fratres, aut eorum Nepotes, quorum vellent partes facilè ſequerentur, teſte eodem *DOMINIC. Cap.* 13. §. 5. Ne itaque hoc iterùm poſthæc impunè liceret, in *Conventu I. ad Marsnam anno* 847. *celebrato, apud Baluz. Capit. tom.* 2. *pag.* 44. ex parte Caroli conſtitutum legitur: *Ut unusquisque LIBER HOMO in noſtro Regno SENIOREM, qualem voluerit, in nobis & in noſtris fidelibus accipiat. Mandamus etiam ut nullus Homo SENIOREM ſuum ſine injuſta ratione dimittat, nec aliquis eum recipiat, niſi ſicut tempore NB. Anteceſſorum noſtrorum conſuetudo fuit.* Adeò autem hoc LIBERIS HOMINIBUS injunxit Carolus, ut ſi quis ſine Seniore fuerit inventus, allodiis ſuis privaretur; per *CAPITULAR. ejusd. Caroli Calvi tit.* 45. *Cap.* 4. *Qui SENIORES, ſicut tunc præcepimus acceptos non habent, per fidejuſſores ad noſtram præſentiam perducantur, & ALODES quos habent, Comites in quorum Comitatibus ſunt, in fiſcum recipiant.* Et quamvis *ANTON. DOMINIC. laud. tract. Cap.* 14. §. 2. hunc Senioratum, uti paſſim in Capitularibus vocatur, de ſola ſuprema Juriſdictione, ut ſcilicet quis Regiæ poteſtati ſubjiceretur, nec cuivis Libero Homini impoſterum abjiciendæ autoritatis Regiæ

Quilibet Liber Homo tenebatur Seniorem ſibi eligere.

Digitized by Google

Regiæ arbitrium foret, interpretetur: Vix tamen eſt, ut Interpretationem hanc ad ſolam ſupremam Juriſdictionem adſtrictam admittamus, quoniam hunc Senioratum etiam de dominio feudali & beneficiis intellectum deprehendimus in cit. *CAPITULAR. Ludovici Pii præcept. prim. pro Hiſpan. Cap. 6. & Caroli Calvi tit. 6. Cap. 10. & tit. 40. Cap. 1.* aliisque locis quamplurimis. Cæterùm quocunque jam modo Comites intueare, ſemper ipſis ſubjectos invenies LIBEROS HOMINES. Sive enim conſiderentur ratione officii ſui, quo juriſdictionem civilem & criminalem in ſuo pago exercuerunt; & tunc ab ipſis judicabantur LIBERI HOMINES, vid. *CAPITULAR. Reg. Francor. lib. 4. Cap. 29. Si LIBER HOMO de furto accuſatus fuerit, & res proprias habuerit, in Mallo ad PRÆSENTIAM COMITIS ſe adrhamiat.* confer. *CAPITULAR. Carol. Calvi tit. 6. Cap. 3. tit. 45. Cap. 2. & 3.* Sive ante oculos proponantur ut SENIORES, quo ſc. ſenſu DOMINICUS Seniores intelligit, & ibi iterum ad obſequium ipſorum Liberos Homines adhortantur ſæpius allegata *Capitularia Ludovici Pii & Caroli Calvi*; confer. *CAPITULAR. Caroli M. II. ann. 811. Cap. 9.* ubi ſancitur: *Quicunque LIBER HOMO inventus fuerit anno præſente cum SENIORE ſuo in hoſte non fuiſſe, plenum Heribannum perſolvere cogatur. Et ſi SENIOR VEL COMES illius eum domi dimiſit, ipſe pro eo eundem Heribannum perſolvat.* Sive etiam Comites repræſentemus, tanquam DOMINOS FEUDALES, qui Liberis Hominibus tanta beneficia conceſsêre, ex iisque ſibi VASALLOS ſumsêre CASATOS, & tunc eò minus ſubjectioni Comitum ſunt ſubducendi, quo magis obnoxia ſervitiis fuit horum conditio; per VASALLOS enim CASATOS eos intelligi Liberos Homines, qui Dominis ſuis immediatis ſervitia de Caſa, ſive PALATINA & AULICA præſtiterunt, præclarè jam obſervavit *B. SCHILTER. in Comment. ad jus Feud. Alem. Cap. 7. §. 3.* Unde etiam nos à vero non adeò alienos fore putamus, ſi veram atque genuinam originem MINISTERIALIUM, de quibus recentiora tempora frequentiorem injiciunt mentionem, ex ipſis hisce VASALLIS CASATIS deducamus: Quod ut parumper diſtinctiùs demonſtremus, & materiei connexio, & inſtituti noſtri ratio, poſtulare videntur.

Liberi Homines ſubjecti erant Comitibus ut Comitibus:

Comitibus ut Senioribus.

Comitibus ut Dominis feudalibus.

Origo Miniſterialium.

§. X. Ne verò diverſâ MINISTERIALIUM ſignificatione confundamur, notandum inprimis, Miniſterialem Carolingorum temporibus in genere nihil aliud ſignificaſſe, quam Offi-

MINISTERIALES erant triplicis generis

Digitized by Google

Officialem, qui ad miniſterium vel officium alicujus ſe adſtrinxerat. Et tales Miniſteriales lectos invenimus (1) vel ex ipſo NOBILIUM ordine, quo ſenſu Duces, Comites, Miſſi Regii, Vaſſi Dominici, Seneſcalci, Buticularii, Venatores, Falconarii, cæterique Aulæ Regiæ Officiales, dicuntur MINISTERIALES REGII vel REGNI, vid. *Capitular. de Villis Caroli M. Cap.* 10. 16. 47. *apud BALUZ. tom.* 1. *pag.* 333. 334. 338. *Ejusd. Capitular.* 1. *ann.* 803. *cap.* 39. Adde quæ è Capitularibus Caroli Calvi adnotavit *CAROLUS du FRESNE Gloſſar. tom.* 1. *pag.* 554. *voce Miniſtri Reipublicæ*: Vel (2) ex ordine LIBERORUM HOMINUM, quos plerumque Epiſcopi, Abbates, Comites Vaſſique Dominici Regum exempla imitantes, ad officia ſua aulica & militaria promoverunt, atque, ut iterum ſtylo Capitularium utamur, *ad caſam in Nomine Miniſterialium dimiſerunt*, unde etiam plerumque Officiales minores dicti. vid. *du FRESNE Gloſſar. cit. tom. pag.* 554. & 555. Vel denique (3) ex Ordine SERVORUM, quo vocabulo utuntur *LL. BURGUND. tit.* 10. §. 1. *apud Lindenbrog. Cod. LL. antiq. pag.* 273. *Si quis Servum natione Barbarum occiderit lectum MINISTERIALEM ſive Expeditionalem.* confer. *Pactus Legis Salic. tit. XI. n. 6. Si quis Majorem, Infeſtorem, Scantionem, Mariſcalcum, Stratorem, Fabrum ferrarium, Aurificem ſive Carpentarium, Vinitorem, vel Porcarium, vel MINISTERIALEM furaverit.* Ubi doctiſſimus *Dn. ab ECCARD in Not. ad eund. loc. pag.* 3?. egregiè addit. *Scil. alium hujus generis. Omnes enim ij, qui in Villis Domini ſui miniſteriis vacabant, ut Major, Infertor, Scantio, Mariſcalcus, Strator, Faber ferrarius, Carpentarius, Vinitor, Paſtor, Coquus, Piſtor, MINISTERIALES dicebantur, ceteris mancipiis honoratiores.* Unde tales ex ordine ſervili Miniſteriales ſervos *non caſatos* haud immeritò vocat *Dn. BOEHMER Diſſert. de jur. & ſtat. hom. propr. à ſervis Germ. non Roman. derivand. ſect.* 1. §. 6. *pag.* 10. Cum *primo* & *tertio* Miniſterialium ordine nunc quidem nobis nihil eſt negotii; *Secundus* verò propriè hujus eſt loci, & exactiorem quandam diſquiſitionem meretur.

vel ex Ordine NOBILIUM; *vel LIBERORUM HOMINUM.* *vel SERVORUM;*

Diximus eos ex ordine Liberorum Hominum fuiſſe, idque nobis perſuaſit *CAPITULAR. Caroli M. III. ann.* 811. *Cap.* 4. ubi hæc leguntur: *Quod Epiſcopi & Abbates, ſive Comites, dimittunt EORUM LIBEROS HOMINES ad Caſam in nomine MINISTERIALIUM. Similiter & Abbatiſſæ. Hi ſunt Falconarii, Venatores, Telonearii, Præpoſiti, Decani, & alii qui Miſſos recipiunt & eorum ſequen-*

Miniſterialium ex Ordine Liberorum Hominum vera Origo:

quentes. Verba utique digna, quæ probè notentur. Iis enim docemur (a) quod Comites ſubditos ſibi habuerint Liberos Homines, quo procul dubio pertinet ille SENIORATUS, quem §. *praced.* jam explicavimus: (b) quod ex hiſce Liberis Hominibus ſibi ſumſerint MINISTERIALES, qui adſtrictioris quodammodo conditionis fuêre, præ ceteris Liberis Hominibus: (c) quod, ſicut Reges ex ordine NOBILIUM ſuos habuerunt Venatores, Falconarios, cæteroſque Officiales & Miniſteriales, teſte charta Caroli Calvi ann. 855. apud *D'ACHERY ſpicileg. tom. 3. pag. 350. edit. nov. Quamque & præſentialiter Lambertus dilectus nobis MINISTERIALIS jure beneficiario obtinuerat.* Ita hi viciſſim ex ordine LIBERORUM HOMINUM, ſibi quoque conſtituerint ſuos Officiales, in iiſque Venatores, Falconarios &c. Comitibus enim facultatem venandi competiiſſe, probat *CAPITULAR. Caroli M. ann. 789. Cap. 1. Ut Comites pupillorum & orphanorum cauſas primùm audiant. Et in VENATIONEM non vadant illo die, quando placitum debent cuſtodire.* Quanquam Epiſcopis & Abbatibus hoc interdictum legatur in *Eodem Capitular. cap. 15. Ut Epiſcopi & Abbates & Abbatiſſa cupplas canum non habeant, nec falcones, nec accipitres, nec joculatores.* Hi proinde Epiſcoporum, Abbatum, & Comitum Miniſteriales iiſdem, quibus cœteri Liberi Homines, gaudebant Natalibus, ejuſdemque fuerunt ordinis; Unde etiam in Capitularibus cæteris Liberis Hominibus ſemper habentur pares. vid. *CAPITULAR. Reg. Francor. libr. 4. cap. 30. CAPITULAR. Caroli III. tit. 4. Cap. 8. apud Baluz. tom. 2. pag. 310.* Facilè hinc apparet, nos neque facere cum *BURGERMEISTERO* Grafen- und Ritter-Saal *Part. 2. Sect. 20. n. 3.* Miniſteriales hoſce minores cum Miniſterialibus Regni, ex ordine Nobilium tantum electis, ineptè ſatis confundente: Neque etiam iis plenum adhibere poſſe conſenſum, qui originem Miniſterialium ſoli LIBERTORUM ordini adſcribunt, ac proinde cum *AUTORE Actor. Lindavienſ. lit. Ww. pag. 597.* ad prælium illud auſpiciis Clodovæi Regis, apud Tolbiacum an. 499. commiſſum recurrunt: Sed mediam eligentes viam, claſſem LIBERORUM HOMINUM ipſis aſſignamus, idque eò magis, quoniam recentiora quoque tempora Miniſteriales noſtros NOBILIBUS INFERIORIS ORDINIS adnumerant; uti id certiſſimis argumentis evicit *CAROLUS du FRESNE Gloſſar. tom. 2. pag. 556. & 557. voc. Miniſteriales.* ubi denique addit: *Erant igitur Mini-*

Non à Libertis petenda.

Miniſteriales ii non ex Servis - - - neque etiam ex iis, quos NB. Nobiles & Liberos Dominos vocabant, ſed NB. ex Nobilium inferiori ordine. Hæc quidem ab ordine LIBERORUM HOMINUM ſumta derivatio Miniſterialium diſplicet *Clariſſ. ESTOR.* in erudito tract. *de Miniſterial. Cap.* 2. §. 74. unde nonnulla contra eandem obvertit, & quidem (1) Me hîc vocabulum Miniſterialis in ſenſu adhibere ſpecialiori, ut mihi Miniſteriales tantum notent eos miniſtròs, officiatos vocant, qui in Palatio ſerviunt; Cum potiùs vocem Miniſterialis latiore ſignificatu, ut quosvis notet homines Nobilibus ſervientes in pace pariter ac in bello, adhibere, omnesque adèo milites etiam ſub Miniſterialibus complecti debeamus: Inde (2) palam eſſe, me abſque cauſa liberos à miniſterialibus ſejunxiſſe, ac miniſteriales aliunde, nimirum à Vaſallis caſatis, arceſſendos decreviſſe, cum tamen caſati, juxta CANGIUM & HERTIUM, ſint homines glebæ adſcripti, qui & Gaſindi dicebantur: quibus præmiſſis (3) hoc contra me format dilemma, ajens: *Aut ſtatuit ille caſatos vaſallos fuiſſe homines liberos abſolutè tales, aut κατά τι liberos. Si priore ſignificatu in perfectam abſolutamque ipſos libertatem reponat, nemo non videt perſpicuè eum hallucinari. Liberum enim ita eſſe, ea ætate idem erat ac nobilis. Sin vero poſteriori ſignificatu (alius enim non datur) vocabulum liberi accepit, non video, quar eos ferre nequeat, qui à libertis deducunt eosdem. Quid quæſo magna differentia intercedet inter hominem κατά τι liberum, & libertum.* Unde (4) putat, me non rectè intellecto LIBERI vocabulo in λογομαχίαν potuiſſe incidere. Verum enim verò credo & mihi permiſſurum virum doctiſſimum, ut ad ea, quæ mihi obvertit modeſtè, modeſtè iterum reſpondeam. Ad (1) quod attinet, diſtinguendum ante omnia puto inter ævum Carolingicum, & tempora recentiora, quod enim circa ſecul. XI. XII. & XIII. ubi Miniſterialium beneficia ſive feuda jus hæreditarium nacta ipſique adſtrictiori omninò vinculo prædiis hisce adſcripti fuerunt, Miniſterialitas durum iſtud jugum magis atque magis expanderit, atque ſub Miniſterialibus omnes haud raro ex ordine militari homines comprehenderit, nemo, credo, in dubium vocabit; at idem de ætate Carolingorum tam facile neutiquam eſt aſſerendum, quum conſtet, & ſexcentis teſtimoniis facillime probari poſſit, Miniſterialium Officia atque beneficia id temporis nondum fuiſſe hereditaria, ipſosve tam adſtrictæ nondum conditionis, adeoque vocabulum MINISTERIALIS ea ætate non ipſum Miniſterialium ordinem

ſive

ſive claſſem, uti quidem ſeculis poſterioribus nonnunquam obſervatur, ſed ſolum ipſorum officium denotaſſe, multo minus huic vocabulo tam latum ex hoc ævo ſignificatum adhiberi potuiſſe. Ut exemplo mentem meam explicem, reddamque clariorem, conſtat, Comitum officia ſub Carolingis nondum fuiſſe hereditaria, adeoque vocabulum Comitis id temporis ſolum adhuc indicaſſe officium, das Grafen-Ambt, hodie verò, obtento in Comitatus jure hereditario, non amplius denotare Officium, ſed potius ipſum Comitum ordinem, den Grafen-Stand, manifeſtum eſt. Quam ob rem in Capitularibus, cæteriſque hujus ævi monumentis, ſeparata ſemper LIBERORUM HOMINUM & MINISTERIALIUM fit mentio, quod ſupervacaneum omninò fuiſſet, ſi illi ſub his fuiſſent comprehenſi, atque vocabulum MINISTERIALIS tam latum jam tum habuiſſet ſignificatum. Paucis me expediam; Oſtendat *Dn. ESTOR* vel uno ex hoc ævo teſtimonio, latam illam vocabuli miniſterialis ſignificationem, probetque ſub Carolingis vocabulum iſtud regulariter omnes notaſſe homines Nobilibus in pace pariter ac in bello ſervientes, omnesve milites, & confeſtim ipſi manum porrigam victumque me declarabo libenter, teſtimonia enim, quæ ipſe hac occaſione adduxit, ad tempora pertinent recentiora. Stabilitis hisce ad (2) facillima jam eſt reſponſio. Equidem ſejunxi Miniſteriales à Liberis hominibus, non tamen ſejunxi ipſos intuitu ordinis originarii, quin potius haud uno loco notavi, utrosque ad unam eandemque referri debere claſſem, INGENUORUM ſcil. vel MILITUM: Neque etiam ſejunxi ipſos, uti jamjam oſtenſum, absque cauſa, niſi omnes & ſingulos liberos homines Falconarios, Venatores, Telonearios, Præpoſitos, Decanos, Miſſos recipientes &c. dicere velis; ſed ſejunxi ipſos ratione ſervitiorum, quoniam liberi homines nulla, niſi ſervitia militaria præſtare tenebantur, Miniſteriales verò præter ſervitia militaria ad officia quoque palatina & Miniſteria domeſtica erant adſtricti, eorumque intuitu à Comitibus cæterisve Magnatibus ſalarii loco beneficia accipiebant, ad ipſas aulas, ſive caſas, in quibus miniſteriis hisce vacabant, pertinentia, unde VASALLI dicebantur CASATI; Caſa enim apud Scriptores latino-barbaros ſumitur pro quovis ædificio, ſive tugurio, & cum majores noſtri extra tuguria ſua domos nullas haberent, ab iis deinde, cum cultiores fierent, & domus quævis *caſa* eſt appellata, unde noſtrum Hauß derivat *Excell. Dn. ab ECCARD.*

ad leg. ſal. pag. 31. ipſum verò prædium ſive beneficium à tali caſa dependens, CASAMENTUM, & Miniſteriales, qui beneficiis hisce infeudati erant, CASATI ſive domeſtici, vid. *du FRESNE Gloſſar. voc. caſa, caſamentum, caſatus.* At inveniuntur etiam *Caſati* ex ordine ſervili, nec infrequens ipſorum in chartis antiquis fit mentio: Inveniuntur omninò, adeoque diſtinctio accuratè iterum obſervanda inter SERVOS CASATOS & VASALLOS CASATOS, quam egregiè quoque obſervant EDMUNDUS MARTENE ac URSINUS DURAND ab ipſo *ESTOR. pag.* 103. citati. SERVI enim CASATI erant glebæ adſcripti, homines ſervilis conditionis, quibus habitaculum cum certa terræ quantitate idonea ad unam familiam alendam & operas inde præſtandas attributum, de quibus agunt *HERT. de hom. propr. ſect.* 1. §. 2. *Vol* 1 *Opuſc. tom.* 2. *pag.* 159. *CAR. du FRESNE Gloſſar. voc. caſati, caſata.* Aſt VASALLI CASATI ex alia plane fuerunt hominum claſſe, Ingenuorum ſcil. vel liberorum hominum, eorumque miniſteriorum pariter ac beneficiorum ſervi caſati, tamquam mancipia ad agriculturam cæterave opera ſervilia deſtinata, ne capaces quidem fuêre; Deinde etiam alia adhuc in ipſius vocabuli *Caſa* ſignificatu latet utriusque differentia, in *Vaſallus* quippe *caſatis* Caſa κατ ἐξοχην denotat ipſam Comitis, Epiſcopi &c. aulam, at in *ſervis caſatis* caſa tuguriolum ſaltem ruſticanum cum ſuis hubis atque manſis, adeoque ruralem ſaltem poſſeſſionem ſignificat, quam ſervi caſati, tanquam coloni & mancipia colebant, uti id contra Vadianum egregiè notavit *Dn. BOEHMER. in diſſert. de jure & ſtat. hom. propr. à ſervis Germ. non Roman. derivando ſect.* 1. §. 6. *pag.* 11. ad illos ergo, non ad hos, pertinent teſtimonia, quæ ex AUBERTO MIRÆO & BLONDELLO produxit *ESTOR. pag. cit.* 103. confer. *du FRESNE Gloſſar. voc. Caſatus, Chaſeati.* Quod ſi autem hanc diſtinctionem accuratè obſervamus, nec alterum ordinem cum altero ſine cauſa confundimus, facilè apparebit (3) Dilemma iſtud nihil omninò contra me evincere; Prius enim ipſius membrum nunquam, quod quidem memini, affirmavi, neque etiam, niſi meliora edoctus, affirmabo in poſterum: Ad poſterius autem quod attinet, fateor, me conſequentiam, quæ inde elicitur, nondum ſatis capere. Nequaquam ſequitur, Vaſalli caſati ſive miniſteriales ſunt homines κατά τι liberi, ergò liberti; quum maxima adhuc inter utrosque adſit differentia. Liberti enim ſub Merovingis & Carolingis, qui manumiſſionem obtinebant minus

minus plenam (obtinebant autem eam plerumque, rariſſimè plenam) ſervili quodam nexu, quod ſervitium libertinitatis vocabant, dominis ſuis adhuc erant adſtricti, ad teſtimonium perinde ac ſervi non admittebantur, à Palatinis officiis arcebantur, cum ingenuis matrimonio copulari ipſis non licebat, cenſumque perſolvebant: Uno verbo, pertinebant ad ordinem PLEBEJORUM. vid. *Dn.* BOEHMER. *diſſert. cit. de jur. & ſtat. hom. propr. à ſervis German. non Roman. deriv. ſect.* 1. §. 9. & 11. CAR. *du* FRESNE *Gloſſar. voc. Liberti.* Miniſteriales verò, ſive homines iſti κατά τι liberi erant ex ordine INGENUORUM, vel militari, eosque inter plebejos numerare, nefas eſſet ultimum, patriisque monimentis repugnaret omnibus, id quod ipſe inculcat atque haud paucis commonſtrat teſtimoniis ESTOR. *cit. tract. pag.* 5. Quæ cum ita ſint, nemo non videt (4) nullam hîc omninò ex uſu vocabuli LIBERI metuendam eſſe λογομαχίαν, dummodo ſedulò ſecernantur tempora; Sub Carolingis enim LIBERI HOMINES opponuntur LIBERTIS & SERVIS, ſub iisque ſemper intelliguntur noſtri κατά τι liberi, ſive ordo militaris: at ſeculis recentioribus; ubi miniſterialitas tam latè ſeſe extendit, liberi homines, alio planè ſignificatu, opponuntur MINISTERIALIBUS, unde non ſolum homines ex ordine equeſtri, qui ſcilicet miniſterialitate quadam non erant affecti, ſed & ipſi Duces, Comites & Dynaſtæ liberi homines haud rarò vocantur, ut ita à miniſterialibus, quorum conditio tunc fieri cœperat duriſſima, diſtinguantur. Teſtis eſt BRUNO *de bello Saxon. apud Freher. tom.* 1. *rer. Germ. pag.* 179. *edit. nov. Fridericum de Monte, qui inter* LIBEROS HOMINES *vel* NOBILES *eximius habebatur, famulum ſuum eſſe Rex aſſeruit.* & pag. 215. *Dicebant ex perſona Ducis Ottonis, & Hermanni Comitis, ſe ſolos ex* LIBERIS HOMINIBUS, *omnibus aliis in noviſſimo prælio interfectis, beneficio fugæ in Saxonia relictos.* Teſtes etiam ſunt chartæ apud *Dn.* JOANNIS *ſpicileg.* 1. *tabular. chartarumque veter. pag.* 100. 112. 115. 122. 135. *& alia quamplures.* Unde & ipſe infra ſub qualibet epocha varia ordinis militaris nomina notavi, & cum Scriptoribus coævis ſum locutus, *vid. ſeq.* §. XV. Utrum verò ego hac in re peccaverim, & vocabulum LIBERI non ſatis intellexerim, an Clariſſimus ESTOR, qui omnes ex ordine militari homines jam Carolingorum temporibus ſub Miniſterialibus intelligere mavult, id Lectoris judicio jam lubens ſubmitto, hoc ſaltem monens, λογομαχίαν tali modo vitan-

Digitized by Google

vitantes, niſi uſum loquendi cujuslibet ævi retineant, in majorem procul dubio λογομαχίαν atque confuſionem incidere, id quod Defenſoribus Nobilitatis immediatæ accidiſſe, vel unum vocabulum NOBILIS ſatis ſuperque nos edocet. Sed è diverticulo iſthoc redeamus in viam. Servitia horum Miniſterialium erant vel civilia, vel militaria. Ad CIVILIA referimus; (1) Quod Venatorum, Falconariorum, Telonеariorum, aliisque officiis apud Comites & Optimates fungerentur; de quibus jam dictum: (2) Quod Comitibus in bellum profectis, relicti Miniſteriales miniſteria Comitum obſervarent, atque uxores ipſorum domi cuſtodirent; de utroque agit *CAPITULAR. Caroli M. I. ann. 812. cap. 4. De HOMINIBUS Comitum CASATIS iſti ſunt excipiendi, & bannum reuvadiare non jubeantur: DUO qui cum UXORE ILLIUS DOMI DIMISSI FUERUNT, & alii DUO qui propter MINISTERIUM EJUS CUSTODIENDUM ET SERVITIUM NOSTRUM FACIENDUM remanere juſſi ſunt. In qua cauſa modo præcipimus, ut quanta MINISTERIA unusquisque COMES habuerit, totiens DUOS HOMINES ad ea cuſtodienda domi dimittat, præter illos DUOS, quos cum UXORE SUA.* (3) Quod Comites ipſis curam plerumque committerent, ne menſura adulteretur, prout docent *CAPITULAR. Carol. Calv. tit. 36. cap. 20.* (4) Quod cenſus atque vectigalia nomine Comitis in ſuo Comitatu exigerent à Liberis Hominibus; Unde Carolus Calvus Hiſpanis conceſſit: Ne *Eccleſiarum Cenſus, id eſt, nec paſcualia infra eorum terminos vel eorum Villas, nec telonea infra Comitatum in quo conſiſtunt, nec alia qualibet redibitio neque à Comite neque à Junioribus aut MINISTERIALIBUS* ejus *deinceps AB ILLIS ULLATENUS EXIGATUR.* vid. *Ejus Capitular. tit. 6. Cap. 1.* Confer. *Capitular. Ludovici Pii Præcept. Prim. Cap. 1. apud. Baluz. tom. 1. pag. 550.* (5) Quod ſumtus in profectiones Miſſorum Regiorum erogandos, à quibuscunque dari debent, reciperent, ſecundum *CAPITULAR. Carol. Calv. tit. 37. Cap. 16. Ut MINISTRI COMITUM in unoquoque Comitatu diſpenſam Miſſorum noſtrorum, à quibuscunque dari debet, recipiant, ſicut in tractoria noſtra continetur; & ipſi MINISTERIALIBUS MISSORUM noſtrorum eam reddant. Miſſi autem noſtri provideant, ne pro hac occaſione inde MINISTRI COMITUM amplius, niſi quantum in tractoria noſtra continetur, inde exigant.* (6) Quod mortuo ſuo Comite, Comitatum interim cum Epiſcopo ejusdem Comitatus adminiſtrarent,

Servitia Miniſterialium erant vel Civilia.

Digitized by Google

rent, donec vacans iſte Comitatus, aut filio ipſius Comitis, aut alii traderetur; prout hoc egregiè diſponitur in *CAPITULAR. Carol. Calvi tit. 53. cap. 9. Si Comes obierit, cujus filius nobiſcum ſit, filius noſter cum cæteris fidelibus noſtris ordinet de his qui illi plus familiares & propinquiores fuerint, qui cum MINISTERIALIBUS ipſius Comitatus & Epiſcopo ipſum Comitatum prævideat, uſque dum nobis renuntietur. Si autem filium parvulum habuerit, iſdem cum MINISTERIALIBUS ipſius Comitatus & Epiſcopo in cujus Parochia conſiſtit, eundem Comitatum prævideat, donec ad noſtram notitiam perveniat.* Servitiis Miniſterialium *militaribus* accenſemus: (1) Quod ingruente belli tempeſtate, pagenſes nomine Comitis ſui ad arma plerumque vocarent; vid. *LOTHAR. Capitular. tit. 3. Cap. 27. Quicunque LIBER HOMO ammonitus à Comite ſuo vel MINISTRIS* ejus *ad patriam defendendam ire neglexerit, & exercitus ſupervenerit, ad iſtius Regni vaſtationem, vel contrarietatem fidelium noſtrorum, capitali ſubjaceat ſententiæ.* Et quanti hac in re abuſus ſubinde acciderint, oſtendit *CAPITULAR. Caroli M. I. ann. 812. Cap. 6. Volumus ut Miſſi noſtri diligenter inquirant in quibus locis hoc factum ſit, quod ad nos pervenit, quod quidam Homines, poſtquam ſecundum noſtram juſſionem ſociis ſuis, qui in hoſtem perrexerunt, de ſtipendia ſua adjutorium fecerunt, jubente Comite vel MINISTERIALIBUS* ejus *propter ſe redimendum pretium dederunt, ut eis Domi remanere licuiſſet.* (2) Quod omnes Miniſteriales, exceptis iis, qui in Miniſteriis vel domi ad cuſtodiendam Comitis uxorem remanſerunt, obſtricti fuerint, cum Comite ſuo, vel quem ipſe ſubſtituerit, ad bellum proficiſci; Injungit hoc *CAROLUS M. in cit. Capit. I. ann. 812. cap. 4. Cæteros vero omnes ſecum pleniter habeat. Vel ſi ipſe domi remanſerit, cum illo, qui pro eo in hoſtem proficiſcitur, dirigantur.* Ut autem Miniſteriales hiſce ſervitiis ritè perfungerentur, certa ipſis prædia, atque congrua beneficia, pro cujusque officii miniſteriique conditione, erant aſſignata à Comitibus, quamobrem ſancitur in *CAPITULAR. Reg. Francor. lib. 4. Cap. 30. Et ſi HOMO LIBER vel MINISTERIALIS COMITIS hoc fecerit, honorem qualemcunque habuerit ſive BENEFICIUM amittat.* Quæ tamen beneficia hoc tempore non erant hereditaria, ſed ab Epiſcopis, Abbatibus, Comitibus, Vaſſisque Dominicis, ſuis Miniſterialibus, prout ipſis libuit, auferri poterant, quanquam id diſſuadeat Carolus Calvus in ſuis *Capitular. tit. 51. cap. 9.* Unde etiam nondum adeò adſtricta erat ipſorum conditio, uti quidem ea facta eſt poſteriori-

vel Militaria;

Ad eaque ritè peragenda, certa ipſis prædia aſſignata erant:

Nondum tamen adeò adſtricta

 bus

ipſorum Conditio. bus ævis, cum beneficia iſta in heredes transmitterentur, & Miniſteriales ſuis prædiis usque eo adnecterentur, ut hominibus propriis non penitus fuerint abſimiles. Id quod latiùs deduxit Jll. *Dn. de PLOENNIES Cameræ Imperialis Aſſeſſor* in pereruditа Diſſertatione *de Miniſterialibus theſ. 11. ſeqq.*

Sub Imperio Saxonum examinatur I, §. XI. Abſoluto ita Carolingorum ævo, accedimus ad TERTIAM EPOCHAM, quæ tempora poſt extinctam ſtirpem Carolingicam, & quamdiu ſumma rerum apud Saxones erat, continet. Antè vero quam differentiam Immedietatis inter COMITES IMPERII nec non LIBEROS DOMINOS & NOBILES IMMEDIATOS, ex hoc etiam ævo eruamus, duo iterum injiciuntur ſcrupuli, qui niſi prius eximerentur, totam noſtram doctrinam de Immedietate Comitum Imperii & Liberorum Dominorum, quam tamen hactenus ex ævis Merovingorum & Carolingorum ſatis ſuperque, ut opinamur, demonſtravimus, penitus deſtruerent. *Prior* reſpicit doctrinam illam de ARCHI-PRINCIPIBUS, denen Ertz-Fürſten, & immenſa eorum potentia, quam extinctâ ſtirpe Regnatrice, atque reſtitutâ Libertati Germaniâ recuperaſſe dicuntur. *Doctrina de Archi-principibus.* Ubi quidem diutiùs haud immoramur ſententiis FURSTENERII de Ducibus Originariis, & MONZAMBANI de feudis oblatis, à KULPISIO, GUNDLINGIO, THOMASIO, ſuam ipſius Diſſertationem de feudis oblatis in *Select. feudal. Differt. de uſu Libr. vet. de Benefic. §. 19.* corrigente, HERTIO, aliiſque viris eruditis, quicquid etiam *VERPOORTENNIUS de Ducatibus in Vet. Germ. Regn. hereditariis* objiciat, ſatis jam refutatis, quippe qui ſub fictis hiſce nominibus, tam peregrinæ opinionis defendendæ ſingularem habuêre cauſam, quam vide apud *Dn. GUNDLING. de Henrico Aucup. §. 10. lit. e. pag. 56.* & prolixiùs adhuc apud ipſum *FURSTENER. de Supremat. Cap. 2. 3. & 4.* Intueamur potiùs accuratiori paulisper oculo ſententiam, quam ex iis hauſit celeberrimus Dn. LUDEWIG partim in Diſſert. cui titulus: *Henricus Auceps, hiſtoria anceps:* & in *Commentar. ipſius ad A. Bullam:* partim in Diſſert. *de Civitat. diſpari nexu cum S. R. Imperio,* & in *Collegio MS.* über den Entwurff der Reichs-Hiſtorie, ſtatuentis: *Poſt exceſſum Stirpis Carolingicæ Germanorum Populos libertati ſuæ Jure Poſtliminii fuiſſe reſtitutos; Quamlibet Provinciam ſuum habuiſſe Ducem, ſupremum territorii Jus in integram Provinciam proprio Jure exercentem; Omneſque Comites & cæteros Proceres hujus, ceu Ducis originarii,* *An num reliqui Proceres ipſorum Dominatui fuerint ſubjecti?*

Domi-

Dominatui fuiſſe ſubjectos; Adeò ut etiam in *Commentar. ad A. B. proœm.* §. 7. *verb. Comitum, lit. t. tom.* 1. *pag.* 43. aſſerere non dubitet: Die Grafen und übrige, welche hier genennet werden, die waren vor deme, als die Sieben Churfürſtenthüme in Teutſchland noch gantz beyſammen waren, lauter Affter-Lehn-Leute der Ertz-Fürſten, und ſtunden demnach mit den andern Unterthanen jeder Teutſchen Nation unter einem Hauffen. Quod ſi veritate ſatis niteretur, actum haud dubiè eſſet de omni Comitum Liberorumque Dominorum Immedietate. Verùm enim verò neque Comites & Dynaſtas ſub Impp. Saxonicis jacturam ſuæ Immedietatis feciſſe, neque ſententiam hanc de Archi-Principibus, pace tamen Viri celeberrimi, vero videri ſimilem, habemus perſuaſiſſimum. Si enim defuncto Ludovico Infante tantarum provinciarum Domini, imò Reguli fuiſſent iſti ſeptem Archi-Principes facti, ſi tam immensâ valuiſſent potentiâ, acceptam eam neceſſariò referre debuiſſent vel Imperatoribus, vel ſibi ipſis & ſuis Majoribus, vel Populi electioni.

Quod negatur:

Ab Imperatoribus autem hanc potentiam non habuerunt; Quippe (a) nuſpiam, neque in Capitularibus, neque in Scriptoribus coævis legitur, Imperatores Carolinos ſeptem tantùm Archi-principibus univerſam commendaſſe Germaniam, & quidem ita tradidiſſe, ut quilibet ſuæ provinciæ velut Regulus ſumma præeſſet authoritate: (b) maximam id involveret contradictionem, Ducem eſſe originarium, & tamen omnem ſuam potentiam beneficio Imperatoris velle adſcribere: Unde & (c) ipſi Adverſarii ex hoc fonte dominatum ſuorum Archi-Principum non deducunt.

Non enim habuerunt hunc Dominatum ab Imperatoribus:

Sibi ipſis quoque & ſuis Majoribus hanc potentiam attribuere nequeunt, utut hoc unum ferè atque optimum eſſet medium deducendi iſtos Archi-Principes & Regulos, dummodo apertè ſatis demonſtrari poſſet; demonſtrabitur autem ad Calendas Græcas. Nam (a) probare debuiſſent Adverſarii, antè devictam Germaniam, ſeptem hujusmodi Regulos jam extitiſſe, ac quemlibet uni populo integræque provinciæ tantâ authoritate præfuiſſe, quod tamen neminem facile aſſerturum putamus, de Saxonia ad minimum certum eſt, ſtatum ibi fuiſſe Ariſtocraticum, multosque præter Wittikindum adhuc claruiſſe Saxonum Proceres; quippe disertè ajunt *ANNALES REGG. FRANCOR. ad ann.* 777. *apud Reuber. Script. rer. Germ. pag.* 22. *Cuncti ad eum venerunt, præter Widikindum UNUM è PRIMORIBUS WESTFALORUM.* Probare (b) debuiſſent ab hiſce Ger-

Neque à ſe ipſis & ſuis Majoribus:

Digitized by Google

Germanorum Regulis, ſi qui unquam fuiſſent, deſcendiſſe novos iſtos Archi-Principes, omnemque illorum poteſtatem in hos jure quodam hæreditario fuiſſe devolutam: At ipſe *Dn. LUDEWIG cit. Diſſert. de Henric. Aucup. Cap.* 1. §. 2. & 4. fatetur, Henrici Aucupis proſapiam ex Wittekindo non poſſe derivari, neque ultra avum ipſius Ludolphum argumentis indubiis extendi: Ipſe *Cap.* 4. §. 3. *pag.* 20. teſtimonio Eckhardi Junioris convictus aſſerit, Burchardum rectè primum Sueviæ Ducem appellari, antea verò pagum Alemannicum regnantibus Carolingis per Cameræ Nuntios & Comites fuiſſe adminiſtratum: Ipſe *cit. loc.* §. 21. *pag.* 26. adſtruit, Bojoariam, Thaſſilone exauctorato, atque extinctâ cum eo Agilolfingorum proſapiâ, in partes ſciſſam, & Comitibus à Carolo M. ad regendum commiſſam eſſe; Idque teſtante *EGINHARDO apud Reuber. pag.* 6. *Taſſilo tamen poſtmodum ad Regem evocatus, neque redire permiſſus, neque provincia quam tenebat, ulterius praeeſſe, ſed Comitibus ad regendum commiſſa eſt.* Confer de hoc, ut & reliquis ita dictis Archi-Principibus prolixè agentem *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.* 2. *pag.* 89. 101. 240. 281. 350. & 377. *ſeqq.* ubi fuſius demonſtratum invenies, adminiſtrationem harum provinciarum, omneſque in iis Ducatus, Carolingorum tempore à ſolo dependiſſe Imperatorum arbitrio: Quamobrem (c) probandum quoque fuiſſet, ubinam locorum Duces iſti originarii & Archi-principes cum ſuis Ducatibus hoc tempore latitaſſent, & unde tantam tam ſubitò potentiam accepiſſent, integras haſce provincias dominatui ſuo, defuncto Ludovico Infante, ſtatim ſubjiciendi: Oſtendendum (d) fuiſſet, an & quare tot Epiſcopi, Abbates, tot Comites & Dynaſtæ, qui ſolum hactenus Imperatorem Dominum agnoſcebant, tantam ſtatus ſui deminutionem admiſiſſent, tamque grave ſibi medietatis, ut ita loquar, Jugum imponi fuiſſent paſſi? Sed quoniam difficillimæ, ne dicam, impoſſibilis id eſſet probationis; Hinc tandem ad Electionem populi prolabuntur Adverſarii. Ita enim *Dn. LUDEWIG. cit. Diſſert. de Henr. Aucup. Cap.* 1. §. 16. Archi-Principes ſuos rebellionis maculâ liberaturus ait: *Hi autem, meo judicio, non perpendunt, Ducatus illo tempore non amplius ex conferentium Regum voluntate pependiſſe, ſed SUCCESSIONIS LEGE tranſiviſſe ad Poſteros, regnatrice verò familiâ extinctâ novos Duces NON à REGE, SED à POPULO eſſe electos.* Quod etiam exemplis Bojorum, Suevorum & Thuringorum, probare ibidem

Nec ab Electione Populi.

Quod Exemplis probatur Bojorum:

dem quàm maximè contendit: Videamus ergò ipſas probationes. De Bojis producit ipſum confitentem Imp. Henricum Sanctum, è *DITMAR. Merſeburgenſ. lib. 5. apud Leibnitium tom. 1. rer. Brunſ. pag.* 368.. cujus hæc ſunt verba: *Et ecce Henricus Comes, Bertoldi Amitaque mea filius, ad Regni apicem acquirendum Regi usque huc fidelis adjutor, animadvertens Senioris ſui ſibi paululum alienam mentem, per optimos exercitus ejusdem viros, DIU FIRMITERQUE PROMISSUM Bavarii Regni DUCATUM dari poſtulavit. Quibus Rex tale fertur dediſſe reſponſum: Nonne ſcitis, hac in hac expeditione nequaquam fieri poſſe: BAVARIOS AB INITIO DUCEM ELIGENDI LIBERAM HABERE POTESTATEM: Non decere tam ſubito eos abjicere, ejusque CONSTITUTIONIS ANTIQUÆ jus absque CONSENSU eorum frangere: Si voluiſſet expectare, usque dum ipſe ad has Regiones venirem, cum COMMUNI CONSILIO PRINCIPUM eorundem ac VOLUNTATE, ſibi libenter in hoc ſatisfacere.* Eadem ferè refert *ADELBOLDUS in Vit. Henric. Sanct. §.* 10. *apud eund. Leibnit. pag.* 433. Aſt qui ſaltem fugitivo, ut ajunt, oculo hunc locum intuetur, facile intelliget, minimè inde probari, quod tamen probandum omninò fuiſſet. Non enim hoc loco probatur, apud ſolos Bavariæ Proceres ac Principes electionem Ducis ita ſimpliciter fuiſſe, ut Cæſaris conſenſu haud fuiſſet opus, ſed Imperatorem hunc *communi Principum conſilio ac voluntate* conſtituiſſe, & ſaltem Proceribus alium, quem ipſi non elegiſſent, invitis non obtruſiſſe. Innuit id Henricus Comes, qui non à Populo, ſed ab ipſo Rege petiit hunc Ducatum: Teſtatur ipſe Henricus Rex, qui Comiti Ducatum jam *diu firmiterque promiſerat*: Experti etiam id ſunt filii Arnulphi mali, qui patris Ducatum ſpretâ Imperatoris confirmatione ſuo arbitratu retinere ſtudentes, haud impunè hoc tulerunt, ſuoque damno didicerunt, in conſtituendo novo Bojorum Duce & Regis conſenſum fuiſſe neceſſarium, eundemque Ducatum defuncto patre ne in filios quidem *Succeſſionis Lege* tranſiiſſe. *vid. RHEGINON. Supplement. ad ann.* 938. *URSPERGENS. in Vit. Otton. M. pag. m.* 156. Sed fac! ſolos tum Ducem ſuum elegiſſe Bojorum Proceres; An etiam tam immenſam ipſi tribuerunt potentiam, tantumque Jus territoriale? Altum hac de re apud Scriptores coævos ubique eſt ſilentium, neque id tam facilè præſumendum. Non à Regibus; utpote qui tam proclives non erant, in concedendo tanto Dominatu, qui ſuam ipſorum

Digitized by Google

Authoritatem tantopere imminuere, ac faciliimam maximarum rebellionum anſam præbere poterat: Multò minus à Principibus; qui Libertatis erant perſtudioſi, nec lubentes ſe in talem Landſaſſiatum abjeciſſe credendi ſunt. De Ducatu Suevico profert exemplum Burchardi Ducis, quem teſte *ECKHARDO Junior. de Caſib. Monaſt. S. Gall. Cap.* 1. *apud Goldaſt. tom.* 1. *rer. Alem. pag.* 18. à Sueviæ Principibus electum putat. Verba Eckhardi hæc leguntur: *Conſilio de hinc habito, primò colloquium publicum Maguntiæ, poſtea generale edixit Concilium* (Conradus Rex) *ubi tribus illis Lege abjuratis & proſcriptis, prædiisque eorum in fiſcum redactis, Majeſtatis Reis capita damnata ſunt, cæteris omnibus, qui tanto facinori intererant, tanquam rei præ hoſtibus proſequi juſſis. SUEVIÆ PRINCIPUM ASSENSU STATUITUR ALEMANNIÆ DUX PRIMUS, Burckhardus, Gentis illius Nobiliſſimus, & virtutum dote probatiſſimus, cui & prædia damnatorum confiſcata in BENEFICIUM ſunt tradita.* At quis non videt, ex eodem hoc loco contrarium planè probari? ſcilicet quod Burchardo non à Populo, ſed à Conrado Rege Ducatus fuerit commiſſus, & conſenſus ſaltem Sueviæ Principum adhibitus: Prædia damnatorum à Rege ipſi in beneficium tradita: Quodque virtutum ſuarum intuitu Sueviæ Dux, isque *primus* conſtitutus, adeoque non Dux fuerit originarius, neque tantorum Regalium complexum, aut tanta territorii Jura habuerit, uti quidem habuiſſe fingitur à *Dn. LUDEWIG. cit. Differt. pag.* 20. & 21. Unde heic quoque repetenda, quæ de Bojorum Ducibus jam diximus. De Thuringis tandem addit teſtimonium *DITMARI apud Leibnitium pag.* 366. Ducatum hunc EckhardoMisniæ Marchioni his verbis adſcribentis: *Super omnem Thuringiam COMMUNIS TOTIUS POPULI ELECTIONE DUCATUM promeruit.* Sed vellem, omiſiſſet planè Vir clariſſimus hoc Eckhardi exemplum, quippe quod magis ſuam, quam noſtram deſtruit ſententiam. Si enim Populus, vel potiùs Proceres Thuringorum, propria authoritate Ottonum jam temporibus ſibi Ducem eligere & conſtituere poterant, falſum eſt, totam Saxoniam atque Thuringiam fuiſſe hereditatem & proprietatem Henrici Aucupis, ſuorumque poſterorum, quas cum omni Superioritate adminiſtraſſent; Id quod tamen aſſerit *Dn. LUDEWIG. d. Differt. Cap.* 1. §. 13. Sin autem Ducatus Thuringiæ cum Saxonia in patrimonio fuit Imperatorum Saxonicorum, quid Juris inde populus, ſive Proceres Thuringiæ, deferre poterant

Suevorum.

Thuringorum.

Digitized by Google

rant Eckhardo? Quocunque te vertas, aperta ſemper aderit contradictio. Deinde ipſe *DITMARUS cit. loc. pag.* 366. diſerte ſatis indicat, unde Eckhardus incrementa potentiæ ſuæ obtinuerit, dicens: *Hujus vita curſum quam probabiliter egit, hoc etiam teſtificatur, quod apud DOMINUM ſuimet BENEFICII maximam partem ACQUISIVIT IN PROPRIETATEM.* Quæ an de tantis Archi-Principibus, Regulis, vel Ducibus originariis dici facilè queant? cuilibet dijudicandum relinquimus. Imò & ipſe *Dn. LUDEWIG in Diſſert. de Civitat. diſpar. nex. Cap.* 6. §. 14. ait: *Thuringia Ottones Cæſares habuit Duces: Henrico etiam Sancto paruit, quâ Imperatoris agnato; Provincia Duce ſuo deſtituta. Conradus II. itaque Landgravium præfecit Thuringiæ, ſed ita, ut Thuringiæ Ordines majores, utpote Domini, Comites, Civitateſque Imperatori immediate ſubjecti eſſent, Landgravio inter Officiales Cæſaris relato.* Quæ ſane! cum doctrina ſua de Eckhardo Thuringiæ Archi-Principe neutiquam cohærere videntur. Quicquid igitur (liceat nobis hic ipſum applicare Adverſariorum argumentum) Juris fuit in hiſce Germaniæ Ducatibus, id etiam in reliquis fuerit oportet: In his autem nullus fuit Archi-principatus, nullus integræ Provinciæ Dominatus; Ergo nec in reliquis. Hoc quidem ultro fatemur, quinque illos Principes, quorum *LUITHPRANDUS lib.* 2. *Cap.* 7. *apud Reuber. pag.* 105. aliique meminerunt, inter cæteros tum eminuiſſe authoritate & potentiâ; Ipſos verò integrarum Provinciarum Dominos fuiſſe, easque ad inſtar Regulorum Jure proprio, & cum omni Superioritate adminiſtraſſe, ac omnes reliquos Proceres in qualibet Provincia ſibi tanquam Landſaſſios habuiſſe ſubjectos, conſtantiſſimè negamus. Fuerunt utique iſti Principes tum in Provinciis POTENTISSIMI: At fuerunt etiam in qualibet Provincia adhuc POTENTIORES, fuerunt & POTENTES: Qui ſolam Regis Majeſtatem agnoſcebant, ſolum Regem venerabantur; Id quod *ſeq. §.* 13. fuſius dabimus demonſtratum, breviter verò, ſed egregiè expoſuit *Dn. GUNDLING. de Henrico Aucup.* §. 36. *p.* 266. *ſeq.* ajens: *Interea nec Duces Comites, nec Comites Dynaſtas ſibi ſubjectos & obnoxios habebant: Omnes hactenus Regem venerabantur: Huic Beneficia accepta ferebant, ab hoc munus, poteſtatem, jus omne derivabant. Quod iis tantùm peregrinum videtur, qui vetera noviorum Seculorum pede ac modulo metiuntur. At velim, imprimant ſibi memoriaque infigant, Ducum munus auctoritatemque Aucupis tempore per univerſam ſeſe* Pro-

Fuerunt quidem Auctoritate magis conſpicui cæteris; Non tamen ſoli integrarum Provinciarum Domini.

Digitized by Google

Provinciam porrexiſſe, prout Metropolitani dignitas per totam Regionem haud leve ſemper habuit pondus, habetque adhuc amplius. Quemadmodum verò nemo credit, omnem illum terrarum tractum ad Imperium Archiepiſcopi pertinere; Ita malè rationes ſuas conficeret, qui Ducis arbitrio, dominatuique ſubjiceret cuncta, eique infinitam poteſtatem traderet. Diverſa ſunt: Dux totam Provinciam rexit; Et Dux totam Provinciam ſuæ ditionis fecit. Largimur enim perlubenter, nec Comites, nec Dynaſtas, nec alios etiam Cives auctoritatem ejus defugiſſe, ubi vel belli tempeſtas immineret, vel deliberandum de ſalute Gentis, vel Regis Imperio ſuſcipienda expeditio, vel pacis tuendæ causâ educendus exercitus. At Jus territoriale ſupremum competiiſſe eidem; cæterosque Proceres poteſtati hujusmodi Principis fuiſſe ſubditos, conſtantiſſimè negamus.

II. Doctrina de Terris mediatis & immediatis.

§. XII. *Poſterior* ſcrupulus attingit doctrinam de TERRIS MEDIATIS & IMMEDIATIS; Cujus Auctor præcipuus eſt celeberrimus *COCCEJUS in Jur. publ. prud. cap. 9. §. 1. 2. 3. & 4.* Totam Germaniam dividens in partem MEDIATAM, eâ Lege ſubjectam Regno Franciæ Orientalis, ut proprio Jure, Fiſco, Magiſtratuque uteretur, eoque pertinere BAVARIAM, SAXONIAM, MORAVIAM & MARCHIAM: Ac partem IMMEDIATAM, Regiæ Cameræ ſeu Fiſco immediatè adſcriptam, & à Regis Officialibus ſeu Miſſis Regioque Jure gubernatam, hucque referri FRANCIAM, TERRAM RHENENSEM, SUEVIAM, WESTPHALIAM. Quam doctrinam, cum nonnihil favoris in deducenda Nobilitatis Immediatæ origine afferat, *BURGERMEISTERUS* Grafen und Ritter Saal *Part. 1. Sect. 4.* ambabus arripit manibus, ejusque Auctorem, multis encomiis mactatum, omnibus ea propter Juris-publici Doctoribus anteponit. Nos quidem nemini, multò minus Illuſtri COCCEJO, Viro de Jure inprimis publico tam inſigniter merito, laudem ſuam invidemus: Libertate tamen diſſentiendi, nulli, ſi modeſtè fiat ac rationibus nitatur, denegandâ, utentes, demonſtrabimus, COCCEJUM in fingenda hac nova doctrina aliquid humani paſſum, & BURGERMEISTERUM umbram pro Junone fuiſſe amplexatum.

Quæ penitus rejicitur.

Nam Cocceji numerus Populorum contrariatur Scriptoribus coævis.

Primo enim COCCEJI Populi, ſi tempora reſpicias poſt exitum Stirpis Carolingicæ, planè non conveniunt cum iis, qui à Scriptoribus hujus ævi recenſentur. Ex ſententia *COCCEJI Jur. publ. prud. cap. 2. §. 24.* ſex fuêre Germanorum Populi Provinciæque, nempe VAN-

VANDALIA, MORAVIA, SAXONIA, FRANCIA, SUEVIA, BOJOARIA, quibus addit ſeptimam, ſc. PROVINCIAM TRANS RHENUM: Teſte autem *LUITHPRANDO lib.* 1. *cap.* 7. *apud Reuber. pag.* 105. Hæ fuerunt ſub Conrado I. Germaniæ Provinciæ: BOJOARIA, SUEVIA, FRANCIA, LOTHARINGIA, SAXONIA & THURINGIA. *Deinde* falſo nititur fundamento COCCEJI doctrina de utriſque, tam MEDIATIS, quas ita vocat, quam IMMEDIATIS Provinciis. De MEDIATIS; quoniam putat extincta ſtirpe regnatrice, Duces propria poteſtate provincias ſuas adminiſtraſſe, cæteroſque Proceres in hiſce provinciis Regno mediatè ſubfuiſſe, vid. *Jur. publ. prud. cap.* 3. §. 6 *cap.* 9. §. 2. *cap.* 33. §. 8. quamtamen ſententiam §. *præced.* jam rejecimus, & §. *ſeq.* fuſius adhuc refellemus, hoc ſaltem loco adhuc notantes, ſententiam iſtam ne probari quidem poſſe verbis *WITICHINDI Corbejenſ. Annal. lib.* 1. *pag. m.* 634. *Regum maximus optimus Henricus, qui PRIMUS LIBERA POTESTATE regnavit in Saxonia.* Quoniam optime jam notavit acerrimus aliàs Ducatuum originariorum propugnator *VERPOORTENN. de Ducat. in veter. Germ. regno hæredit.* §. 7. *n* 6. *in not. pag.* 30. Wittichindum hæc de Henrico Aucupe non quâ Duce, ſed quâ Rege fuiſſe locutum, neque aliud velle, niſi quod hic è Saxonibus primus fuerit, qui non ſubjectus Regi Francorum, ſed Rex factus ſit ipſe, unde etiam *WITTICHIND. pag.* 639. addit: *Saxonia ex ſerviente facta eſt libera, & ex tributaria multarum Gentium Domina.* De IMMEDIATIS; dum arbitratur, integras haſce Provincias Regiæ Cameræ & Fiſco fuiſſe adſcriptas, quod tamen iterum omni deſtituitur fundamento. Habuit utique Camera Regia in terris illis immediatis, quæ ſibi poterat adſcribere; Sed habuit eadem in terris mediatis, prout teſtimoniis ſat evidentibus id probavit *Dn. GUNDLING. Henric. Aucup.* §. 36. Habuerunt & Comites & Dynaſtæ in provinciis immediatis ſua allodia terraſque hæreditarias, quæ abſque omni dubio haud minimam harum provinciarum partem explebant: Quam in rem unum hîc de Terra Rhenenſi adduxiſſe ſufficiat exemplum, quod refert *REGINO lib.* 2. *Chron. pag. m.* 436. *Anno Dom. Incarn.* 905. *Chuonradus Comes, filium ſuum Chuonradum miſit cum armatorum non modica manu, ut irruerent ſuper Gerhardum & fratrem ejus Matfridum, eò quod honores ſuos & Gebelhardi fratris ejus, videlicet poſſeſſionem Sancti Maximini & Sanctæ Mariæ ad Horrea violenter invaſiſſent, quibus*

Coceeji doctrina falſo nititur principio.

De Terris Mediatis.

& Immediatis.

bus exercitus ex Regno Lotharii ſociatus eſt. Pervenerunt autem uſque in pago Bleſiaco rapinis & incendiis HEREDITATEM ET POSSESSIONEM SUPRADICTORUM FRATRUM AC SATELLITUM EORUM depopulantes. Ex quo ſimul patet, verba *ECKHARDI JUNIORIS*, *Sueviam & Franciam fiſco Regio peculiariter paruiſſe*, dicentis, ad quæ tantoperè provocat *COCCEJUS cap.* 3. *Sect.* 2. §. 21. non ita crudè & de omnibus ac ſingulis Sueviæ & Franciæ terris interpretanda, ſed cum grano ſalis, & quantum hujus temporis ratio ea admittit, eſſe intelligenda. Quamobrem haud immeritò COCCEJUM notavêre *HERT. Notit. veter. Germ. Popul. Part.* 3. *cap.* 1. §. 7. & *Dn. LANGGUT. in Animadverſ. ad Coccej. Jur. publ. prud. cap.* 9. §. 6. *verb. cauſa autem &c. pag.* 201. *Tandem* etiam non adeò erit artis opus, totam hanc de terris mediatis & immediatis doctrinam COCCEJI, ex ipſo COCCEJO deſtruere atque probare: *Omnes Provincias tùm fuiſſe Mediatas*; *Omnes itidem Immediatas.* Ad illud quod attinet, ipſe *COCCEJUS cap.* 9. §. 1. BAVARIAM, SAXONIAM, & quæ huic ſubjecta erat, THURINGIAM (quare MORAVIAM & VANDALIAM non adjecerimus, vid. *Dn. GUNDLING. Henr. Auc.* §. 36. *lit. e.*) terras vocat mediatas: De SUEVIA autem ipſe aſſerit *cap.* 3. §. 13. *Ducem Burchardum eodem Jure, quo & ipſi Saxones in ſuo Ducatu tum utebantur, Ducatum ſuum tenuiſſe.* Ipſe ait *cap.* 33. §. 8. *Bavaria quidem & Saxonia certum Ducem, ac jure proprio, præfuiſſe in comperto eſt*; *Quemadmodum & Suevia proprium Ducem eodem Jure conſenſu Conradi I. ſibi conſtituit.* Ergo SUEVIA tum fuit Provincia mediata. De TERRA RHENENSI ipſe fatetur *cap.* 33. §. 13. *Sub Ducatu Giſelberti Ducis Lotharingiæ, comprehenſum tum fuiſſe Principatum Terræ Rhenenſis.* Et §. *ſeq.* 14. *Terra Rhenenſis nondum habuit tum proprium Ducem, ſed Lotharingiæ Pars, Statusque ejus nondum ad rationes eorum temporum formatus fuit. Quin nec uni Duci tota paruit, & Giſelbertus tantùm Belgicam habuit. Alii verò Duces fuêre tractus Moſellani, qui & ipſi Partem Terræ Rhenenſis tenuêre.* Ergo TERRA RHENENSIS tum Ducibus, licet diverſis, paruit, & fuit Provincia mediata. De FRANCIA magno quidem id ſtudio negat *COCCEJUS cap.* 33. §. 8. ajens: *Franciæ enim vel à Conrado I. vel ab Henrico I. vel ab Ottonibus Ducem, qui toti Provinciæ præeſſet, conſtitutum fuiſſe, iſtorum quidem temporum Annalibus non apparet*; *Quin Eberhardo ne nomen quidem Ducis ſed Comitis ſaltem Franciæ tribuitur*

Coccejus ex ipſo Coccejo refellitur, atque probatur ex eodem, Omnes Provincias fuiſſe Mediatas;

Digitized by Google

buitur à Luitprando, Urſpergenſi & aliis. At tribui id ipſi utique ab aliis, Everhardumque non Comitem ſolum, ſed & Ducem à Scriptoribus iſtius ævi appellari, locuples teſtis eſt *DITMARUS lib. 2. apud Leibnitium pag. 338. EVERHARDUS DUX, Regi diu infidelis, degradatus eſt.* Et paulò poſt: *In tertio anno ſupra memorati Regis, Henricus frater ejus & EBERHARDUS DUX, & Giſelbertus Comes Lutharingorum, cum cæteris nequitiæ ſuimet fautoribus cis Rhenum plurima depopulati ſunt.* Quin & ante, & poſt Everhardum, Duces fuiſſe in Francia evincit *WITICHINDUS Corbejenſ. lib. 1. pag. m. 7.* ubi de Conrado I. ita: *Conradus,* inquit, *quondam DUX FRANCORUM, ungitur in Regem.* Et *pag. 14.* de Luidgarda Ottonis I. filia hæc refert: *Filiam quoque nomine Luidgardam, quæ nupſerat Conrado FRANCORUM DUCI.* Ergò & Francia, ſecundum principia COCCEJI, fuit Provincia mediata, quoniam Duces habuit. Et quoniam ipſe affirmat *COCCEJUS cap. 3. §. 71. Eo tempore OMNES Provinciarum DUCES non nudi Officii Jure, ſed cum PROPRIA POTESTATE, ut ipſe Henricus I, Provinciis ſuis præfuiſſe;* Ergo OMNES PROVINCIÆ (omnes enim habebant Duces) tum fuerunt mediatæ. Vice verſâ facillimum erit ad oſtendendum, ex Hypotheſi COCCEJI omnes Provincias fuiſſe immediatas. Et quidem de temporibus Carolingorum ipſe docet *cap. 3. §. 94, Carolum M. omnes Provinciarum Duces ſuſtuliſſe, Comitesque ſubſtituiſſe:* Ergo OMNES PROVINCIÆ tum erant immediatæ. Poſt exitum hujus ſtirpis, *IDEM cap. 9. §. 4.* FRANCIAM, TERRAM RHENENSEM, SUEVIAM & WESTPHALIAM, immediatas vocat: De SAXONIA verò, ſub qua & THURINGIAM comprehendit, teſtatur *cap. 3. §. 38. Hanc Provinciam ante Hermannum Billingium non habuiſſe Duces cum propria poteſtate præter Cæſares:* Ergò SAXONIA & THURINGIA tùm fuerunt immediatæ: Si enim Francia, *inquit TITIUS in ſpecim. Jur. publ. lib. 1. cap. 3. §. 30.* fuit Provincia immediata, quando Franci rerum ſunt potiti, idem dici poſſe videtur de Saxonia, poſtquam ad Saxones Regia poteſtas pervenit. Sic & BAVARIA ab obitu Ducis Henrici II. ad ann. 1018. nullum (ſi tres vel quatuor illos annos, quibus Dux Henricus IV. ob rebellionem depoſitus, hunc Ducatum adminiſtravit, excipias) Ducem præter Imperatorem Henricum Sanctum habuit, vid. *DITMAR. apud Leibnitz. pag. 386. & 416.* Ergò & BAVARIA per idem tempus fuit Provincia immediata. Vides, quam parum cohæreat doctrina COCCEJI

Omnes itidem immediatas.

Digitized by Google

de Terris mediatis & immediatis, quamque fragilis atque infirma ſit iſta baſis ſeptem vel ſex ſuarum Provinciarum, cui quidem totum Jus publicum, originem Circulorum, Electorum, Archi-Officiorum ſecularium, Comitiorum, Imperii Judiciorum, IMMEDIATÆ NOBILITATIS, aliorumque ſuperſtruere ſtuduit, vid. *Jur. publ. prud. cap. 2. §. 26.* Idoneis tamen teſtimoniis atque argumentis deſtitutus, nil ferè, niſi creberrimas produxit contradictiones, quas jam pridem *TITIUS in Specim. Jur. publ. lib. 1. cap. 3.* obſervavit, & noviſſimè adhuc *Dn. LANGGUT in Animadverſ. ad Coccej. Jur. publ. prud.* paſſim haud ſemel notavit. Sed mittamus ſuavia iſthæc COCCEJI ſomnia de terris mediatis & immediatis, duplicique, quam fingit, connectendi ratione, ac redeamus è diverticulo, quò præjudiciales hæ quæſtiones nos deduxêre, in viam.

Status Comitum ſub Impp. Saxonicis ex Imperio Carolingico illuſtratur,

§. XIII. TERTIA itaque EPOCHA, quod §. XI. jam innuimus, ante oculos nobis ſiſtit ſtatum COMITUM ſub Imperatoribus Saxonicis; quem eò facilius intelligi poſſe arbitramur, dummodo ea, quæ de Comitibus ſub Imperio Carolingorum diximus, heîc quoque, quantum horum temporum ratio id patitur, applicemus. Licet enim ultrò concedamus, magnam poſt extinctam ſtirpem Carolingicam, Imperii noſtri mutationem contigiſſe, magnâ Duces Comitesve potentiâ increviſſe: Tantam tamen hanc mutationem non putamus, quanta quidem fingitur à nonnullis Juris publici Doctoribus; Quin potius Imperatores etiam poſt Carolingos omnibus in id incubuiſſe viribus arbitramur, ut non tam novo præeſſe Regno, quam vetus Francorum Imperium continuare viderentur. Apertè id adſtruit *ADELBOLDUS in vit. Henr. Sanct. §. 1. apud Leibnitium tom. 1. rer. Brunſ. pag. 431.* ubi de Imperatore Henrico ita: *Tandem*, inquit, *ſic in Ducatu vixit, quod omnibus placuit, ut de Ducatu transduceretur ad Regnum, de Vexillo extolleretur in ſolium HÆREDITARIUM. HÆREDITARIUM dicimus; quia, ut ab his, qui Genealogias computare noverant, audivimus, à Karolo M. ex parte Patris decimam ſeptimam; Ex parte Matris decimam ſextam Lineam propagationis tenebat.*

Quoniam Saxones hoc continuare potius, quam novum inchoare,

Cui adſtipulantur *OTTO FRISING. lib. 6. Chron. cap. 17.* dum quæſtionem hanc integro Capite pertractans, verbis tandem hisce concludit: *Sicut autem Merovingis deficientibus, ac Carolis ſuccedentibus Regnum tamen manſit Francorum. Sic & Carolis decedentibus, ex alia familia ſeu lingua, in UNO TAMEN REGNO Ottones ſub-*

ſubintroiere : Ut & *HROSWITA de Geſt. Oddon. apud Reuber. pag.* 163.

Poſtquam Rex Regum, qui ſolus regnat in ævum
Per ſe cunctorum transmutans tempora Regum
Juſſit FRANCORUM TRANSFERRI Nobile REGNUM
Ad claram Gentem Saxonum. - - - -

Fidem quoque inſignem huic rei facit, quod Capitularia Regum Francorum ad hanc usque Saxonum ætatem tantâ valuerint auctoritate, viridique viguerint obſervantia: Viguiſſe autem adhuc ſub Ottonibus, comprobat decretum illud Ottonis M. apud *CONRING. de Orig. Jur. Germ. cap.* 18.*pag.* 101. *Anno Dom. Incarn. DCCCCLII. Indict. IX. conſtitutum eſt in Francofurto à Rege glorioſiſſimo Ottone, anno illius XV. conſentientibus Epiſcopis, Comitibus, aliisque fidelibus compluribus, Canonum SS. Patrum auctoritate nec non CAPITULARIBUS PRÆCEDENTIUM REGUM inſtitutis coram poſitis &c.* Unde falſa (1) ſunt quæ de tanta poſt defunctos Carolingos ſtatus Imperii mutatione, ac de recuperata tam ſubito Ducum potentia, jureque territoriali in integras Provincias, à nonnullis jactantur: Cum potius verior utique atque teſtimoniis veterum ſcriptorum magis ſit conſentanea doctrina *B. BOECLERI de Reb. Secul. IX. & X. in Henr. Auc. EYBENII de Brocard. Tantum poſſe Princip. cap.* 4. *HERTII de Orig. & prog. Spec. Rerump.* §. 7. *KULPISII de Legat. Stat. Imp. cap.* 7. §. 16. Aliorumque, ſtatuentium: Illam ſtatus in Imperio commutationem, quà Ducum Comitumque Officiorum ac Magiſtratuum nomina in proprii Juris poteſtatem & hæreditariam poſſeſſionem abierunt, non uno ſtatim impetu, ſed ſenſim per temporum ſpiramenta contigiſſe, neque certum hac in re tempus determinari poſſe; *Non enim*, ait LUDOLPH. HUGO de Statu Region. Germ. Cap. 1. §. 3. *uno momento, ſed tractu temporis hujusmodi mutationes fieri ſolent, ita ut non mutari Rempublicam, ſed mutatam eſſe ſentias.* Sub Imperio certè Saxonum mutationem hanc, quicquid etiam operæ impenderint Duces atque Comites, complementum ſuum nondum accepiſſe, ſed beneficia patrum in filios transmittenda à ſolo dependiſſe Regis arbitrio, abunde teſtatur *REGINONIS Supplem. ad ann.* 949. *p. m.* 440. *Uto Comes obiit, qui PERMISSU REGIS quicquid BENEFICII aut PRÆFECTURARUM habuit, QUASI HÆREDITATEM inter filios*

ac propterea Capitularium Auctoritatem conſervare ſtuduerunt;

Unde falſa ſunt, quæ de tanto Ducum Dominatu dicuntur:

filios diviſit. Quamobrem Comites hoc tempore non dicti fuerunt à Comitatibus, ſed Comitatus nomen accepêre à Comitibus; De quo, præter ea quæ *HERTIUS de Orig. & prog. Spec. rerump.* §. 7. jam produxit, innumera ferè exempla leguntur apud ſolum *AUCTOREM vitæ S. Meinvverci*, à Leibnitio *tom.* 1. *rer. Brunſ.* inſertum. Falſum ergò (2) eſt, atque perinjurium, Comites hoc tempore omnes mediatos atque Ducibus, ſeu fictis illis Archi-principibus ſubjectos dicere. Negavimus id jam *ſupra* §. 11. & ne temerè negaſſe videamur, afferemus nunc teſtimonia, atque demonſtrabimus, in qualibet Provincia præter Archiprincipes, quos ita vocant, multos adhuc fuiſſe Comites Statusve, eâdem libertate, eâdemque Immedietate gaudentes. In FRANCIA & TERRA RHENENSI Archi-Princeps fuiſſe dicitur *Everhardus*; At brevi ante ipſum præter patrem Chuonradum in Heſſia, vixit & patruus Gerhardus in Wederavia, teſte *REGINONE ad ann.* 905. *pag. m.* 436. Vixit & Adelbertus Nobiliſſimus Francorum Comes, uti vocatur ab *OTTONE FRISING. lib. 6. Chron. cap.* 15. cum fratribus Adalhardo & Henricho, qui teſte Eodem *REGINONE ad ann.* 902. *Collectâ validâ manu, adverſus Eberhardum, & Gebelhardum, & Ruodalphum fratres, ex caſtro quod Babenberg dicitur, proſiliens ad pugnam proceſſit*: Quique (utor verbis Ejusd. *REGINON. ad ann.* 903.) *filios Eberhardi, ſimul cum matre à propriis hæreditatibus & HONORIBUS REGIO MUNERE CONCESSIS, exire compellens, ultra Spectesbart ſecedere coëgit.* Vixerunt & cum ipſo hoc ficto Archi-Principe Eberhardo quamplurimi adhuc Comites in eadem Francia, qui eodem, quo Eberhardus, modo Regem Henricum in Franciam vocarunt: Qui eâdem, qua Eberhardus, ratione Regem hoſpitio exceperunt, conviviis muneribusve honorarunt. Diſertè id aſſerit *REGINON. Supplement. ad ann* 931. *pag. m.* 438. *Eodem anno Rex ab Eberhardo, ALIISQUE FRANCIÆ COMITIBUS ſeu Epiſcopis in Franciam vocatus, ſingillatim ab UNOQUOQUE EORUM in domibus ſuis, Eccleſiarum ſedibus Regem decentibus, eſt conviviis & muneribus honoratus.* Imò & vixerunt poſt ipſum Eberhardum multi adhuc Franciæ Orientalis Principes, multi hujus terræ Optimates, quorum æquè ac Conradi Ducis conſenſus in arduis Imperii negotiis requirebatur, quique eodem, quo Conradus, ſacramenti vinculo erant obſtricti Imperio: Priùs probatur teſtimonio *REGINON. Supplem. ad ann.* 944. *Rex apud Duisburgen, in Rogationibus Placitum cum PRI-*

Falſum, omnes Comites tùm fuiſſe Mediatos.

Quod demonſtratur per omnes Provincias, nimirum: Franciam & Terram Rhenenſem.

Digitized by Google

MORIBUS LOTHARIENSIUM & FRANCORUM habuit. Poſterius vel ſolo Henrici Rixoſi Bavariæ Ducis exemplo evincitur. Audiamus de ipſo *DITMARUM lib.* 4. *apud Leibnutum pag.* 348. *Dux autem converſus ad ſe, omnibus Bavarorum Epiſcopis Comitibusque nonnullis, FRANCORUM terminos, his fretus ſociis, & in paſcuis ad Weſenſtat pertinentibus, ad alloquendos REGIONIS ILLIUS PRINCIPES conſedit. Maguntinæ tunc Proviſor Eccleſiæ Willegiſus, cum DUCE Conrado CÆTERISQUE OPTIMATIBUS huc venit. HOS Dux quibuscunque valuit modis ſibi conjungere tentans, NB. EOSQUE à promiſſa Regi ſuo cum ſacramentis fide, nunquam vitâ Comite receſſuros, UNANIMI EORUM reſponſione percipiens, coactus eſt futuri timore duelli, cum Juramentis affirmare, ut III. Calend. Jul. ad locum, qui Rara vocatur, veniret, puerumque matri ſuæ,* ILLISque *redderet.* De SUEVIA ſupra jam monuimus, primum poſt Carolingos Ducem hujus Provinciæ fuiſſe Burchardum, eumque à Conrado I. & quidem PRINCIPUM SUEVORUM ASSENSU conſtitutum. Num verò & Principes, ſeu Proceres Suevici aſſenſu hoc omni ſimul immedietati renuntiaverint, ac ſeſe ſuosque novi Ducis dominatui ad inſtar Landſaſſiorum ſubjecerint? Id neque facilè credendum, neque ullus hujus ævi ſcriptor hactenus aſſeruit, undè nec noſtrum erit, ſub ficto quodam Archi-principatu temerè idem aſſerere. Provocat quidem *Dn. LUDEWIG in Diſſert. de Henr. Auc. cap. 4. ſeq. §. 8.* ad *ECKHARD. Junior. de Caſib. Monaſt. S. Gall. pag. 43. (vel rectiùs) pag. 45. apud Goldaſt. tom. 1. Rer. Alemann.* ubi Eckhardus Hadwigam Burchardi Sueviæ Ducis viduam, his verbis ornat loquentem: *Et quoniam mei Juris eſt, ſi Laicus Laicum, ut idipſum judicialiter proloquar, involaverit, coram COMITE MEO lege multetur: multò magis, ſi Regiæ Libertatis Abbatem tyrannicus Abbas nocturnus invaſerit, Regali coram me ſententiæ ſubjacebit.* Quæ verba ad probandum, quod Sueviæ Duces circa Burchardi I. tempora Comites habuerint ſub ſua poteſtate, nec hi immediatè Regi, ſed Archi-Principi ſuo paruerint, dicit clariſſima: ſed forſan non adeò ſunt clara, forſan etiam penitus falſa & à veritate longè aliena, quæ de tanta Hadwigæ potentia diſſerit Eckhardus. Nam (1) inſigniter fallitur Dn. LUDEWIG, quando hunc locum ad Burchardum I. applicat, cum Hadwiga non Burchardi I. ſed hujus filii Burchardi II. fuerit vidua, vid. *Dn. GUNDLING. Henr. Auc. §. 36. lit. g. Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 2. pag.* 317. (2) Admodum ſunt ſingularia, quæ

Sueviam.

de

de tanta Hadwigæ potentia literis mandavit Eckhardus; Quis enim unquam audivit, viduam tantum dominatum in integram exercuiſſe Provinciam, tantâ autoritate Jus dixiſſe, de rebus ad ſtatum Provinciæ pertinentibus conſilia agitaſſe, eamque omnem poteſtatem à defuncto marito in ipſam jure hereditario fuiſſe devolutam, & quidem circa hæc Saxonum tempora, ubi neque Ducatus fuiſſe hereditarios, neque ſine Imperatoris conſenſu in filium vel alium quemcunque transferri potuiſſe, ſcriptores coævi uno ferè ore teſtantur. (3) Vellem utique ſcire, quonam tempore huic Suevorum Ducatui præfuiſſet Hadwiga? HERMANNUS CONTRACTUS, *egregius Calculator*, uti vocatur à *BERTOLD. CONSTANTIENS. ad ann.* 1093. qui ſeptendecim ante Eckhardum annos fatis jam ceſſerat, in *Chron. ad ann* 973. *apud Urſtis. tom.* 1. *rer. Germ. pag.* 316. disertè ſatis ait: *Burchardus Dux Alemanniæ obiit, & Otto filius Luitolfi paternum pro eo Ducatum recepit.* Nihil hic de intermedia Duce Hadwiga, nihil de inſueto viduæ cujusdam dominatu, ſed Otto proximus Burchardi II. ſucceſſor, isque uno eodemque anno, quo prior vitam finierat, conſtitutus legitur. (4) Ipſe Eckhardus haud ſemel ſibi ipſi contradicit, *pag. enim* 43. ait: *Burkart Dux - - - moriens - - - incognitam, ut celebre eſt, cum DOTIBUS* & *DUCATU reliquit Puellam.* Pag. autem 44. eandem hanc Burchardi viduam ita loquentem producit: *Miror etiam me Imperii VICARIAM tam prope aſſidente duo MEI DUCATUS monaſteria, me quidem ſpretâ, tanta miſcuiſſe infortunia.* Hic vocatur IMPERII VICARIA, illic vero DOTIUM ac DUCATUS HERES; quæ quomodo cohæreant, aut conciliari facile queant, non video, niſi *poteſtatem vicariam* & *propri. m*, unum idemque dicere aut quendam hoc loco Imperii Vicariatum tibi imaginari velis. Ipſe etiam Eckhardus lepidam illam hiſtoriam de Hadwiga, pioque ipſius cum Eckhardo quodam monacho commercio *pag.* 43. referens, ait: *Illic quoque crebrò ambos Miniſtri & Milites, PRINCIPES etiam TERRÆ lectioni aut conſiliis invenerant agentes.* At ſi alii adhuc fuêre *Principes terræ* in Suevia, perperam Hadwigæ vel alius Sueviæ Ducis dominatus aut jus territoriale, in integram extenditur Provinciam. Sed fingamus (5) omnia, quæ Eckhardus Junior de Hadwiga iſta retulit, eſſe certa, atque extra omnem dubii aleam poſita, nondum tamen verba hæc, ad probandam Comitum medietatem in Suevia, *clariſſima* putaverim; Eckhardus

dus enim non omnes Sueviæ Comites Hadwigæ ſubjectos dicit, ſed de *uno* ſaltem loquitur, qui hujus fœminæ vice Juſtitiam adminiſtraverit. Quare ſi multùm concederemus, id ſane! eſſet, Hadwigam in diſtrictu ſibi ſubjecto aliquem habuiſſe, qui ad inſtar Vice-Comitis cujusdam Judicio præfuerit, quum ipſa tanquam fœmina hoc officium peragere non potuerit. At ita Hadwiga nihil habuiſſet præcipui præ ceteris Comitibus, hos enim & ſuos interdum habuiſſe Vice-Comites ex ævo Carolino jam demonſtratum eſt. Hæc interim omnia ſatis ſuperque evincunt, verba Eckhardi Junioris nondum adeò eſſe clara, aut ab omni falſitatis ſuſpicione vacua, neque ſatis in iis præſidii habuiſſe *Dn.* LUDEWIG, ad quæ tantâ ipſi fiduciâ provocare licuiſſet. Fabulas ad minimum eſſe, quæ de tanto hujus Ducatus dominatu, tantoque jure hæreditario jactantur, ex eo abunde probatur, quod Ducatus iſte vel unius ſeculi hujus ſpatio per plures iverit Comitum Dynaſtarumque familias, neque filius ſemper immediatè, ſed plerumque poſt unum vel alterum demum patri ſucceſſerit, prout videre eſt apud *Illuſtr. OBRECHT. Prodrom. rer. Alſat. Cap.* 10. *pag.* 220. *ſeqq.* & *Dn. PFEFFINGER ad Vitriar. tom.* 2. *pag.* 310. *ſeqq.* Multâ, fateor, autoritate valuerunt Sueviæ Duces, adeò ut etiam in propria cauſa fideles nonnunquam hujus Provinciæ Proceres haberent adjutores: Verùm enim verò adjutorium iſtud non ex dominatu quodam vel Jure territoriali profluxiſſe, ſed Duces hujus Provinciæ (imo & aliarum interdum vid. *ADELBOLD. vit. Henr. S.* §. 6. *ap. Leibn. pag.* 432.) Proceres, maximè quando hi ſuam quoque utilitatem promotam inde putabant, ſuadendo magis quam imperando in ſuas traxiſſe partes, exemplo Ducis Herimanni, contra electionem Henrici Sancti inſurgentis, luculenter evincitur; De quo *DITMARUS lib.* 5. *apud Leibnitium pag.* 365. ita: *Hermannus,* inquit, *Alemanniæ & Alſatiæ Dux timoratus & humilis Homo, à MULTIS, QUIBUS LENITAS EJUS PLACUIT SEDUCTUS contra Henricum ſe armavit.* Exemplo quoque Wicelini Epiſcopi Argentinenſis, utut hanc urbem CAPUT DUCATUS ſui appellet *DITMARUS cit. loc. pag.* 367. ſatis fuit expertus, faciliimum Sueviæ Proceribus fuiſſe negotium, partes Ducis ſui deſerere, & ſi conatus ipſius injuſti ſibi viderentur, meliorem eligere partem; Ita enim *ADELBOLDUS in vit. Henr. S.* §. 8. *ap. Leibn. pag.* 432. *At Hermannus duræ mentis & protervæ cervicis ira-*

tus ſuper Epiſcopum Straſsburgenſem, eo quod ſapienter egerit, & partem meliorem elegerit, juncto ſibi Cunone genero ſuo Argentinam adivit, & Militibus Epiſcopi non fideliter reſiſtentibus, muros Civitatis fregit. Cæterùm ſi de Imperii ſalute erat conſulendum, Procerum Sueviæ conſenſus negligi neutiquam poterat, ſed pariter ac Ducis erat neceſſarius; Quod exemplo Eckhardi Thuringiæ Marchionis nos docet *DITMARUS cit. loc. pag.* 365. ajens: *Namque cum prædictus Marchio, omnia aliter quam ſperarat, ibi provenire proſpexiſſet, optimum duxit, ut Occidentales viſendo Regiones, HERMANNUM DUCEM CUM CÆTERIS OPTIMATIBUS de Reipublica ſuique commoditate alloqueretur.* Ut taceam Eundem *DITMARUM pag.* 371. de Hermanno Sueviæ & Theodorico Lotharingiæ Ducibus expreſſis aſſerere verbis: *Hermannus ac Teodoricus SOLO NOMINE DUCES, SED NON RE, tentabant hoc impedire, ſed fruſtra.* Ex quo jam facile apparet, quomodo intelligenda ſit *HROSWITHA de Geſt. Oddon. apud Reuber. pag.* 172. quando de Ludolpho Ottonis M. filio hunc in modum cecinit:

Utque ſuo SUBDI Nato faceret Luidulfo
Multum devotæ perfecto Mentis Amore
FRANCORUM Gentis DOMINOS prænobilis ALMOS
Nec non PRIMATES SUEVORUM ſcilicet OMNES,
Ipſi legali perpulcram fœdere jungi
Idam juſſit Hermanni Natam Ducis almi,
Qui fuit ILLUSTRIS PRINCEPS in partibus illis.

Bavariam. Sueviam excipit BAVARIA, in qua omnes Epiſcopatus Comitatusve jam tum provinciales fuiſſe, rotundè affirmat *Dn. LUDEWIG Differt. de Henr. Auc. cap. 4. ſeqq.* §. 18. Aſt quum doctrina hæc ex ficto iſto Archi-Principatu fluat, non eſt, quod ad ſententiam hanc, nullis idoneis teſtimoniis probatam, ſtatim deſcendamus: Quin potius ex allegato ibidem DITMARO luce clariùs apparebit, Bavariæ Proceres libertatis ſuæ fuiſſe tenaciſſimos, ac præ cæteris Germaniæ populis in eligendo Duce ferè ſemper aliquid habuiſſe præcipui. Unde quoque mirari non debemus, ipſos tam faciles ſæpius fuiſſe in rejiciendo Duce ſuo, novoque ſeſe jungendo, cujus exemplum de Comitibus refert *WITTECHINDUS lib. 3. pag. 28. edit. Reinecc. Dum hæc agerentur, proximâ nocte BAVARII COMITES Fratris Regis, relicto eo, juncti ſunt Ludolpho.* Eademque pagina de Epiſcopis addit: *Non minima quoque cæteris Ponti-*

Pontificibus cunctatio erat in Bavaria, dum favent partibus, *NUNC REGI ASSISTENDO NUNC ALIAS PARTES ADJUVANDO*, *quod nec ſine periculo alienabantur à Rege, nec ſine ſui detrimento ei adhærebant.* Mirari non debemus, ipſos Duces Bavariæ Ducatum ſæpiſſimè Procerum hujus Provinciæ auxilio adeptos, & quod magis adhuc notandum, à Proceribus interdum ad certum tantum tempus electos legi. Illud teſtatur *DITMARUS lib.* 4. *apud Leibnit. pag.* 352. *Henricus Bavarorum Dux - - - migravit ad Chriſtum V. Calend. Septemb. - - - Quod cum filius ejusdem comperiret*, *ELECTIONE ET AUXILIO BAVARIORUM* (ergò non jure hæreditario) *patris bona apud Regem obtinuit.* Hoc verò inſigniter probatur controverſiâ illâ, quam Imperator Henricus Sanctus habuit cum Henrico IV. Bavariæ Duce, de qua idem *DITMARUS pag.* 386. ſequentia refert: *Interea Henricus Dux Rebellionis gratia Bavariam clanculum intrare præſumens, interclusum ſibi aditum à provida Regis ſolertia ut primò perſenſit, mox fugiendo revertitur. Quocirca OPTIMI BAVARIORUM Ratisbonæ Regali Edicto conveniunt, & NB. quamvis DUCI SUIMET AD TRES ANNOS, SE ALTERUM NON ELIGERE, OMNES SPONTE JURARENT, tamen ob hoc à Rege jurgati blanditiis & minis ab ejus famulatu & auxilio deducuntur, ſibique ſpecialiter aſſumuntur.* Quod an de Statibus provincialibus, de Epiſcopis & Comitibus Landſaſſiis dici facilè queat, alii judicent. Objicit quidem *Dn. LUDEWIG cit. loc.* verba *HENRICI STERONIS ad ann.* 1156. Sed quum locus iſte pertineat ad Seculum XII. ideò etiam, quando ad hæc pervenerimus tempora, ad eum ſuo loco reſpondebimus, pauciſſimis ſaltem hic notantes, argumentum à Seculo X ad XII, ſtatum Imperii ſub Imperatoribus Suevicis multùm jam mutatum, non admittere. Miſsâ Bavariâ accedamus ad SAXONIAM, ubi **Saxoniam.** quum ante Billingos nulli præter Cæſares Duces, ſed Comites plerumque Saxoniam adminiſtrarunt, teſte *URSPERGENS. in vit. Otton. M. pag. m.* 156: *Mortuus eſt & Sigefridus Comes, optimus Saxonum, qui SECUNDUS à REGE procurabat Saxoniam.* Nullos etiam tum in Saxonia fuiſſe Epiſcopos & Comites mediatos, extra controverſiam eſſe putamus, rejicientes omninò nexum illum, quem ſibi fingit *Dn. LUDEWIG in Diſſert. de Diſpar. Nex. Civitat. Imp. cap.* 5. §. 18. 19 & 20. adſtruens: Cæſares Ottones ad Henricum usque Sanctum Saxoniæ fuiſſe dominatos, non quâ Cæſares, ſed quâ Duces. Laudat præterea Diploma Ottonis I. Imp.

 quo

quo Abbatiam Quedlinburgenſem ita patrocinio Cæſaris detuliſſet, ut ſi ad Imperii faſtigium alii quam Saxones eveherentur, patrocinium iſtud permaneret apud DUCES SAXONIÆ; Verùm enim verò aut omnia me planè fallunt, aut Dn. LUDEWIG contra clariſſima verba huic diplomati falſum affingit ſenſum, & ne quis hac de re dubitet, ipſa ejusdem diplomatis, quod exhibet *MADER. Antiquitat. Brunſuic. pag.* 106. verba apponam: *Et ſi aliquis generationis noſtræ in FRANCIA & SAXONIA regalem poteſtativâ manu poſſideat ſedem, in illius poteſtate ſint ac defenſione prænuncupatum monaſterium & Sanctimoniales inibi Domini ſervitio congregatæ. Si autem alter è populo eligatur Rex, ipſe in eis ſuam regalem teneat poteſtatem, ſicut in cæteris catervis, in obſequium Sanctæ Trinitatis ſimili modo congregatis. NOSTRÆ NAMQUE COGNATIONIS, QUI POTENTISSIMUS SIT, ADVOCATUS HABEATUR & loci prædicti & ejusdem catervæ.* Nihil hic omninò reperitur de duplici illo Saxoniæ nexu, nihil de DUCE quodam SAXONIÆ, ſed ſi multùm concedendum, hoc ſane! eſſet, Ottonem Imp. Advocatiam Abbatiæ Quedlinburgenſis ſuæ familiæ, & quidem POTENTISSIMO ſemper ex eadem, reſervaſſe: Num vero hic etiam, caſu exiſtente, Dux fuiſſet Saxoniæ? Num Otto I. Saxoniæ præfuerit non quâ Imperator, ſed quâ Dux? quamdiu non melioribus hoc diplomate argumentis probatur, fruſtra omninò aſſeritur: Et ſi probaretur, non video, quos inter referendus eſſet Hermannus Billingus, quem ab Ottone M. Ducem Saxoniæ fuiſſe conſtitutum, WITTECHINDUS aliique coævi uno teſtantur ore, tantamque ipſi ejusque poſteris, quam cæteris Ducibus, tribuunt auctoritatem. Forſitan ergo Epiſcopi, Comites, cæterique Proceres, mediati ſub Ducibus Billinganis ſunt facti? Id nullus, credo, facile eſt aſſerturus. Commendata quidem ſubinde dicitur Saxonia Billingis hisce, verùm commendata ipſis fuit, prout Ducatus id temporis ab Imperatoribus commendari moris erat. De Hermanno ſane! Billingo teſtatur *WITTECHINDUS lib.* 2. *Annal. pag.* 17. *Edit. Reinecc. Placuit igitur novo Regi, novum Principem MILITIÆ* (novum iterum argumentum, Ducum auctoritatem maximum hoc tempore ad res militares habuiſſe reſpectum) *conſtituere: Elegitque ad hoc OFFICIUM Virum nobilem & induſtrium, ſatisque prudentem, nomine Hermannum.* Tantum proinde abeſt, ut Epiſcopi & Comites provinciales fuerint facti, ut potius

potius eoſdem illos Duces interdum Epiſcoporum Saxonicorum homines fuiſſe, atque obſequium omnemque fidelitatem ipſis exhibuiſſe, ſcriptores paſſim memoriæ mandaverint. Audiamus *AUTOREM vitæ Meinvverci Ep. Paderb. ad ann.* 1010. *apud Leibnitium tom.* 1. *rer. Brunſ. pag.* 524. *Bernardus Dux pius Saxonicus, filius Herimanni Ducis obiit: & filius ejus Bernardus FAVENTE ſibi Meinvverco Epiſcopo, amicisque ſuis DUCATUM OBTINUIT,* & *HOMO EPISCOPI factus JUGE OBSEQUIUM IN OMNI FIDELITATE ſibi exhibuit.* Auctoritatem horum Ducum prolixè deſcripſit *DITMARUS lib.* 5. *apud Leibn. pag.* 368. adjiciens tandem: *Craſtinâ die Bernhardus Dux cum CONSENSU OMNIUM aſtante coram Rege voluntatem plebis convenientis aperiens omniumque neceſſitatem ac legem ſpecialiter exponens, quid eis miſericordiæ dictis promittere, ſeu factis vellet impendere diligenter inquirit. Talia quærebat, ac contra Rex referebat: Deo primum, deindeque VOBIS OMNIBUS condignas grates perſolvere nequaquam ſufficio. Unde voluntatis meæ ſecretum VOBIS aperio, quod ex adjutorio efficaciter VOBIS OMNIBUS impendere deſidero. Notum enim etiam eſt, quam fideliter VESTRIS Regibus ſemper ubique ad Audientiam & ſolatium parare ſtuduerıtis, & ideò VOS magis in omnibus optimè honorare, diligere, & ad Regni provectum noſtrumque ſalutem libet conſervare, & ut certi de his ſitis, quomodo VOBIS placet ſalvo honore Regni affirmo, quia non renuentibus nec contradicentibus VOBIS, ſeu potius quaſi applaudentibus, & huc me invitantibus, hac Regali dignitate honoratus appareo - - - Bernhardus igitur Dux acceptâ in manibus Sacrâ Lanceâ EX PARTE OMNIUM REGNI* (id eſt Procerum Saxonum, vid. Leibnit. ibid. in Not.) *curam illi fideliter committit.* Cui, ne quis adhuc Epiſcopos & Comites provinciales in Saxonia circa hæc tempora ſomniet, adjungemus verba *ADELBOLDI in vit. Henr. S.* §. 11. *ap. eund. Leibn. pag.* 413. *Benno Dux Saxonum, Bilizlaus Dux Sclauorum, Liebzo Archi-Epiſcopus Bremenſis, Benno Epiſcopus Hildenenſis, Ratherius Epiſcopus Paderbornenſis, Arnulphus Halberſtetenſis, CÆTERI EPISCOPI DE SAXONIA, ET COMITES PLURIMI in feſtivitate S. Jacobi, Regi occurrunt, acclamatum ſuſcipiunt, collaudant, collaudato Manus SINGULI per ordinem reddunt, redditis manibus fidem ſuam per Sacramenta promittunt, fide promiſſa, Regem coronant, coronatum in ſolio locant, locatum debita congratulatione venerantur.*

Eadem quoque ratio, idemque Status fuit THURINGIÆ. *Thuringiam*

I 3 Quam

Quam exigua enim ibi fuerit auctoritas Eckhardi Miſniæ Marchionis, quem ſub Ottone III. Thuringiæ Ducatum promeruiſſe, ſupra jam diximus, egregiè iterum docet *DITMARUS lib. 4. pag. 358.* cujus verba, cum immedietatem Comitum variis depingant coloribus, etiam integra iterùm adſcribemus: *Interim Principes Saxoniæ, comperta Senioris ſui* (ſc. Ottonis III.) *Nece immatura, ad Fraſam Curtem Regiam, quam tunc Guncelinus Comes EX PARTE IMPERATORIS in beneficium tenuit, triſtes conveniunt. Giſilerus Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis cum Coëpiſcopis, Bernhardus Dux, Lutharius & Ekkihardus ac Gero Marchiones, CUM OPTIMATIBUS REGNI, de ſtatu Reipublicæ tractantes. COMES autem Lutharius, ut pro primo perſenſit, Ekkihardum ſe velle EXALTARE SUPER SE, Archi-Epiſcopum prædictum meliorem PROCERUM partem in ſecretum foras vocavit Colloquium, hoc OMNIBUS dans Conſilium, ut juramento firmarent, ſe nullum ſibi Dominum vel Regem communiter vel ſingulariter electuros ante conſtitutum in Werle colloquium. Quod ab OMNIBUS laudatum excepto Ekkihardo, & collaudatum. Hic ſe paululum à Regni faſtigio dilatum graviter ferens erupit: O LOTHARI COMES QUID ADVERSARIS? Et ille: NUM CURRUI TUO QUARTAM DEESSE NON SENTIS ROTAM.* Et tamen hic idem ille Eckhardus eſt, cui *Dn. LUDEWIG in Differt. de Henr. Auc. cap. 1. §. 16.* Thuringiæ Archi-Principatum adſcribere voluit, licet apertè contrarium jam docuerit in *Differt. de diſpar. nex. Civit. Imp. cap. 5. §. 14.* Poſt Eckhardum Comitibus eadem relicta eſt immedietas, unde etiam Henricus Sanctus ab omnibus Thuringiæ Optimatibus, non ſolo Wilhelmo, ſuſceptus legitur apud *Eund. DITMARUM lib. 5. pag. 368. Ibi Wilhelmus Thuringiorum tunc potentiſſimus, obviam pergens, Dominumque venientem cum magna gratulatione ſuſcipiens, Miles Regis efficitur. Ibi tunc Rex à præfato COMITE, & à PRIMIS ILLIUS REGIONIS collaudatur in Dominum.* LOTHARINGIAM ſicco præterit pede Dn. LUDEWIG, unde & nos Provinciæ huic diutiùs non immoramur, hoc ſaltem adjicientes, nec hujus Ducatus Proceres ſtatim jacturam immedietatis ſuæ feciſſe, ſed potius Ducum conatibus nunquam non omnibus viribus reſtitiſſe; ita enim *ANNALISTA SAXO ad ann. 953. apud Dn. ab ECCARD Corp. hiſt. med. æv. tom. 1. pag. 286. Interea bellum factum eſt ſuper Moſam inter Raginerum Hagincenſium Comitem & Conradum Ducem. Lotharii enim cum Regem*

Lotharingiam.

Duci

Duci Conrado ſenſiſſent offenſum, cum jam olim ei infeſti eſſent, NB. eo quod Ducatum ſuper eos adminiſtraret, IPSIS INVITIS, arma contra eum ſumunt. Et electo Henrico Sancto Ducem haberent Theodoricum, Dux tamen iſte fuit NOMINE ſaltem, NON RE, adeoque nec tanta ipſius in hac Provincia auctoritas: Id quod facile colligere licet ex iis, quæ refert *DITMARUS cit. loc. pag. 369. Igitur hi Confratres Epiſcopi* (ſc. Moguntini) *Regem pariter eligentes, fidemque Sacramentis firmantes, usque ad Aquisgranum eundem comitantur. Quo in Nativitate Sanctæ Mariæ à PRIMATIBUS LUITHARIORUM in Regem collaudatur, & in ſedem Regiam more Anteceſſorum ſuorum exaltatur, & magnificatur.* Concludimus ergò per teſtimonia hactenus allata, magnâ quidem Duces hoc tempore valuiſſe auctoritate in negotiis publicis, & inprimis militaribus, ducendoque exercitu, quam optimè deſcriptam invenimus apud *WITTECHINDUM lib. 3. Annal. pag. 31. Edit. Reinec.* Expeditionem illam ab Ottone M. contra Hungaros ſuſceptam, his referentem verbis: *Primam & ſecundam tertiamque Legionem direxerunt Bavarii, quibus præfuerunt Præfecti Ducis Henrici. Nam ipſe bello interim aberat, quod valetudine corporis laboraſſet, qua & mortuus eſt. Quartam vero ordinavère Franci, quorum RECTOR & PROCURATOR* (non Archi-Princeps vel Dominus territorialis) *erat Dux Conradus. In quinta, quæ erat maxima, quæ & dicebatur Regia, ipſe Princeps, vallatus lectis ex omnibus Militum millibus, alacrique juventute, coramque eo Angelus, penes quem victoria, denſo agmine circumſeptus. Sextam & Septimam conſtrinxerunt Suevi, quibus præfuit Burchardus, cui nupſerat filia fratris Regis. In Octava erant Bohemi electi milites mille, armis potius inſtructi quam fortunâ.* Comites tamen non fuiſſe Ducum ſubditos vel Landſaſſios, ſed pariter ac Duces in Comitiis apparuiſſe, de Negotiis Imperii & ſalute Reipublicæ ſuffragia ſua tuliſſe, in Leges ſanciendas conſenſiſſe, Reges cum cæteris ſtatibus elegiſſe, coronationibus Imperatorum qua ſtatus adfuiſſe, non Ducibus, ſed ipſis Imperatoribus fidelitatis juramentum præſtitiſſe, officia & beneficia ſua immediatè ab Imperatoribus accepiſſe: vid. *DITMARUS lib. 7. pag. 412. Principes noſtri Edicto Cæſaris ad Gosleri conveniunt. Ibi tunc Avunculo meimet Sigefrido COMITATUS fratris Henrici commendatur:* Bella inter ſe geſſiſſe: conf. iterum *DITMARUS pag. 412. Optima quæque Imperator, ibi diu converſatus fecit: Fit PAX inter Gevehardum & Wilhelmum COMITES:* Ipſos vel pro Ducibus

Et concluſio inde formatur: Duces quidem magnâ in rebus publicis, & maximè Militaribus, valuiſſe Auctoritate;

Comites tamen ipſorum non fuiſſe Landſaſſios, ſed per omnes Provincias adhuc Immediatos.

Digitized by Google

cibus ſtetiſſe, vel contra eos arma cepiſſe, prout ratio ſtatus id vel ſuadere, vel diſſuadere videbatur; Adeoque ſtatum Comitum hoc tempore per omnes provincias adhuc fuiſſe immediatum. Quid? quod ipſi etiam Comites Eccleſias interdum ſibi ſubjectas, ac ne in hoc quidem Duces aliquid præcipui præ Comitibus habuerunt. Teſtem producimus *DITMARUM lib. 1. pag. 329.* ubi voce quidem lamentabili, verbis tamen ſententiam noſtram egregiè probantibus, hanc rem ita recenſet: *Eo tempore fuit in Bavaria quidam Dux Arnulffus nomine præcluus in mente pariter & corpore, qui omnes Epiſcopatus in his partibus conſtitutos ſua diſtribuere manu SINGULAREM habuit POTESTATEM, ſed cum hic poſt varios virtutum ſuarum ornatus vitam hanc finiſſet, Succeſſorum ſuorum NULLI tantum reliquit honorem, quin potius Reges noſtri & Imperatores ſummi Rectoris vice in hac peregrinatione præpoſiti hoc ſoli ordinant, meritoque præ cæteris paſtoribus ſuis præſunt - - - Audivi tamen nonnullos ſub DUCUM, & quod plus doleo, ſub COMITUM POTESTATE, magnam ſuſtinere calumniam, quibus nil licitum eſt, niſi quod ſcilicet amatoribus ſeculi prodeſt.* Unde etiam Ducum, Marchionum, & Comitum nomina toties promiſcuè à Scriptoribus hujus ævi uſurpari videmus, uti id magno, ſi opus eſſet, exemplorum numero facillimè comprobare poſſemus, v. g. de Eberhardo Conradi I. fratre jam ſupra docuimus, eum & Comitem & Ducem interdum vocari: Idem de Henrico Aucupe docet locus *Eckhardi Jun.* apud *Dn. GUNDLING. Henr. Aucup. §. 14. lit. e.* aliaque vel apud unum *Ditmarum* facillima ſunt inventu. Imo & de Burgundia, quamquam Regem ſuum habuerit, inſignem tamen Comitum auctoritatem adnotavit *DITMARUS lib. 7. apud Leibn. pag.* 407. ajens: *Wilhelmus Comes, de quo prædixi, Miles eſt Regis IN NOMINE, & Dominus Terræ RE, & in his partibus nullus vocatur COMES, niſi is qui DUCIS honorem poſſidet.* Accedit, quod Comites eodem ſymbolo ab Imperatoribus Beneficia ſua acceperint, quo Duces ipſi fuêre inveſtiti, nempe VEXILLO; Memorabile exemplum refert *DITMARUS lib. 5. pag. 369.* ubi Gerhardus Comes beneficio, quod Hermanno Suevorum Duci detractum erat, ita inauguratus legitur: *Gerhardus Comes Alſatiæ accepto à Rege QUODAM COMITATU præfati Ducis, cum domum rediret, juxta unam Urbium Caſtra metatus eſt. A quo Urbani Pacem vix unam noctem impetrantes, egreſſi ſunt doloſè quaſi ad colloquium, ſed revera ad explorandum: E quibus unus*

Idque aliis prætereà argumentis confirmatur, nimirum: Comites pariter ac Duces, Eccleſias ſub ſua habuerunt Poteſtate;

Nomina Ducum & Comitum interdum promiſcuè uſurpabantur:

Comites tenebant feuda Vexilli,

Digitized by Google

unus calliditate equi & velocitate perſæpè probatus propius acceſſit, SIGNIFERAMQUE LANCEAM, QUA BENEFICIUM DUCIS COMES IDEM ACCEPERAT A REGE *coram Tentorio ejus affixam, elevando circumſpexit, ad ultimumque cum ea urbem ſecurus cunctis in caſſum penè ſequentibus intravit.* Vexillum autem, vel ſignifera iſta lancea erat ſymbolum Banni, des Blut-Banns, Hals-Gerichts, vel ut cum Romanis loquamur, meri Imperii, quod inter Regalia maximum reputatum, & immediatè à Rege vel Imperatore conferri debuerat, *SCHILTER. ad Jus feud. Alem. cap.* 42. §. 3. & 5. Tantis proinde Regalibus conſpicui Comites, neque beneficiis ſuis privari, neque judicari ab ullo poterant, niſi à ſolo Rege vel Imperatore; Exempla adſunt *Adelberti* Comitis Bambergenſis apud *REGINONEM ad ann.* 905. *pag. m.* 436. Wigmanni, quod prolixè refert *WITTICHINDUS lib.* 3. additque *pag. m.* 35. *Gero igitur Comes non immemor juramenti, cum Wigmannum ACCUSARI vidiſſet, REUMQUE cognoviſſet.* Eckberti Comitis, de quo *DITMARUS lib.* 3. *pag.* 343. ita: *Henricus DUX & ECKBERTUS COMES, & Henricus Præſul apud Imperatorem accuſati Magdeburg capti ſunt & longè exilio deputati.* Geronis Comitis apud Eundem *DITMAR. cit. pag.* 343. *Accuſatus apud Imperatorem Gero COMES à Waldone*; Aliaque ſexcenta. Quorum inprimis illud Geronis eſt notatu dignum, utpote ex quo ſimul apparet, in cauſis criminalibus ne ſoli quidem Imperatori, ſed inſimul etiam cæteris Imperii ſtatibus, competiiſſe judicium in Comites, per ea quæ prolixè adhuc de iſto Geronis judicio narravit *DITMARUS ibid.* Porrò ſi quam controverſiam matrimonialem habuerat Comes, ea coram Imperatore erat componenda, conjugium in conſpectu Regis Imperiique Procerum ab Epiſcopo diſſolvendum. Exempla iterum præſtò ſunt, Godeſcalci, de quo *AUTOR vitæ Meinvver. Epiſc. Paderborn.* §. 56. *apud Leibn. pag.* 547. *Berenvvardus Hildenesheimenſis Epiſcopus tempore quadrageſimali Synodum in Goslaria habuit; In qua PRÆSIDENTE IMPERATORE cum Epiſcopis cæteriſque Regni Primoribus, Godescalcum Ekkihardi Comitis filium & Gertrudem filiam Comitis Ekkiberti ſeparavit*: Ut & Ottonis Comitis, de quo *DITMARUS lib.* 8. *pag.* 421. *Poſthac*, inquit, *Otto Comes prædictus, in PRÆSENTIAM IMPERATORIS & Erkanbaldi Archi-Præſulis ſupplex veniens, injuſtam uxorem ſuam tribus Sacramentis amiſit.* confer. *AUTOR. vit. Godehard. Epiſc. Hild. cap.* 4. *apud eundem Leibnit. pag.* 491. Hæc autem omnia, quæ

Comitum cauſa coram Rege dijudicabantur,

etiam matrimoniales.

quæ de dignitate atque immedietate Comitum hactenus diſſeruimus, eum in finem per ſingulas provincias ipſis Scriptorum coævorum teſtimoniis confirmamus, ne quis porrò vel cum Illuſtri COCCEJO diſtinctionem illam inter terras mediatas & immediatas, circa hæc Saxonum tempora, ſomniet: Vel cum Clariſſimo Dn. LUDEWIG fictis illis Archi-Principibus immenſam quandam potentiam tribuendo, Comitibus plus juſto detrahat, omnesque Comites ſub Imperatoribus Saxonicis Mediatos & Landſaſſios fuiſſe fingat.

Dynaſtarū ſive Baronū æqualis ſub Impp. Saxonicis adhuc erat cum Comitibus & Ducibus Natalium dignitas.

§. XIV. Relictis ergò Comitibus progrediamur ad DYNASTAS ſive BARONES; Quorum Immedietatem ex ævo Carolingico ſatis jam demonſtravimus, multisque argumentis docuimus, Dynaſtas vel Barones magnarum fuiſſe Terrarum Dominos, eodemque ipſos Nobilitatis & Natalium ſplendore coruſcaſſe, quo Duces atque Comites: Idem autem adhuc poſt Carolingos ſub Imperatoribus Saxonicis obtinuiſſe, docet *OTTO FRISINGENS. lib. 6. Chron. cap.* 20. ex editione Pithœana, quam etiam annotavit *URSTISIUS tom.* 1. *rer. Germ. pag.* 128. & 129. ubi de filiis Ottonis Comitis Scirenſis, cujus Pater ann. 955. ab Hungaris necatus erat, ita: *Quorum*, inquit, *unus Conradus nomine, Eccleſiaſtico ordini deſtinatus, ac poſtmodum Eccleſiæ Maguntinæ Præſul effectus, magnæ auctoritatis in Regno Romano Princeps claruit. Alter verò Otto Major Palatinus Comes dictus, Patri nobilior hæres ſuccedens, Vir armis experientiſſimus, ſapientia præditus, conſilio validus, donis liberalis, laudis avidus, fidelitate & omni virtutum probitate conſpicuus, cum aliis duobus Fratribus ſuis, Friderico videlicet & Ottone Juniore, præclariſsimis Comitibus: Qui tres germani OMNES TERRÆ NOSTRÆ PRIMATES & BARONES nobilitate, divitiis, fortitudine, prudentia & æquitate præcellere dignoſcuntur.* Quo loco primùm redditur manifeſtum, vocabula PRIMATES & BARONES à Scriptoribus antiquis promiſcuè ſumi, adeoque teſtimonia de PRIMORIBUS, vel PRIMATIBUS §. præced. allata, non ad ſolos Duces, Epiſcopos, Marchiones vel Comites reſtringi, ſed de Baronibus etiam debere intelligi; Deinde ex eodem FRISINGENSIS loco apparet, Comites, Marchiones, imò & Duces, hoc etiam Saxonum ævo, non nobilioribus fuiſſe natalibus, quam Barones, quamvis unus alterum auctoritate vel divitiis interdum anteceſſerit. Imò ut rotundè fateamur, quod res eſt, ſub nudo BARONUM vel NOBILIUM nomine,

Omnes enim ex ordine

ne, omnes ex ordine Nobilium veterum (non hodiernorum, utpote qui ad ordinem Equeſtrem ſive Liberorum Hominum pertinent) indicari arbitramur, quibus officium quoddam publicum non erat commiſſum ab Imperatore, utut etiam Ducum & Comitum filii & fratres iſti fuerint. Nam quoniam Ducum atque Comitum officia his temporibus nondum fuêre hæreditaria, neceſſariò etiam ſequitur, filios ipſorum aut fratres hoc Ducis Comitisve charactere, liceat nobis ita loqui, non fuiſſe antea gaviſos, quam iisdem quoque officiis non erant præfecti; Secus ac quidem hodie, ubi mutatis hisce in dignitatem hæreditariam officiis, titulus paternus cum ipſa nativitate in filios transfertur. Hinc toties videmus Ducum filios Comites, Comitum Duces vocari: Utrorumque autem, ſi officiis hujusmodi publicis nondum præfuêre, nudo ſaltem nomine recenſeri à Scriptoribus hujus temporis; certiſſimo documento, figmenta omninò ſapere, quæ de Ducum atque Comitum dignitatibus hæreditariis, jureque ſanguinis in filios translatis ex hoc ævo proferuntur. Illuſtrantur hæc præclarè exemplis Comitis Ezonis & uxoris ejus Mathildæ Ottonis III. Imp. ſororis, horumque filiorum atque nepotum, de quibus *MONACH. BRUNWILLERENS. in vit. Ezon. & Mathild. apud Leibnitium tom. 1. rer. Brunſ. pag. 316.* ita: *Nati ſunt eis filii tres, Hermannus, Otto, Ludolphus - - - - Ludolphus major natu, NB. quod erat animo acerrimus, & corpore robuſtiſsimus, militarique prorſus virtute aptiſsimus* (ergo non jure hæreditario) *præter parentum glorias & divitias, COMITATUM, ſeu Præfecturam adeptus eſt; Scilicet ut ingruente bellicoſi diſcriminis articulo, Colonienſis Archi-Epiſcopi Legionis ſignifer, id eſt, Primipilarius eſſet. Hinc filiam Ottonis de Sudveno nomine Mathildem in Conjugem accipiens, duos æquè per omnia ſibi ſimillimos ex ea generavit filios, Henricum videlicet & Cunonem; Quorum alter SUAM POST MORTEM ejus COMITATUM, alter verò Bavariæ meruit DUCATUM.* Ubi Ducatus & Comitatus non jure ſanguinis devoluti, ſed ambo virtute ſunt promeriti, & Comitatus inprimis Ludolphi poſt mortem ejus in filium Henricum demum translatus dicitur: Ante obitum ergò patris, Henricus non Comitis, utpote quo officio tum nondum erat decoratus, ſed nudi ſaltem Baronis vel Nobilis nomine venerit, neceſſe eſt; Ut taceam fratres Ludolphi ad nulla planè officia publica evectos hîc legi, adeoque de his idem dicendum. Præter hæc etiam exempla Burchardi I. Sueviæ Ducis, apud ECK-

Nobilium, quibus publica officia non erant commiſſa, dicebantur Barones, etiam Ducũ & Comitum filii.

Omnes ex ipſis Duces

& Comites delecti. *ECKHARD. JUN. de caſib. Monaſt. S. Gall. cap.* 1. *pag.* 18. Hermanni Billingi, apud *WITTICHIND. lib.* 2. *Annal. pag. m.* 17. Eckhardi Marchionis Miſniæ, apud *DITMAR. lib.* 4. *pag.* 356. aliorumque, abundanter evincunt, Duces, Comites, cæterosque Officiales, ſub Imperatoribus adhuc Saxonicis, pariter ac Carolingorum ævo ex ſolis hiſce familiis Nobilibus, eorumque ordine fuiſſe delectos; Quippe qui, licet nullis eſſent officiis perfuncti, magnarum tamen terrarum, quas hæreditario jure poſſidebant, erant domini, ac grave omninò pondus in negotiis Imperii publicis nunquam non habuerunt. Utrumque iterum egregiè confirmant verba, quæ de origine atque Patre Meinwerci Epiſcopi Paderbornenſis retulit *AUTOR vit. Meinvverc.* §. 4. *apud Leibnitium pag.* 518. *Ad hujus inferioris Germaniæ Septentrionalem tractum Trajectenſis diœceſis eſt terminus, locus navium & vectigalium commeatibus quæſtuoſus; MAGNORUM & NOBILIUM VIRORUM gloria, quam in defenſione gentis ſuæ & patriæ magnanimiter adepti ſunt, inſignis & famoſus. De quorum NOBILI PROSAPIA ortus eſt Immed. in eadem provincia: Qui virtutis & probitatis majorum ſuorum factus hæres legitimus & ſtrenuus, COMITATUM ſuo tempore in ejusdem provinciæ adminiſtravit partibus. Qui tantæ NOBILITATIS lineam propagari n'minisque ſui memoriam & poſteritatis gloriam cupiens NOBILITARI, cum multiplici divitiarum apparatu, ac poſſeſſionum prædiorumque reditu, NOBILEM duxit UXOREM de terra Saxoniæ, Athelam nomine.* Hic ergò & applicanda iterum eſt doctrina *HERTII* è Clariſſ. *Dn. GUNDLINGIO* ſupra §. 8. *in fin.* jam laudata, & admitti quodammodo poteſt ſententia *FURSTENERII de Supremat. Princ. German. cap.* 18. ubi potentiſſimos Principes ex hujusmodi Dynaſtis ad tantum potentiæ culmen aſcendiſſe ſtatuit, additque *pag. m.* 82. *Ego ex Hiſtoriarum monumentis perſuaſiſſimum habeo, Germaniam jam Carolovingiorum temporibus, imo & pauſo ante, planè ut hodiè, plenam fuiſſe Principatibus & Dynaſtiis, & Familiis Illuſtribus, quarum plurimæ etiam nunc perennant, quæ terras ſuas hæreditario jure poſſidebant, nec multum ab hodiernis diſtabant, niſi quod ob crebros motus ac perpetua bella, crebriores eſſent commutationes quam nunc fit.* Unde quemadmodum Duces atque Comites Regem vel Imperatorem eligebant, ſuffragiaque ſua de ſalute Imperii, aliisve negotiis ad Comitia pertinentibus, ferebant; Ita & Dynaſtæ, ſive Barones. Exemplum nobis ſuppeditant Comitia illa ſub Henrico Sancto anno 1017. habita, de quibus

Barones ſive Nobiles magnarum terrarum erant Domini.

Habebant jus ſuffragii in Comitiis.

Digitized by Google

quibus *AUTOR vit. Meinvverc.* §. 42. *apud Leibn. pag.* 543. *Anno*, inquit, *prædicto factus eſt celebris conventus PRINCIPUM in loco qui dicitur Liezgo præſente Imperatore Heinrico cum Archi-Epiſcopis Erchanbaldo Magontienſe, Poppone Trevirenſe, Gerone Magethebur-genſe, Unvvano Bremenſe; Epiſcopis quoque Arnoldo Halverſtadenſe; Eppone Bavenbergenſe, Thiederico Metenſe, Heinrico Wirciburgenſe, Thiederico Mimigardevordenſe, Heinrico Parmenſe, Thiederico Mindenſe, Thiemmone Merſeburgenſe, Henrico Havelbergenſe, Meinvverco Paterbrunnenſe; Laicis etiam Bernardo Duce, Sigifrido atque Ezicone COMITIBUS cum ALIIS MULTIS NOBILIBUS* (non hodiernis, quibus titulus iſte id temporis nondum competebat) *ad honorem & dignitatem Imperii plura neceſſaria diſponentibus.* Alia argumenta ſententiam noſtram confirmantia videſis apud *Dn. GUNDLING. Henr. Aucup.* §.14. *lit.h. pag.* 75. ubi optimè concludit: *Valebant tunc Epiſcoporum, Abbatum, aliorumque Illuſtrium Satraparum, perinde ut Ducum Suffragia.* Inſignis hæc erat prærogativa ſoli NOBILIUM ordini, Ducibus ſc. Epiſcopis, Marchionibus, Comitibus & Dynaſtis ſive Baronibus, competens; quippe ad talia Conventuum Imperii negotia neque ordo MILITARIS, neque PLEBEJUS admittebatur: Et quanquam nonnulli ex noviſſimis etiam Juris Publici Dd. ſint, adſtruentes, omnes etiam Mediatos hoc adhuc Saxonum ævo in Comitiis ad ferenda ſuffragia comparuiſſe, ad eorum tamen argumenta infra *Sect. II.* prolixiùs reſpondebimus, atque oſtendemus, quo ſenſu vocabulum POPULI, cujus circa hæc tempora ſæpiſſimè in Comitiis fit mentio, ſit accipiendum. Porrò ſicut Duces atque Comites ſolum Imperatorem agnoſcebant Judicem; ita & Dynaſtarum ſive Baronum cauſæ tam civiles, quam criminales, ſub hoc etiam Saxonum Imperio, inter cauſas majores fuêre relatæ, ſolique Imperatorum judicio reſervatæ, aut coram his & Statibus Imperii dijudicatæ; adeò ut etiam in cauſis, bona ipſorum vel hæreditates ſaltem concernentibus, multa interdum concilia fuerint habita. De Bernone id teſtatur *AUTOR vit. Meinvverc.* §. 72. *apud Leibn. pag.* 551. ajens; *Quidam propinquorum Dodiconis Comitis BERN NOMINE, traditionem, quam idem Comes & frater ejus Comes Sigebodo, in bonis hæreditariis, ad Paterbrunnenſem Eccleſiam hortatu & rogatu venerabilis Meinvverci ipſius Eccleſiæ Epiſcopi fecerant, infirmare judicio ſeculari attentavit, & MULTIS CONCILIIS HABITIS, ad ultimum in Natali S. Damaſi Papæ*

Cauſæ ipſorum reputata pro cauſis majoribus, & coram ſolo Imperatore & Statibus dijudicata.

in Ermenneſvverethe IN PRÆSENTIA HENRICI IMPERATORIS, *Aribonis Moguntini Archi-Epiſcopi, & Epiſcoporum Wizelini Strazeburgenſis, Adalbaldi Trajectenſis, Udonis, Herimanni Comitum, & aliorum multorum, omni querela poſtpoſita, plena in reconciliatione pacatus, ceſſavit.* Et ne quis objiciat, Bernonem hunc fuiſſe actorem, adeoque rei forum debuiſſe ſequi, rationes quoque, quare Dynaſtæ ſive Barones ſolum Imperatoris & Statuum judicium agnoverint, ſunt adjiciendæ, quarum altera ex ævo Carolinorum, altera à libertate & poteſtate ipſorum petenda videtur. Scilicet ſub Carolingis multis jamjam Capitularium teſtimoniis probavimus, Barones id temporis jurisdictioni Comitum cæterorumque Officialium ordinariorum non fuiſſe ſubjectos, ſed judicium in ipſos ſolis Imperatoribus vel Regibus reſervatum, unde mutationem hac in re ſub Impp. Saxonicis contigiſſe, tamdiu non præſumitur, quamdiu contrarium melioribus argumentis non probatur: Deinde etiam ex hactenus traditis conſtat, Ducum atque Comitum officia hoc tempore nondum hæreditaria, ſed omnes, ſi extra officia ſua conſiderentur, fuiſſe Barones, unde iterùm non facilè præſumendum, cæteros Barones, qui ita origine tenus non erant conditionis deterioris, ſed quotidiè Ducibus Comitibusve affinitate jungebantur, ſe Dominatui ipſorum ſtatim ſubjeciſſe; quin potius majore quadam libertate in Allodiis ſuis gaviſi videntur, ac præterea à Viris eruditis jam diu obſervatum eſt, Barones æquè ac Duces & Comites bannum cæteraque regalia ab Imperatoribus accepiſſe, eaque cum iis VEXILLI ſymbolo fuiſſe communicata, vid. *Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill.* §. 23. Quæ Baronum poteſtas circumſcripta quidem erat proprii territorii finibus, in eoque diſtincta à poteſtate Ducum & Comitum, cum Comes & Dux, extra Allodia ſua in diſtrictu etiam ab Imperatoribus ſibi commiſſo, auctoritatis & ſupremi Judicii haberent exercitium; Interim tamen utraque conferenda erat ab Imperatore, utraque iterum auferenda ab ipſo, qua de re ſub Impp. ſeqq. plura adferentur argumenta. Ne autem Barones per ſymbolum illud VEXILLARE Regalibus majoribus & banno ita inveſtiti, beneficia iſta haberent ſine cauſa; Hinc ſi belli tempeſtas oriebatur, ipſi vel à Rege ſubmoniti, vel neceſſitate coacti, gladium accingebant, & velut terrarum Domini, ſub ſuo vexillo Vaſallos & Milites in prælium educentes, Imperii hoſtem à Patriæ finibus depellebant. Quod aſſertum, ne quis

Barones erant Vexillarii,

& Milites ſub Vexillis ſuis in prælium educebant;

quis in dubium vocet, inſigni comprobamus exemplo LUITFRIDI, cruentum illud cum Hungaris prælium circa ann. 917. ineuntis, de quo *ECKHARDUS JUNIOR. de Caſib. Mon. S. Gall. Cap. 5. apud Goldaſt. tom. 1. Part. 1. rer. Alemann. pag. 34.* ita: *Dum hæc ſataguntur, navibus Ungri de Schvvartzvvalde multis paratis in Alſatiam ipſi priores ſuas Legiones transponunt, & à LUITFRIDO QUODAM TERRÆ ILLIUS POTENTISSIMO Bello ſuſcepti plurimo damno ſui tandem cruentam Victoriam ſunt adepti.* Hunc Luitfridum filium fuiſſe Comitis Luitfridi, indubium redditur chartâ, quam adfert *Illuſtr. Dn. OBRECHT. in Prodr. rer. Alſat. Cap. 12. pag. 267.* Nùm verò & ipſe hâc Patris dignitate fuerit gaviſus, neque Eckhardi loco, neque hâc chartâ, quippe in utriſque nudi ſaltem nominis, non officii cujusdam, mentio fit, evincitur; Unde egregia ad dictam chartam eſt obſervatio *Dn. OBRECHT. cit. pag.* dicentis: *Comitum verò appellationem agnomenque inde tractum, difficulter confeceris.* Quod ſi autem Barones ſive Dynaſtæ, ſub Impp. Saxonicis ejusdem adhuc erant cum Ducibus Comitibusve natalium dignitatis, magnarumque terrarum Domini: Si jus habebant ſuffragii ferendi in Comitiis, ſolum Imperatoris & Statuum Judicium agnoſcebant, & majoribus erant Regalibus condecorati; Nullum ſupereſſe dubium arbitror, quin & ipſi hoc tempore per omnes adhuc Provincias fuerint Immediati. *Adeoque fuerunt Immediati.*

§. XV. Planè autem alia fuit ratio ordinis MILITARIS ſive EQUESTRIS, à Baronibus hisce quam maximè diſtincti, quippe eandem, quam ſub Carolingis notavimus, & Status & Dignitatis differentiam, hoc adhuc Saxonum ævo obſervare licet; quamvis tam crebra non amplius mentio fiat LIBERORUM HOMINUM, ſed hi potius ſub nominibus MILITUM, vel etiam SATELLITUM à Scriptoribus hujus ævi plerumque referantur, de quibus inter alios vid. *REGINON. ad ann. 905.* & *DITMAR. lib. 7. apud Leibn. pag. 402.* ubi de ſe ipſo ita: *Hoc ego comperiens, Thiedrico nepoti meo abeundi licentiam petii, & corpus amici per SATELLITES MEOS de Miminlevo, ubi tunc Abbatia fuerat, reduxi.* Hujus autem Ordinis Militaris non una eademque fuit ſub Imperio Saxonum conditio; Alii namque JUS CURIÆ ſequebantur, Miniſteriisve Palatinis & Aulicis ſeſe dicabant: Alii JURE BENEFICIALI vivebant, iique iterum vel in AGRIS, vel in URBIBUS: quare de ſingulis ſeorſim agendum.

Ab iis diſtinctus erat Ordo Liberorum Hominum, Qui hoc ævo plerumque dicebantur Milites vel Satellites,

Et erant diverſa conditionis;

Digitized by Google

Alii enim in Agris habitabant, & dicebantur MILITES AGRARII;

Non tamen cum plebejis comparandi,

dum. Milites in Agris habitantes *WITTECHINDUS lib.* 1. *Annal. pag.* 13. *Edit. Reinecc.* vocat MILITES AGRARIOS quoniam ob raras id temporis urbes, raraque oppida, Liberi Homines & Milites extra muros in agris atque pagis domicilia ſua habebant, ibique & prædiis avitis, & beneficiis ab aliis acquiſitis fruebantur, unde ſeſe ſuamque familiam alere, & militari poſſent munere perſungi. Ineptiunt proinde, qui milites hosce agrarios cum ruſticis vel aliis plebejæ conditionis hominibus comparare, horumque ordini adſcribere non dubitarunt, quos haud immeritò perſtringit *Dn. GUNDLING. Henr. Auc.* §. 20. *lit. S.* ajens: *Multi qui mercenariæ Militiæ hodie ſunt adſueti, priſcos hos mores nec animo queunt concipere, nec mente ſatis comprehendere. Et enim novi, qui illius ætatis Nobiles ruſticis noſtris æquiparent, errore ſi non prorſus pudendo, tamen inſigni. Magna namque inter ingenuum & ruſticum differentia eſt. Hic ſervilis conditionis fuerat; Ille liber homo: Hic Glebæ adſcriptus & verum mancipium; Ille mancipii ac glebæ Dominus: Adeoque nulla re ſibi ſimiles, quam quod habitarent una, oriſque humani effigiem gererent.* Ad Plebejos enim nomen pariter atque officium Militis tum non extendebatur, neque hominibus ordine militari inferioribus ſcuta & arma geſtare regulariter erat permiſſum; quo pertinet locus *ECKHARDI JUN. de Caſib. Monaſt. S. Gall. apud Goldaſt. tom.* 1. *rer. Alem. pag.* 29. ubi in Vita Abbatis Hartmanni, qui ſub Conrado I. vixit, hac de re talem movet querelam: *Nunc Villici majores locorum, de quibus ſcriptum eſt, quia ſervi non timent tument, SCUTA ET ARMA POLITA GESTARE inceperant.* Quibus verbis *GOLDAST. pag.* 115. hanc adjicit Gloſſam: *Quod vetitum Ruſticis & ignobilibus etiam Lege quondam Alemannica, ut ex hoc loco condiſcimus.* Unde etiam de Henrico Aucupe ceu ſingulare quid annotavit *WITTECHINDUS lib.* 2. *Annal. pag. m.* 17. *Mittitur autem ei Eſic cum LEGIONE MESABURIORUM & valida manu Haſſiganorum, additurque ei exercitus Thuringorum. Erat namque illa legio collecta ex latronibus. Rex quippe Henricus cum eſſet ſatis ſeverus extraneis in omnibus cauſis, erat clemens civibus, unde quemcunque videbat furum aut latronum, manu fortem, & bellis aptum, à debita pœna ei parcebat, collocans in ſuburbano Meſaburiorum, & datis agris atque armis, juſſit civibus quidem parcere, in Barbaros autem in quantum auderent, latrocinia exercerent.* Ex quo loco ſimul liquet, homines ejusmodi plebejos, licet interdum ad militiam admitterentur,

rentur, domiciliis tamen & ſeparata quadam legione, aliisve modis, notanter fuiſſe diſtinctos ab agrariis, de quibus hîc agimus, Militibus, utpote qui cum illis ſub una eademque legione militare dedecori ſibi duxiſſe videntur; Erant enim ex alio planè ordine, Liberorum ſc. Hominum, ex quibus maximum hoc tempore militiæ robur conſtabat, quique eam ob cauſam MILITES etiam GREGARII, SIMPLICES, vel UNIUS SCUTI, vocantur, quoniam in Expeditiones bellicas euntes alios Vaſallos Milites non habebant, ſed ipſi Loricis, Equis, Clypeis, ſuetoque armorum genere inſtructi ad edictum præſtò eſſe debebant, vid. *CAROL. du FRESNE Gloſſar. tom. 2. pag. 543, & 544. Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill.* §. 24. Ad ſuſtinenda ergo hæc ſervitia militaria, loco ſalarii ſtipendiive prædia plerumque in beneficium diſtribuebantur Militibus hisce Agrariis; Miles enim Stipendiarius, quem hodiè ex infimæ etiam ſortis hominibus habemus, tum ignorabatur, rarior erat apud veteres Germanos pecuniæ uſus, magisque abundabant prædiis bonisque immobilibus, hæc ergò quæ in promptu erant, militibus ſuis in compenſationem ſervitiorum militarium dabant, adeò ut ne bonis quidem eccleſiaſticis parcerent, ſed ea largâ interdum manu militibus diſtribuerent. confer. *CAROLUS du FRESNE Gloſſar. tom. 1. pag. 532. voc. Beneficium.* Quæ prædia Militibus ita in beneficium conceſſa, non ampliùs pro lubitu, ut prioribus ævis, à Dominis ſine cauſa auferri poterant, non amplius morte Vaſalli beneficia iſthæc militaria regulariter expirabant, ſed jure beneficiali nunc etiam in filios transferebantur; Id quod *AUTOR VETUS de Beneficiis* (quem hoc Saxonum ævo vixiſſe, libellumque ſuum de beneficiis militaribus ſcripſiſſe, argumentis haud contemnendis probavit *Dn. THOMAS. in Sel. tit. feudal. Diſſert. de Auctor. lib. vet. de Benef.* §. 36.) §. 24. *pag.* 105. hisce adſtruit verbis: *Pater hereditat in filium poſſeſſionem, ſicut & beneficium.* Ita tamen, ut ſi ex filiis defuncti Vaſalli unus Domino non præſentaretur, huic facultas eſſet relicta, uni ex ipſis, cui vellet, beneficium conferendi, teſte Eodem *AUTOR. VETER. de Benefic.* §. 76. *pag.* 121. *Cum homo mortuus fuerit infra terminum filiorum, in arbitrio ſit eorum, quis inbeneficietur à Domino. Unanimiter vero ſi unum non transmiſerunt ad Dominum, Dominus inbeneficiet, quem illorum velit, qui beneficium intra ſuum terminum ſecundum jus petierit,*

Sed erant ex Ordine Liberorum Hominum;

Quibus loco Stipendii prædia plerumque diſtribuebantur,

Ita ut hæc etiam in filios transferrent,

Ac nemo plebejæ conditionis ad ea admitteretur.

Confer. eruditas adnotationes *Dn. THOMASII in Select. feudal. cit. Diſſert. à §. 16. ad 36.* Ad hæc autem beneficia militaria nemo ruſticus vel plebejæ conditionis homo admittebatur, nemo ipſorum erat capax, niſi qui ad minimum ex homine militari, id eſt, ordine liberorum hominum, natales ſuos derivare poterat. Diſertè hoc iterum adſtruit *AUTOR VETUS de Benefic.* §. 4. *pag.* 99. *Clerici & Mulieres, Ruſtici & Mercatores, & jure carentes, & in fornicatione nati, & OMNES QUI NON SUNT EX HOMINE MILITARI, ex parte Patris eorum & Avi, jure carent beneficiali.*

Alii migrârunt in Urbes & vocabantur PATRICII.

Ex hisce Militibus Agrariis aliì iterùm migrârunt in urbes, & ſub hoc Saxonum Imperio habitacula ſua intra mœnia exſtruxêre, cujus mutationis origo rectè prudenti Henrici Aucupis conſilio adſcribitur; Hic enim multis præſertim in Saxonia contra Barbaros exſtructis urbibus non ſolum effecit, ut magna Mercatorum, Opificum, Cauponum, aliorumque ex ordine libertorum multitudo ibi confluеret, perpetuasque fortunarum ſuarum ſedes intra mœnia ſtatueret, ſed & nonum quemque ex Militibus agrariis in urbes tranſtulit, qui foro, qui publicæ rei, qui tuitioni civitatis, qui ordini inter cives proſpicerent. Hos ſequior ætas PATRICIOS appellavit, quod tanquam gentes Civium Romanorum Patriciæ à Sellulariis, ac ultima plebis familia initio ſe diſpararent, ac genere disjuncti præcipuam in urbibus claſſem efficerent, vid. *Dn. GUNDLING. Henr. Aucup.* §. 20. *lit. u.* Locum WITTICHINDI, qui hanc in rem plerumque allegatur, ſupra §. 9. jam inſeruimus, ex quo ſimul apparet, Patricios & Milites agrarios unum eundemque habuiſſe ortum, omnes fuiſſe ex Ingenuorum ſive Liberorum Hominum claſſe, ejusdemque natalium dignitatis; Unde non mirandum, quod etiam Patricii æquè ac cæteri Milites in ludis illis ſolennibus, quos TORNEAMENTA vocabant, olim comparuerint.

Qui tamen ævis poſterioribus deſpicatui ſunt habiti, à cæteris ex ordine I queſiti.

Aſt cum Patricii poſtea bellicas artes peroſi, vel otio vel mercaturæ operam darent, priſtinaque origine oblivioni ferè traditâ, plebejorum etiam connubiis commacularentur: Cum, inquam, in ordinem Senatorum urbicorum etiam plebeji recepti, & ita homines libertorum ordine oriundi Patriciis paſſim immixti viderentur; Hinc factum, ut hi Milites urbici ab agrariis haberentur deſpicatui, vid. *Dn. GUNDLING. cit. §.* 20. confer. *Dn. THOMAS. Diſſert. de Hom. propr. & Liber. Germ.* §. 93. Factum etiam inde, ut Milites Bavariæ, Franciæ, Sueviæ, & qui ad Rhenum habitabant,

Digitized by Google

bant, anno 1481. Heydelbergæ conſtituerent, ſe Militares iſtos Cives, nî juri civitatis renunciarent, ad torneamenta amplius non admiſſuros, vid. *Dn. de PLOENNIES Diſſert. de Miniſterial. Theſ.* 24. confer. *Dn. BOECLER in Vindic. Jur. Civit. Argent. contra Nobilit. infer. Alſat. Sect. IV. Cap. I.* Ubi autem talis macula non fuit deprehenſa, ubi cives hi militares familias ſuas cónnubiis hisce imparibus non contaminarunt: Ibi neque contemtum illud atque exoſum Patriciorum nomen fuit auditum, neque hodienum diſparis intuitu cæterorum Nobilium rure habitantium ſunt conditionis. Inſigne exhibet documentum celeberrima hæc ARGENTINA noſtra, ubi quidem ab antiquis etiam temporibus Nobiles Urbici Reipublicæ gubernacula tractarunt, hodieque Regiminis adhuc ſunt participes, nulli tamen Nobili rure habitanti primas facilè ſunt conceſſuri, quin potiùs & ſtemmatum antiquitate, & rerum præclare geſtarum gloriâ Nobilitatis inferioris Alſatiæ corpori haud parùm attulêre ſplendoris; Id quod præter ea, quæ *Dn. BOECLER in allegat. Vind. d. Sect. IV. Cap.* 1. obſervavit, acta etiam atque Diplomata ſimul à *B. SCHILTERO Obſervat. ad Chron. Kœnigshovii*, ſimul etiam à *Clariſſ. Dn. WENCKERO ſcriptis ſuis utiliſſimis* paſſim inſerta, liquido evincunt. Ex urbibus proficiſcimur in Aulas, hominum quoque ex ordine militari, qui JUS CURIÆ ſequebantur, ibidem inſpecturi conditionem. Diverſa enim fuiſſe *jure beneficiali*, & *jure curiali* vivere, docet *AUTOR VETUS de Benefic.* §. 130. *pag.* 139. ajens: *Quicquid homo non ſuſcipit per hominium, non judicetur eſſe beneficium; Sicut cum bona concedit Dominus ſuis MINISTERIALIBUS non per HOMINIUM, ſed ſecundum JUS CURIÆ.* Quo loco ſimul docemur, milites in aulis ſervientes vocari MINISTERIALES, eosque è Claſſe Militum ſive Liberorum Hominum (nam de horum beneficiis tantùm agit laudatus *Autor Vetus de Beneficiis*) fuiſſe deſumtos, unde heic repetenda, quæ de diſtinctione Miniſterialium, & inprimis de Miniſterialibus ex ordine Liberorum Hominum, ſub Impp. Carolinis fuſius jam adduximus. Conditio autem horum Miniſterialium adeò erat diverſa, ut ferè nihil ſpeciale de ipſis doceri queat; Alii quippe Miniſteria habebant adſtrictiora, liberiora alii, & nullus fermè erat Dux, Comes, vel Baro, nullus Epiſcopus, Abbas vel Abbatiſſa, quorum Miniſteriales non habuerint jus quoddam ſingulare. Haud obſcurè id innuit *AUTOR VETUS de Beneficiis*

Alii erant in Aulis, & dicebantur MINISTERIALES.

Quorum Conditio, utut maximè fuerit diverſa,

ficiis §. 131. *pag.* 139. *Ordinem juris iſtius ſcilicet curialis, propter diverſitatem ejus non deſcribam, ſub quolibet enim Epiſcopo, & Abbate & Abbatiſſa, Miniſteriales jus habent ſingulare.* Eandemque diverſitatem de poſterioribus adhuc ævis teſtantur *JUS FEUDAL. ALEM. Cap.* 113. Die Biſchöffe und die Epte und die Eptißen die ſeeznt ouch in iren Höffen Ambacht Lut, und ander Fürſten, von dirre manigvaltigen Gewonheit und Rechte mögent wir nüt geſehen; Et *JUS FEUDAL. SAXON. Cap.* 63. Durch d.e manickvalde zweiunge ires rechtes ſo en ſprech ich von irme rechte nicht vorbaz. Wenn unter ſeclichen Biſchoffe und Abte und Abtiſchen ſegen in die Dineſtmanne ſunderliche recht an. Unde & nos circa generalia ſaltem ſubſiſtemus, quæ vel in omnibus, vel ſaltem in plериsque obſervantur curiis. Ita enim nullus admittebatur ad huiusmodi Miniſteria aulica vel palatina, niſi fuerit ex ordine Equeſtri; Teſte iterùm *AUTOR. VETER. de Beneficiis cit.* §. 130. *pag.* 139. *Hec conceſſio caret beneficiali jure, ſed eſt conceſſio officialis, quivis etiam Miniſterialis NATIONE erit ex juſtitia Dapifer, aut Secretarius* (rectius Pincerna) *aut Camerarius, aut Marſchalcus.* Cui illuſtrationis ergò adjungemus ex ævo Franconicorum verba diplomatis Henrici IV. Imp. apud *HUND. Metrop. Salisburg. tom.* 3. *pag.* 181. *Edit. nov. Offeruntur VIRI MILITARES, qui dicuntur MINISTERIALES, cum prædiis & poſſeſſionibus ſuis.* confer. *JUS FEUDAL. ALEM. Cap.* 113. Noch Hoſe Rechte ſol ein jeglich Dienſtmann geboren ſin Ein Truchſeß, Ein Kamer, Marſchalgk und ein Schengke. Quem in locum egregia eſt obſervatio *B. SCHILTERI in Comment. ad cit. Cap.* 113. *Jur. feud. Alem.* §. 2. *Non poteſt hæc dignitas plebejis conferri, ne quidem ſi nobilitati fuerint, ſed debent eſſe nati Nobiles. Quod ut eò magis obſervaretur, factum & conſtitutum poſtea fuit, ut hæreditaria fierent hæc officia & feuda,* Erbämter. Ex quo haud ineptè forſitan deduxeris rationem, quare officiales iſti Palatini ſive miniſteriales arctiori poſtea vinculo fuerint adſtricti, quam Milites jure ſaltem beneficiali fruentes.

Nullus tamen admittebatur, niſi fuerit ex ordine Equeſtri.

Officia, ad quæ hujusmodi Miniſteriales adſtringebantur, erant varia, eaque peragebant vel in aula, vel etiam cum domino ſuo in bellum proficiſcebantur: Quod poſterius probare mihi videtur locus *AUTOR. vit. Meinvver. Ep. Pad.* §. 42. *ap. Leibn. pag.* 543. *Ibidem ab Hæredibus Ekkihardi Comitis de Abbatia Helmvvardeshuſun querela habita, & diu multumque inter Principes ventilata, tandem Regno eſt adjudicata. Et quia nec in facultatibus, nec MINISTE-*

Officia, quibus fungebantur, erant diverſa,

NISTERIALIBUS REGNO SERVITIO ESSE POTUIT, interventu & Conſultu Epiſcoporum & Principum prædictorum, Epiſcopo Meinvverco - - - - regenda & poſſidenda eſt collata. Imò interdum & ipſi integrum diſtrictum adminiſtrandum accipiebant, ut de ipſius proventibus redderent rationes: Memorabile exemplum de Comitatu quodam, quem Epiſcopus Meinwercus ab Imperatore Henrico Sancto donatum acceperat, annotavit Idem *AUTOR vita Meinvverc. §.71. ap. Leibn. pag. 550. Comitatum in Immedishuſon - - - obtinuit - - - eâ ratione, ut nec ipſe Meinvvercus Epiſcopus, nec aliquis ſucceſſorum ſuorum ullam poteſtatem haberet alicui SUO MILITI vel extraneo eundem Comitatum in Beneficium dandi, ſed MINISTERIALIS IPSIUS ECCLESIÆ, qui pro tempore fuerit, præſit prædicto Comitatui, ac de ejus utilitatibus provideat, ad reſtaurationem conſtructionis ipſius Eccleſiæ, ut inde muri releventur, tecta reparentur, & quicquid opportunum fuerit ad corporalem formam ipſius Domus Domini, ibi inde adminiſtretur.* Numerus autem horum Miniſteriorum in qualibet aula admodum erat diverſus, neque quatuor illis, quorum Autor Vetus de beneficiis, jura item feudalia Alemannicum & Saxonicum meminēre, ſemper incluſus. Ex Capitularibus enim Regum Francorum ſupra jam obſervavimus, plura adhuc alia fuiſſe officia, quibus Miniſteriales iſti fungebantur: Idem etiam poſt tempora Carolingica adhuc obſervatur. De Miniſterialibus certè Bambergenſibus teſtatur charta antiqua apud *AUTOR. ACTOR. LINDAV. lit. Wvv. pag. 595. Beneficium habentes à Domino ſuo non conſtringantur, niſi ad QUINQUE MINISTERIA, hoc eſt, ut aut DAPIFERI ſint, aut PINCERNÆ, aut CUBICULARII, aut MARSCHALCI, aut VENATORES.* Et quemadmodum Carolinorum temporibus ad officia iſthæc exercenda Miniſterialibus Prædia concedebantur, iique ad certum Comitatum vel terræ tractum erant adſtricti, ſive ut laudatus *AUTOR ACTOR. LINDAV. pag. 594.* ait: Zu einer gewiſſen Graff-Herrſchafft oder Burg vereigt, gewidmet, und hafftbar gemacht worden; Ita idem etiam Saxonum ævo obtinuiſſe, comprobat charta Ottonis III. Imp. Anno 999. apud *CAR. du FRESNE Gloſſar. voce Miniſteriales tom. 2. pag. 557. Inſuper ſibi donavimus quicquid Popo filius Waldgeri habuit in MINISTERIUM in hoc Comitatu.* Quo tandem factum, ut Miniſteriales etiam cum hisce terris venditi, permutati, vel aliis modis in alios translati fuerint, & ita

Eaque ad certum terræ tractum adſtricta.

conditio ipſorum magis atque magis adſtrictior reddita. Quod ne temerè & ſine teſtimoniis veterum Scriptorum alleramus, provocamus ad *CHRONICON STEDERBURG. apud Leibnitium tom.* 1. *rer. Brunſuic. pag.* 850. ubi de Frederunda Altmanni Comitis filia, anno 1007. ſub Henrico Sancto Cœnobium Stederburgenſe fundante, ita: *Omnes quoque, quos jure hæreditatis poſſederat, LITONES FEODALES, Officiales noſtro Domino ſubjugavit, & quod ad hujus mundi gloriam pertinet ſecundum ritum Principum DAPIFERIS, PINCERNIS, MARSCHALCIS, MILITIBUS, MINISTERIALIBUS, noſtram Eccleſiam glorioſiſſimè decoravit.* Confer egregium locum *AUTORIS Vita Meinvverc.* §. 20. *apud Leibn. pag.* 531. Perſpectâ ita ordinis Militaris conditione diversâ, ſupereſt, ut demonſtremus, omnes adhuc ex eodem ordine ſub Impp. Saxonicis fuiſſe mediatos. Et quidem ad MINISTERIALES quod attinet, ut de ſubjectione ipſorum multa hîc adferamus exempla, neceſſe non erit. Quod ſi enim hi adſtrictioris quodammodo præ cæteris Militibus fuêre conditionis, ſi à Ducibus, Epiſcopis, Comitibus cæterisve è claſſe Nobilium, cum ipſis prædiis permutari, Eccleſiis offerri, vel alio modo in alterius poteſtatem transferri poterant, nihil etiam erit, credo, quod de ipſorum Medietate dubitemus. Idem ferè de MILITIBUS URBICIS, quos poſterior ætas PATRICIOS appellavit, dicendum videtur. Ab initio quidem pleraſque Civitates in Regum arbitrio ac poteſtate fuiſſe, manifeſtum eſt; Ad hos Fiſci jura pertinebant, hi judices dabant, hi Præfectis ſuis merum mixtumque Imperium in iis concedebant, horum nomine jus Gladii exercebant Comites, qui cives jurisdictioni ac poteſtati ſuæ adeò habebant ſubjectos, ut ſi Imperatores Civitates Epiſcopis aliisve concedere vellent, illæ prius à poteſtate Ducum Comitumve judiciaria diſertè eſſent eximendæ, vide Diplomata, quæ produxit *CONRING. de Urbib. Germ.* §. 111. *ſeqq.* Benefica verò Imperatorum inprimis Saxonicorum voluntas poſtea effecit, ut integræ interdum Civitates in Epiſcoporum imò & Abbatum Cœnobiorumque poteſtatem pervenirent, utut in donandis hujusmodi Urbibus non unam eandemque rationem ſemper fuiſſe obſervatam, ſed alibi jurisdictionem & omnia Fiſci jura, alibi ſolam illam, alibi partem etiam horum Epiſcopis ceſſiſſe, doceat *CONRING. cit. loc.* §. 110. Atque hæc Status Urbici mutatio Civibus, ſub Ducum Comitumve

Omnes autem ex Ordine Militari adhuc fuerunt Mediati: quod probatur de MINISTERIALIBUS.

De MILITIBUS URBICIS, In Civitatibus Imperialibus,

Epiſcopalibus.

Digitized by Google

tumve poteſtate duriùs juſtò interdum habitis, usque eo nonnunquam arriſit, ut cùm Epiſcopis ſubjicerentur, libertati ſe reſtitutos exiſtimaverint, de qua libertate ita cecinit *DITMARUS lib. 5. in fin. apud Leibnitium pag. 375. & 376.*

Urbs Vormacenſis gaudet temporibus iſtis
LIBERTATE SUA, cujus manebat in Umbra
Hactenus, atque DUCUM fuerat SUB LEGE SUORUM.
Burckard Antiſtes lætatur & inter heriles
Ex animo Proceres, quod non timet amplius hoſtes
Nunc ex contiguo, longe ſemotus ab illo.
Aula Ducis, Domini Domus eſt, jam Prædia Chriſti
Et JUDICES VARIOS Clerus nunc deprimit illos.

Epiſcopos imitati ſunt Duces atque Comites, quippe qui videntes Antiſtites ſacros tot ac tam opimas Civitates regali munificentiâ obtinuiſſe, omnem etiam lapidem moverunt, ut ſimili libertate, ac paris ponderis muneribus recrearentur. Præclarè id obſervavit *CONRING. de urbibus German.* §. 118. quando ait: *Ut Epiſcopis & Monaſteriis, ita & Comitibus ac Ducibus, partim pleno Dominii jure, partim in feudum, eadem Regum aut prodigalitate aut negligentiâ, plurimæ urbes cum Fiſci Regii proventibus ceſſerunt. Unde in earum Rempubl. eadem vis illis novis Dominis nata eſt, quæ ante fuerat Cæſaribus: imò nonnunquam per vim major dominandi vis ſuccrevit.* Hinc ortam jam ſub Ottonibus videmus differentiam illam inter Civitates IMPERIALES & PRÆFECTORIAS, quarum illæ dicebantur, quas Imperatores fortè in patrimonio ſuo retinuerant, earumque proventus Imperii Fiſco adnumeraverant, relictâ Præfectis ſuis jurisdictionis adminiſtratione: Hæ verò, quæ Ducibus & Comitibus vel pleno Dominii jure, vel cum Fiſci juribus in beneficium erant concesſæ, vid. chartas apud *CAROL. du FRESNE Gloſſar. voc. Præfectoriæ Civitates. tom. 3. pag. 383.* confer. *Dn. GUNDLING. Henr. Aucup. §. 20. lit. u. pag. 126.* Comitibus quidem hanc in Civitates poteſtatem expreſſis iterùm verbis abjudicat *Dn. LUDEWIG in Diſſert. de diſpar. nexu Civit. Imper. cap. 5. §. 4. Nulla*, inquit, *Civitas Comiti olim paruit* (Ambtſäßig geweſen) *ſed omnes Duci aut, ejus loco, Cæſari abſque intermedio Magiſtratu morem geſſerunt* (alle waren Cantzley- oder Schrifftſäßig) Et §. 13. *Nulla quondam Civitas Comiti paruit: Omnes Duci.* Sed negat id ſine ratione, ſine teſtimoniis veterum Scriptorum, quare nos

Et Præfectorius.

nos eâdem facilitate contrarium affirmare poſſemus: Ne tamen ita & ipſi nihil dixiſſe aut probaſſe videamur, contrariæ noſtræ adſertioni adjungemus Scriptores coævos, quorum vel unus *DITMARUS* hîc ſufficere poterit. Ita enim ille *lib. 6. apud Leibn. pag.* 380. de Henrico Sancto: *COMITATUM SUPER MERSEBURG, & beneficium ad hunc pertinens, Burchardo, & SUPER QUATUOR URBES, juxta Mildam fluvium poſitas, Thiedberno beneficium conceſſit. Idem lib. 4. pag. 348. Hoſtilis Immanitas URBEM COMITIS ECKBERTI, quæ Ala dicitur, poſſedit. IDEM lib. 7. pag. 412. Fridericus COMES - - - - obiit in CIVITATE SUA ILBURG dicta. Hic quia ſapiens erat, & ſibi finem hujus vitæ jam appropinquare cernebat, PRÆDICTAM CIVITATEM fratris ſuimet filio, nomine Thiederico, eâ ratione dedit, ut cum laude ſua, quia hæres ſuimet fuit, & aliter hoc legitimè fieri non potuit, liceret ſibi tribus ſuis filiabus, prædium omne, quod remanſit, tradere.* Ex quibus ſimul liquet, Comites jam tum urbes non ſolum tanquam beneficia, ſed & jure Allodiorum, pariter ac Duces, poſſediſſe; Adeoque ſententiam illam, *quod nulla olim Civitas Comiti paruerit, neque veritati ac Scriptoribus coævis conſentaneam*, neque diſtinctionem inter Amtſäßig & Canzley- ſive Schrifftſäßig ad hæc tempora ſatis aptè eſſe applicatam. MILITES tandem AGRARII Ducibus, Comitibus & Baronibus fuêre ſubjecti, & in Allodiis ſuis & intuitu Feudorum, quæ ab ipſis tenebant. In Allodiis; quoniam Duces, Comites, Barones, cæterique ex claſſe Nobilium, eum præcipuè in finem Feuda tenebant Vexilli, Bannumque ab Imperatoribus conceſſum, ut Duces & Comites & in Allodiis ſuis & in diſtrictu ab Impp. ſibi commiſſo, Barones autem in Allodiis vel Prædiis avitis, jurisdictionem civilem & criminalem, in quoscunque etiam Liberos Homines exercerent. Probavimus hanc judicandi poteſtatem jam ſupra è Capitularibus Regum Francorum, docuimus etiam Capitularia iſthæc ſub Imperio Saxonum in deſuetudinem nondum abiiſſe, ergò tamdiu de ſubjectione ordinis Militaris ſive Liberorum Hominum præſumtio formanda, quamdiu contrarium, atque exemtio ipſorum à jurisdictione ordinaria argumentis teſtimoniisve evidentibus non probatur, aut Diplomatum Scriptorumque coævorum fide evincitur, Milites hoc Saxonum ævo nullibi à Ducibus, Comitibus cæterisque Bannum Regaliaque tenentibus, fuiſſe judicatos, ſed ſoli Imperatoris Statuumque judicio reſervatos. Quanta verò & beneficiorum intuitu

De MILITIBUS AGRARIIS Non ſolum ratione Allodiorum,

Digitized by Google

intuitu Militum fuerit ſubjectio, non ſolum ex iis quæ *AUTOR VETUS de beneficiis tit. de ordine Placitationis*, congeſſit, ſed & è diverſa utriusque ordinis Feudorum natura apparet; Omnes enim ex ordine NOBILIUM, Duces puta, Marchiones, Comites & Barones, Feuda ſive beneficia tenebant Imperialia & (exceptis iis, quæ ab Epiſcopis jam tùm conferri interdum cœperant) Immediata: ORDO autem MILITARIS beneficia vulgaria & mediata; quam etiam differentiam obſervavit *AUTOR VETUS de benef. tit. de ordine Placitationis* §. 53. *pag.* 157. *Decem talenta DOMINO vadiabit HOMO* (quo nomine Milites intelligit) *ſed PRINCEPS de BENEFICIO PRINCIPALI centum talenta vadiabit REGI.* Beneficia itaque ſive Feuda Militum ſaltem erant Feuda Loricæ, adeoque ſub ejus Vexillo, à quo beneficia ſua habebant, in bellum tenebantur proficiſci, ita ut ne ab Imperatore quidem immediatè potuerint ad arma vocari, ſed quisque per Dominum ſuum eſſet exciendus, teſte iterum *AUTOR. VETER. de Benef.* §. 9. *pag.* 101. *Regis juſtum Servitium, à DOMINO SUO SENTENTIALITER PRÆCEPTUM ſex hebdomadis ante diem expeditionis in duorum Hominum ſuorum audientia, ſerviat.* Imò usque eò interdum Vexillis Dominorum ſuorum adhærebant, ut etiam contra ipſum Imperatorem à partibus eorum ſtare, facillimum ipſis ſæpiſſimè eſſet negotium. Elegans ad hoc probandum adeſt locus *LUITHPRANDI lib.* 4. *Cap.* 15. *apud Reuber. Script. rer. Germ. pag.* 137. quem integrum adſcribemus: *Comes quidam*, inquit, *tunc predives cum eo* (Ottone M.) *erat, cujus MULTITUDO MILITUM Regis aciem condecorabat. Hic itaque videns QUAM PLURIMOS ex Regis acie Deſertores ac Transfugas fieri, non interiorem, ſed exteriorem conſiderans hominem, tacitus hæc ſecum volvere cœpit: Quicquid à Rege in hac turbatione conſtituto petiero, ſine dubio impetrabo, præſertim cum & acre nobis Bellum immineat, ac ſe ne deſeram timeat. Nunciis itaque directis Regi ſupplicat, ut Abbatiam quandam Lauresheim dictam, prædiis ditiſſimam, ſibi concedat: cujus poſſeſſionibus, quod ſibi deerat, MILITIBUS SUIS miniſtrare prævaleat.* confer. *URSPERG. in Vit. Otton. M. pag. m.* 157. Sed quid ſi Milites beneficia ſua non ex Allodiis Ducum, Comitum, vel Baronum, ſed è bonis Imperialibus obtinuerant? Nec hoc etiam caſu Feuda ſive beneficia ipſorum Immediata putaverim. Non quidem diffiteor Milites ob præclarè geſta, aliisve de cauſis multa interdum beneficia è

Sed & Beneficiorum intuitu,

Quoniam feuda ipſorum erant Mediata,

Etiamſi è Bonis Imperialibus provenerint.

M Bonis

Bonis Imperialibus obtinuiſſe, beneficia autem iſta Regi immediatè ſubfuiſſe, militumque, qui ea poſſidebant, cauſas feudales in Curia Imperatorum feudali coram cæteris hujus Curiæ Paribus fuiſſe ventilatas, conſtantiſſimè nego; nec ſine ratione. Curia enim Imperatorum feudalis ex ſolis conſtabat Principibus (quo nomine latiori ſignificatu omnes ex ordine Nobilium Homines veniunt) beneficia principalia habentibus, ad quam ordo Militaris non admittebatur, unde etiam cauſas Principum feudales à nemine, niſi Imperatore, Epiſcopis, & Principibus, id eſt, Ducibus, Comitibus & Baronibus, fuiſſe dijudicatas, loca §§. *præced.* adducta abundè evincunt: confer. *SCHILTER. ad Jus feud. Aleman. Cap.* 139. *&* 140. §. 1. *ſeqq.* Deinde etiam ipſe *AUTOR VETUS de beneficiis*, multa quidem de beneficiis Militaribus, ſive ut ea *Tit. de Ord. Placitat.* §. 65. vocat, *Vulgaribus* congeſſit, nullibi tamen de Immedietate horum beneficiorum me apud eum aliquid invenire memini; Quin potius ipſe non uno loco ſatis clarè docuit, beneficia Militum, è bonis etiam Imperialibus ipſis conceſſa, non immediatè Regi, ſed alii cuidam Domino intermedio ſubfuiſſe. Ita enim ille *Tit. de Ordin. Placitat.* §. 4. *pag.* 141. *&* 142. *Homo ſi IMPERIALI BENEFICIO ſit inbeneficiatus à DOMINO, in Beneficiis Imperialibus proſequatur illum Dominus.* Et §. 70. *pag.* 162. *Item Dominus qui proprietatem ſuam conceſſit hominibus liberè, ſi eguerit, reſumere poterit eam: Ex quo CUM ALIIS BONIS IMPERIALIBUS illam reſtituat HOMINIBUS pro modo BENEFICII.* Quod ſi autem omnia Militum beneficia fuêre Mediata, ipſi Ducum, Comitum, cæterorumque Feuda Vexillaria tenentium jurisdictioni ſubjecti, & nullum (quod infra *Sect. II.* prolixè demonſtrabimus) locum inter Status Imperii ſuffragia ſua in Comitiis ferentes obtinuerunt; Nullus itidem aſſerere dubito, quin etiam ipſi hoc Saxonum ævo fuerint Mediati.

Status Comitum ſub Imperatoribus Franconicis.

§. XVI. Perluſtrata Saxonum tempora excipit EPOCHA QUARTA, cui illud includimus tempus, quo Cæſares Franconici cum Lothario Saxone Germanorum Imperio præfuêre, authoritas verò Imperatorum haud parum collabi cœpit. Conradus quidem Salicus & Henricus III. tam ſtrenui adhuc fuêre Majeſtatis Cæſareæ defenſores, ut non facilè potentia Statuum ultra, quam oportebat, excreſcere poſſet: Verùm perditâ Henrici IV. educatione, perverſisque ipſius moribus, quos ne adultus quidem

Digitized by Google

quidem deponere voluit, poſtea factum, ut authoritas Cæſarea non paulatim, ſed torrentis ferè modo præcipitaretur. Huic enim Status Imperii, vel inprimis Saxones & Thuringi magnis ſeſe oppoſuêre conatibus, majoreque audaciâ bellum intulerunt: Hunc Pontifex Romanus diro anathemate extra Septa Eccleſiæ ejicere, Imperio abdicare, ſeque judicem Imperatoris declarare non dubitavit, quod inauditum antea fuiſſe ipſe teſtatur *OTTO FRISING. lib. 6. Chron. Cap.* 35. Unde & ſub hoc potentia Statuum, Clericorum pariter ac Laicorum, magis atque magis occaſionem nacta, incrementa in dies capiendi, Statuique Imperii publico haud levem afferendi mutationem. Hinc videmus Epiſcopos poteſtatem ſecularem majori quodam ſtudio ſibi attribuentes, Ducesve ac Comites Diœceſibus ſuis expellentes, vid. *ALBERT. STADENS. ad ann.* 1049. *&* 1061. *ap. Schilter. pag.* 232. *&* 238. Videmus Duces, Marchiones aliosve, hoc Franconicorum ævo, in officia ſua, quæ à ſolo hactenus Imperatore dependebant, jus quoddam hæreditarium prætendentes, illudque etiam armis, ſi aliter obtinere non poſſent, ſibi vindicantes: Exemplum de Ducibus jam ſub Henrico III. recenſet *LAMBERT. SCHAFNABURG. ad ann.* 1044. *p. m.* 461. & ſub Henrico IV. *p. m.* 489. de Marchionibus *ad ann.* 1057. *p. m.* 464. & de Comitibus Flandriæ *ad ann.* 1071. *p. m.* 480. Videmus inprimis Comitatus hoc ævo non amplius ſine conſenſu Comitum, qui ipſis præerant, ab Imperatoribus potuiſſe in alios transferri, id quod egregie docet charta in *UDALRIC. Babenberg. Cod. n.* 103. *apud Dn. ab Eccard, Corp. hiſt. med. ev. tom. II. pag.* 95. *&* 96. his verbis: *Notum eſſe volumus - - - quod eccleſiæ Hammenburgenſi, cui ipſe Paſtor & Rector præerat, donare vellemus Comitatum quem in Emeſcovva & Weſtfale ſitum N. Comes Vir nobilis & nobis genere propinquus regendum utendumque ſuſceperat. Habuit ſecum adjutores in petendo complures ex Principibus - - - Et quoniam ipſius N. Comitis* AD HANC REM QUÆRENDUS ERAT ASSENSUS, *ipſum vir ſapiens precio & precibus adduxit, ut præſens laudator & aſſenſor exiſteret. Tum nos ipſi Achi-Epiſcopo A. ob merita ſua benevolentes - - - Comitatum eundem NB. ipſo B. Comite* LAUDANTE *&* ASSENSUM *prabente eccleſiæ Hammenburgenſi donavimus & tradidimus.* Videmus etiam Comites Palatinos per ſingulas ferè Provincias, Ducibus cæteriſque Statibus, velut à latere collocatos, qui curam haberent, ne authoritas juraque Imperatorum fiſcalia detrimenti

aliquid paterentur, neu Duces reliquique Status potentiores ultra,quam par eſſet, Potentiam ſuam extenderent, vid. *HERT. Vol. 1. Opuſcul. tom. 2. pag. 441. & Vol. 2. tom. 2. pag. 22.* Quænam ergò & hoc tempore COMITUM atque LIBERORUM DOMINORUM fuerit conditio, aut quoadusque ſuam inter tantas Imperii turbas Immedietatem defenſaverint; Noſtrum jam eſt, paululum accuratioribus indagare veſtigiis. Et quidem ad Comites quod attinet, veritati ac Scriptorum hujus ævi teſtimoniis magis conſentaneum arbitramur, quod ne ſub Imperatoribus quidem Franconicis (præter ea, quæ fortè circa exitum ipſorum & ſub Lothario Saxone Welphica domus audere paulatim inceperat) Comites Immedietatem ſuam amiſerint, neque ad Statum Landſaſſiorum vel Subditorum à Ducibus fuerint detruſi; Atque ut aſſertio hæc eò magis reddatur perſpicua, per ſingulas iterum provincias nobis eſt eundum. Initium facimus in SAXONIA, ubi licet Ducatum Saxoniæ defuncto Ottone filio ejus Magno legitimâ ſucceſſione competiiſſe expreſsè aſſerat *LAMBERT. SCHAFNABURG. pag. m. 480.* tanta tamen non fuit Saxoniæ Ducis potentia, ut tota Saxonum provincia ad ejus dominatum pertinuerit, cæterique Status ipſi tanquam Landſaſſii & ſubditi ſubfuerint; Aderant enim adhuc Epiſcopi & Marchiones, aderant Comites & Nobiles ſive Barones Saxoniæ, qui eadem gaudebant Immedietate, eodemque jure libertatem provinciæ ſuæ tuebantur, de ſalute publica ſuffragia ferebant, fœdera inter ſe & cum Duce inibant,arma contra invaſores jurium ſuorum, etiam ipſum Imperatorem, arripiebant, ſoli Imperatori, non Duci, fidei ſacramentum dicebant, ſoliusque Imperatoris & Principum Imperii judicium & in civilibus & in criminalibus agnoſcebant. Provocamus ad *Eundem SCHAFNABURG.* qui ad *ann. 1057. pag. m. 464.* de Imp. Henrico ita: *Natalem*, inquit, *Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli in Merſenburg celebraturus erat, eò QUICQUID PRINCIPUM ERAT IN SAXONIA, ad Colloquium evocari juſſit.* Et ad *ann. 1073. pag. 489.* Principes Saxoniæ contra Imperatorem Henricum IV. conjuratos hoc ordine recenſet: *Erant in ea conjuratione PRINCIPES ISTI Wezel Magadaburgenſis Archi-Epiſcopus, Bucco Halberſtatenſis Epiſcopus, Hezel Hildenesheimenſis Epiſcopus, Wernher Merſpurgenſis Epiſcopus, Eilbertus Mindenſis Epiſcopus, Immet Paderbrunnenſis Epiſcopus, Friderich Mimegardeſur-*

Adhuc fuit Immediatus,

In Saxonia,

deſurdenſis Epiſcopus, Benno Miſinenſis Epiſcopus, Ottho Dux quondam Bajoariæ, Uto Marchio, Dedi Marchio, & omni Marchione animoſior atque implacatior uxor ejus Adela, Egbertus Marchio Turingorum, puer adhuc infra militares annos, Friderich Palatinus Comes, Diedericus Comes, Adelbertus Comes, Ottho Comes, Cunradus Comes, Heinricus Comes, tum vulgus promiſcuum ſupra 60 millia erat, qui ad aſſerendam libertatem patriæ legesque tuendas promtiſſimo animo manus operamque ſuam promittebant. Confer. *HELMOLD. Chron. Slavor. lib.* 1. *cap.* 17. *pag. m.* 70. Provocamus etiam ad poſtulata illa, quæ jam dicti Saxoniæ Principes Henrico IV. Imp. iteratâ vice Goslariæ & Hartesburgi per legatos ſuos propoſuerunt, apud *Eund. SCHAFNABURG. pag. m.* 489. 490 *&* 491. ubi talia Imperatori nomine omnium propoſita inveniuntur, quæ nemo facile ad Landſaſſios vel Subditos alicujus Ducis eſt applicaturus. Et ne quis objiciat, Ducem Magnum id temporis ab Henrico Imp. in cuſtodia fuiſſe aſſervatum, adeoque Saxoniam Duce ſuo deſtitutam, adjungimus ex *Eodem LAMBERT. SCHAFNAB.* aliud teſtimonium, ubi penes Ducem Magnum libertati patriæque jam reſtitutum iterùm Saxoniæ Principes eâdem auctoritate collocantur, non tanquam Landſaſſii aut Subditi Ducis, ſed tanquam Principes terræ & confœderati ipſius. Ita enim *LAMBERTUS pag. m.* 509 *&* 510. Principes Saxoniæ legatis Henrici Imp. reſpondentes producit: *Tunc Bucco Halberſtatenſis Epiſcopus, Wecel Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis, MAGNUS DUX SAXONIÆ, Ottho Dux quondam Bajoariæ, & CÆTERI PRINCIPES, quos Rex ſpecialiter tam truculenta comminatione impetebat, dixerunt: Nequaquam ſe ſibi conſcios eſſe, quod pacem, quæ anno priore in Gerſtingunn convenerat, facto aliquo vel dicto violaſſent - - - - Paratos ſe eſſe, ut quâvis conditione, quam modo CÆTERI PRINCIPES REGNI* (en! Judices Principum Saxoniæ) *æquam judicaſſent, crimen refellerent, & innocentiam ſuam aſſererent.* Ita etiam *BRUNO de Bello Saxon. apud Freher. tom.* 1. *rer. Germ. pag.* 181. *Edit. nov.* verbis quidem ſat amplis deprædicat, quam lætus fuerit Saxonibus Ducis Magni reditus, ſed ſtatim etiam ſubjicit: *Deinde quum Principum feſtivitas Apoſtolorum, Petri videlicet & Pauli propinquaret, præcepit Rex, ut UNIVERSA PRINCIPUM SAXONIÆ MULTITUDO Goslariam conveniret, ut ſi quid de COMMUNIBUS REGNI NEGOTIIS* (egregium iterum argumentum, quod Saxoniæ Principes fuerint Status Immediati) *agi dignum emergeret, hoc ipſi*

communi Principum conſilio tractaret, omnes illuc alacres feſtinabant, quod calamitatum, quas Saxonia jam diu tolerabat, aliquem terminum fore ſperabant. Igitur feſtivitate celebriter celebratâ, cum dies ad cauſas agendas ſtatuta veniſſet, Epiſcopi, Duces, COMITES (ergò & Comites ſub generali Principum nomine comprehenduntur) *cæterique ad Palatium primo diluculo congregantur.* Nulla ubivis neque ab Imperatore, neque ab ipſis Saxoniæ Statibus, ſingularis vel major auctoritas tribuitur Duci Magno, quam reliquis, nullus Dominatus in cæteros Saxoniæ Principes, ſed omnes æquali jure cenſentur. Et quis facilè crederet, Epiſcopos Duci fuiſſe ſubjectos? cùm potiùs Duces ab Epiſcopis Diœceſibus ſuis expulſos, horumque Milites ſæpius fuiſſe factos, Scriptores hujus ævi haud ſemel adnotent. Quod ſi autem Epiſcopi Dominatui Ducis non fuêre ſubjecti, idem etiam aſſerendum de Comitibus videtur, eandem enim auctoritatem in promovenda ſalute publica, idem jus in decidendis COMMUNIBUS REGNI NEGOTIIS Comitibus hîc tribui videmus, quod Epiſcopis adſcribitur. Obſtare quidem Comitum Immedietati videntur verba *HELMOLDI Chron. Slavor. lib. 1. cap. 36. pag. m. 90. Comitiam* (ſc. Holſatiæ) *vacantem DEDIT Luderus Dux Nobili Viro Adolfo de Scovvenburg.* Ex quo ſua hauſit *ALBERT. STADENS. ad ann. 1106. apud Schilter. pag. 259.* At videntur ſaltem. Nam non adjicit neque Helmoldus, neque Albertus, quo nomine, quo jure, aut qua ratione, Dux Lotharius Adolpho Holſatiæ Cometiam dederit, adeoque nudis verbis non eſt inhærendum, ſed interpretatio vocabuli DEDIT ita facienda, prout Status Imperii publicus vel ſpeciales hujus Comitatus rationes eam admittunt. Quod ſi enim inferre inde velles, conceſſionem Comitatuum Saxoniæ id temporis à Duce Lothario dependiſſe, omnesque in ejus, tanquam Domini intermedii & Archi-Principis, arbitrio fuiſſe poſitos: Concederes etiam, neceſſe eſſet, controverſias de Comitatibus in Saxonia paſſim obortas, ad ipſius Ducis pertinuiſſe jurisdictionem. At non ſtetiſſe per ipſum hujusmodi dirimere lites, docet Idem *ALBERTUS STADENS. ad ann. 1112. pag. 262.* de controverſia illa, inter Rudolphum defuncti Comitis Stadenſis fratrem hujusque Comitatus Adminiſtratorem Fridericum orta, hæc referens: *Miſit ergo Imperator, hoc anno Domini ad diſcuſſionem cauſæ iſtius Nuncium ſuum, & Radolvesthorpe indicto placito, convenerunt Archi-Epiſcopus Fridericus cum Duce LUDERO, Radulfus Comes*

cum

cum filio Fratris, Henrico puero, & Fridericus Comes (rectiùs Adminiſtrator Comitatus) *cum teſtibus plebejis videlicet, quos ad quidlibet jurandum compellere poterat. Comes ergò Rodulfus rem tamdiu poſſeſſam levi teſtimonio non exponens, cum in manu valida veniſſet, Fridericum captivatum abduxit.* Vides hîc jura Comitum Saxoniæ non coram Duce, ſed coram Imperatore, vel ejus Nuncio & Principibus Saxoniæ ventilata: Vides etiam Ducem Lotharium huic judicio non præfuiſſe, ſed inter Pares ſaltem Curiæ adfuiſſe. Adjunge huic verba *URSPERGENSIS ad ann.* 1112.*pag.m.*196. *Moritur his temporibus QUIDAM DE SAXONIÆ PRINCIPIBUS, nomine Udalricus, Ludovici Comitis dudum Gener, ſed jam propter filiæ ejusdem repudium inviſus. Cujus poſſeſſiones prædictus Sigefridus* (ſc. Palatinus Comes) *hæreditaria ſibi vendicabat ſucceſſione: Sed DOMINUS IMPERATOR EASDEM IN JUS REGNI CONABATUR ATTRAHERE. Quæ cauſa recidivæ diſcordiæ fomitem cœpit miniſtrare. Nam IDEM COMES priores miſerias ſuas ſequentibus exaggerans, totam penè Saxoniam, ſuam videlicet patriam, tantis implevit querimoniis, ut tam DUCEM LOTHARIUM, quam Rudolphum Marchionem, Fridericum Palatinum Comitem, Vigbertum atque Ludovicum, nonnulloſque alios AB OBSEQUIO TRAHERET IMPERATORIS.* Et apparebit, ad quemnam poſſeſſiones Comitum Saxoniæ vacantes pertinuerint, & utrum Saxoniæ Principes Ducis, an Imperatoris obſequio fuerint ſubjecti? Hoc ad minimum inde conſtat, quod neque à ſolo hoc Holſatiæ Comitatu ad omnes Saxoniæ Comitatus, argumentum rectè inferatur, neque Landſaſſiatus quidam in cæteros Saxoniæ Principes, ſolidis inde rationibus deducatur; Utut hoc à nonnullis Juris publici Doctoribus etiam noviſſimis fieri ſubinde videamus. E Saxonia proxima via patet in THURINGIAM, in qua Immedietas Comitum eò facilior videtur demonſtratu, quo magis & ipſi tantorum Archi-Principum excogitatores, Statum Comitum atque Liberorum Dominorum in hac Provincia immediatum adſtruunt. Ita enim *Dn. LUDEWIG in Diſſert. de diſpar. nex. Civit. Imper. cap.*6.§.14. *Cunradus II.* inquit, *Landgravium præfecit Thuringiæ, ſed ita, ut Thuringiæ Ordines majores, utpote DOMINI, COMITES, Civitateſque Imperatori immediatè ſubjecti eſſent, Landgravio inter Officiales Cæſaris relato.* Sed quum nudis hujusmodi verbis auctoritate veterum Scriptorum deſtitutis, non tanta hodie fides tribui ſoleat, præſtat rem ex ipſis hiſtoriæ fontibus deducere. Ubi certo qui-

Thuringia

Digitized by Google

quidem certiùs eſt, Provinciam Thuringiæ nullum hoc tempore habuiſſe Ducem, & ſub Conrado etiam Salico admodum exiguam adhuc fuiſſe Ludovici Barbati auctoritatem, uti ex *AUTORE Hiſtor. Landgravior. Thuring. apud Piſtor. tom. I. rer. German.* facilè patet; Poſtea verò Marchiones Thuringorum inter cæteros hujus Provinciæ Comites, terræque Nobiles ſive Barones eminere cœperunt auctoritate: Sed tantum abeſt, ut Dominatus ipſorum in integram ſeſe extenderit provinciam, ut potius ipſi fuerint Epiſcoporum Vaſalli, & ne decimas quidem invitis cæteris hujus provinciæ Optimatibus promittere potuerint Epiſcopo Moguntino. Utrumque teſtatur *LAMBERT. SCHAFNABURG. ad ann.* 1062. *pag. m.* 467. *Wilhelmus*, ait, *Marchio reverſus in Thuringiam - - - - morbo correptus obiit - - - Marcham Ottho frater ejus obtinuit. Sed is beneficia Magontini Epiſcopatus aliter obtinere non potuit, niſi promitteret, decimas ſe de ſuis in Thuringia poſſeſſionibus daturum, & cæteros Thuringos, ut idem facerent coacturum. Quæ res multorum malorum ſeminarium fuit, DETESTANTIBUS OMNIBUS THURINGIS FACTUM EJUS, & aſſerentibus: MORI SE MALLE, QUAM PATRUM SUORUM LEGITIMA AMITTERE. IDEM* aſſerit *ad ann.* 1067. *pag.* 475. *Otto Marchio Thuringorum obiit: gaudentibus admodum in morte ejus omnibus Thuringis. Eo quod ipſe PRIMUS EX PRINCIPIBUS THURINGORUM, ut prædictum eſt, decimas ex ſuis in Thuringia poſſeſſionibus dare conſenſiſſet, & per hoc calamitatem maximam Genti ſuæ invexiſſe videretur.* Unus hîc ſaltem ex Thuringiæ Principibus vocatur Marchio, non totius Provinciæ Archi-Princeps, unde etiam ſi quid ardui erat ſuſcipiendum, ſi legatio vel mittenda ad alios, vel ab aliis audienda, ſi conventus in Provincia publicus inſtituendus, vel conſulendum de ſalute publica, non ſolius Marchionis, ſed cæterorum quoque Thuringiæ Procerum voluntate atque cônſenſu erat opus, vid. *SCHAFNABURG. ad ann.* 1069. *pag.* 476. *ad ann.* 1070. *pag.* 479. *ad ann.* 1073. *pag.* 487. *& inprimis pag.* 49:. ubi adeò clarè hæc omnia depinguntur, ut non poſſimus non verba ipſa adſcribere: *Thuringi celeberrimo conventu habito in loco, qui dicitur Triteburc, ubi legationem Saxonum* (non ſolius Ducis vel Archi-Principis) *audierunt, promptiſsimè aſſenſi ſunt, nec ulla unquam legatio lætioribus acclamationibus excepta eſt. Nec mora, jusjurandum dant, nusquam ſe defuturos negotio, communem ſibi eſſe cum eis rebellandi neceſſitatem: & ideo commune periculum, communem etiam, ſi DEUS annueret, victo-*

victoriam futuram: ſeque usque ad extremum ſpiritum pro communi utilitate dimicaturos. Denuntiant praterea Abbati Fuldenſi & Abbati Herveldenſi, & cateris Principibus, qui in Thuringia prædiorum aliquid haberent, ut ad ferendum Genti ſuæ auxilium, die ſtatuto conjuraturi venirent: Ni id facerent, ſe bona eorum protinus omnia direpturos. De Ducatu FRANCONIÆ ut multa proferamus teſtimonia ſupervacaneum omninò putamus, quum defuncto Duce Conrado IV. nullus præter Imperatores fuerit Dux in Franconia, vid. *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 1. pag. 376.* adeoque omnes hujus Ducatus Proceres procul dubio immediati, niſi argumentum ab hodierna Sereniſſima Domo AUSTRIACA deſumere, atque ſtatuere velles, Imperatores Franconicos huic Ducatui non præfuiſſe quâ Imperatores, ſed quâ Duces, ac proinde Proceres Franconiæ ad exemplum Auſtriacorum hodierni ævi nihilominus tum fuiſſe Mediatos: Verùm ad hæc reſponderem, alium fuiſſe Statum Imperii iſtius temporis, alium hodiernum; Tempore enim Cæſarum Franconicorum Duces nondum tantum Dominatum, tantumque jus hæreditarium in Ducatus ſibi arrogare poterant, uti quidem illud hodie deprehendere licet: Tempore etiam Impp. Franconicorum Proceres Franconiæ ad Comitia vocabantur, pariterque ac reliqui Imperii Status negotiis Imperii publicis ſeſe immiſcebant, vid. *SCHAFNABURG. ad ann. 1076. pag. 530.* Quod tamen nemo, credo, Statibus Auſtriacis hodie eſt conceſſurus; Adeoque & inde liquet, argumentum ab hodierno Imperii Statu ad illa tempora perperam applicari. Franconiæ vicina eſt SUEVIA, cujus Principes tam ſtrenui fuêre Sedis Romanæ defenſores contra Imperatorem, ut etiam ad defenſionem hanc eò melius ſuſcipiendam, pacemque publicam in Provincia ſua tuendam, anno 1092. Bertholdum TOTIUS SUEVIÆ Ducem ſibi conſtituerint, teſte *BERTOLDO CONSTANTIENS. ad ann. 1092. apud Urſtiſ. tom. 1. rer. German. pag. 367. Iterum Principes Alemanniæ, ad defenſionem S. Matris Eccleſiæ contra ſchismaticos unanimiter convenerunt, ſibique ad hoc negotium exequendum fratrem Conſtantienſis Epiſcopi, Bertoldum DUCEM TOTIUS SUEVIÆ conſtituerunt, qui nondum aliquem Ducatum habuit, etſi jam dudum nomen Ducis habere conſueverit.* Num verò DUCI huic TOTIUS SUEVIÆ reliqui Alemanniæ Principes tanquam Landſaſſii ſubfuerint? Reſpondeat *Idem BERTOLDUS ad ann. 1093. pag. 369. & 370. Gebehardus Conſtantienſis Epiſcopus &* Franconia. Suevia.

N Apoſto-

Apoſtolicæ Sedis Legatus, Welphonem Ducem Bajoariæ per manus in MILITEM accepit, ſicut & proprium fratrem Bertoldum Ducem Alemanniæ jam dudum fecit. Cum quibus & RELIQUIS ALEMANNIÆ PRINCIPIBUS magnum conventum apud Ulmam habuit, in quo conventu firmiſsime laudatum eſt, ut Conſtantienſi Epiſcopo omnimodè ſecundum Statuta Canonum obediretur, & ut DUCI Bertoldo & COMITIBUS ſecundum LEGEM ALEMANNORUM OBSECUNDARETUR. Deinde firmiſsimam pacem tam Duces quam Comites, tam Majores quam Minores ſe obſervaturos, à VII. Cal. Decemb. usque in Paſcha, & à Paſcha in duos annos juraverunt - - - - Hanc pacem ſinguli Principes qui convenerunt, unusquisque per POTESTATEM SUAM usquequaque viritim jurare fecerunt. Teſtimonium hoc paululum quidem eſt prolixum, ſed tot ſingularia atque egregia continet, ut ſi aliis planè deſtitueremur argumentis, ex uno hoc loco vel cœco appareret, veriſſima eſſe, quæ de Comitum immedietate adhuc diſſeruimus. Mentio quidem hic fit Bertoldi TOTIUS SUEVIÆ DUCIS, qui (ut verbis utar ejusdem *BERTOLDI CONSTANT. ad ann. 1094. pag. 370.*) ad faciendam juſtitiam in Ducatu Alemanniæ adeò exarſit, ut in obſervatione juſtitiæ omnes Prædeceſſores ſuos penè vicerit, & de hoc omnium ora pio rumore compleverit; Sed præter ipſum mentio etiam injicitur Comitum ejusdem Provinciæ, quibus pariter ac Duci ſecundum Legem Alemannorum obſecundaretur: Mentio Principum, quorum unusquisque per POTESTATEM SUAM (de cujus vocabuli ſignificatione vid. *CAR. du FRESNE Gloſſar. tom. 3. pag. 366. voc. Poteſtas:*) usquequaque pacem jurare fecit. Et ita ſimul docemur, quomodo intelligendi ſint Scriptores hujus ævi, ſi de integra Provincia uni tantùm Duci ad regendum commiſſa loquuntur. Nec opineris, velim, in ſola id Alemannia fuiſſe obſervatum; Eandem enim & BAJOARIÆ inveniri conditionem, non ſolum *BERTOLDUS CONSTANT. ad d. ann. 1094.* apertè ſatis innuit his verbis: *Welpho Dux Bajoariæ firmiſsimam pacem cum Alemannico Duce Bertoldo & reliquis Alemanniæ Principibus initiavit, usque Bajoariam imò usque ad Ungariam propagavit. Francia quoque Teutonica & Alſatia eandem pacem, ſuis partibus ſe obſervaturas, juramento decreverunt. Hæc tamen pax in Alemannia maximè invaluit, eò quod Principes ejus, quisque IN SUA POTESTATE juſtitiam facere non ceſſaverit, quod RELIQUÆ PROVINCIÆ nondum facere decreverint.* Sed inde quoque patet, quod

& Bavaria.

Digitized by Google

quod Principes Bajoariæ adhuc dum libertatis ſuæ eſſent tenaciſſimi, & nullum ab Imperatoribus Ducem ſibi invitis vel inſciis obtrudi facilè paterentur. Expertus id fuit Henricus IV. Imperator, quum Welphum Ducem Bavariæ conſtitueret, de quo *LAMB. SCHAFNAB. ad ann.* 1071. *pag. m.* 480. ita: *Noverat*, inquit, *Rex haud ſatis placiturum Principibus Bajoariæ, quod hoc tum contra morem & jus, tum ipſis inconſultis factum fuiſſet, & propte ea quantocius ire in Bajoariam cogitabat, ut tumultum, ſi quis fortè ori etur, per ſe ipſum reprimeret.* Negari quidem nequit, Epiſcopos, Comites, cæterosque Bavariæ Proceres, translato ad Welphorum familiam Ducatu, magnam ſtatus atque libertatis mutationem fuiſſe paſſos, adeò ut auctâ in dies hujus familiæ potentiâ & in Bavaria, & in Italia, & in Saxonia, jurisdictioni atque dominatui Ducis ſui tandem, utut inviti, ſeſe ſubmittere cogerentur: Hanc tamen ſtatus mutationem neque ante Welphum primum ex hac familia Bavariæ Ducem, neque etiam ſub ipſo Welpho facilè obſervaveris. Sive enim Statum Bavariæ ante Imperatricem Agnetam, ſive cum illa Ducatum hunc privato jure poſſideret (ut ait *SCHAFNABURG. ad ann.* 1056. *pag. m.* 464.) ſive etiam Ducis Ottonis tempore conſideres; Nusquam tamen tantam hujus Provinciæ Procerum ſubjectionem fortè invenies, quæ tibi Landſaſſiatum quendam perſuadere poſſit. Ipſi autem Welpho vires ad perficiendum hoc opus omninò adhuc defecerunt, quippe qui non ſolum Miles Epiſcopi Conſtantienſis, teſte, quem jamjam allegavimus, *BERTOLD. CONSTANT. ad ann.* 1093. factus, ſed & potentiam ſuam, terris prædiisve pedetentim ſaltem, non uno momento, ditatus, vid. *MONACH. WEINGARTENS. de Guel. Princip. cap.* 8. *apud Leibnit. tom.* 1. *rer. Brunſuic. pag.* 784. & 785. ad tantum faſtigium non ſtatim perduxerat, ut Bavariæ Procerum libertati injuriam facilè inferre poſſet. Turbidis præſertim Imp. Henrici IV. temporibus, ubi Bavariæ Proceres vel cum Duce Welpho faciebant, vel contra ipſum à partibus Imperatoris ſtabant, ut ſua quemque duxit propenſio; Sic enim iterum *BERTOLD. CONSTANT. ad ann.* 1086. *apud Urſtiſ. pag.* 358. ait: *PRINCIPES BAJOARIORUM Duci ſuo Welphoni in Paſcha reconciliati, à Henrico diſceſſerunt, eumque cum eodem Duce & reliquis Alemannorum Principibus, armatâ manu Ratiſpona invaſerunt, & ne diſcedere poſſet, multo tempore eum ibi detinuerunt.* Quamobrem eadem ipſis libertas & auctoritas in habendis conventibus

Digitized by Google

publicis, cum Sueviæ & Saxoniæ Principibus tribuitur ab *Eodem BERTOLDO CONSTANT. cit. loc. His temporibus fideles St. Petri PRINCIPES SUEVORUM CUM SAXONIBUS & BAJOARIIS generale colloquium, poſt feſtum Apoſtolorum, prope Wirceburg condixerunt.* Eadem ergò Immedietas, quam de Saxoniæ Sueviæque Comitibus probavimus, & Bavaris, & omnium Provinciarum Comitibus tribuenda omninò videtur; Id quod in compendio docet *LAMBERT. SCHAFNABURG. ad ann.* 1076. *pag. m.* 530. *Rudolfus Dux Suevorum, Welf Dux Bajoariorum, Bertoldus Dux Carentinorum, Adelbero Epiſcopus Wirceburgenſis, Adelbertus Epiſcopus Wormacienſis, & alii - - - - in loco qui dicitur Ulma, conventu habito, ſtatuerunt ut omnes, quicunque Reipubl. conſultum vellent, XVII. Calend. Novemb. Triburiam convenirent. - - - - Hoc SUEVIÆ, hoc BAJOARIÆ, hoc SAXONIÆ, hoc LUTHERINGIÆ, hoc FRANCIÆ TEUTONICÆ PRINCIPIBUS denuntiarunt, univerſosque in commune per Deum OBTESTABANTUR* (quod ſanè! de ſubditis dici non ſolet) *ut omni excuſatione relegata, cuncta privatæ rei ſollicitudine poſthabitâ, hanc ſinguli communibus commodis vel extremam operam dependerent.* Et quid de hac Comitum Immedietate multùm dubitaremus? cùm ipſos ſummis adhuc Imperii Proceribus adnumeratos, omniumque Statuum Immediatorum jurium participes videamus.

Comites habebant jus Imperatorem eligendi,

Habebant enim Comites ſub Imperatoribus etiam Franconicis, haud ſecùs ac Saxonum ævo, jus eligendi Imperatorem cum Ducibus, Epiſcopis, cæteriſque Regni Principibus, commune; prout hanc Comitum prærogativam non ſolum ex iis, quæ *WIPPO apud Piſtor. pag.* 424. *ſeqq.* de electione & coronatione Conradi Salici annotavit, docemur, ſed clariùs adhuc expreſſam legimus apud *BERTOLD. CONSTANTIENS. ad ann.* 1081. *pag.* 350. *Eodem tempore Principes Regni Teutonicorum, ſcilicet Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, Duces, Marchiones & COMITES, conventu facto, Hermannum NOBILEM VIRUM, ſibi in Regem elegerunt.*

Electum exauguranai,

Si Imperator Regno indignus videbatur, & à dignitate ſua erat amovendus, huic etiam negotio, præter Duces, Epiſcopos, cæteroſque Imperii Status, interfuêre Comites, teſte *LAMBERT. SCHAFNABURG. cit. loc. pag.* 531. *Statutâ die juxta condictum PRINCIPES* (quo nomine & Comites veniſſe ex ejusdem jamjam allegato loco apparet) *Suevia & Saxonia Triburiam convenerunt ampliſſimo numero, obſtinatis mentibus ad ſummovendum à negotiis Regni Regem Heinricum, & alium, in quem*

com-

Digitized by Google

communis electio conſenſiſſet, creandum. Et ſi rejectum jam Imperatorem priſtino loco reſtituere, exauctoratumque Imperii Statibus iterum conciliare, è re Imperii videbatur, præter Duces & Comites adfuiſſe, teſtatur iterum *BERTOLD. CONSTANTIENS. ad ann.* 1089. *pag.* 363. *Sed jam aliquantulum diuturna Regni diſcordia inter Catholicos & Schismaticos tepeſcere cœpit, ut non jam bellum ad invicem, ſed pacem componere ſaniùs judicarent. Quapropter Duces & COMITES, fideles S. Petri cum Heinrico colloquium habuerunt, eique ſuum conſilium & auxilium ad obtinendum Regnum firmiſſime promiſerunt, ſi Guibertum Hæreſiarcham vellet dimittere & ad Eccleſiaſticam communionem per Catholicum Paſtorem remeare.* Præter hoc autem jus eligendi Imperatorem, aliis etiam conventuum Imperii negotiis aderant Comites tanquam Status & Optimates Regni, unde non ſolum Duces, Marchiones & Epiſcopi, ſed & Comites ad Comitia vocati magnoque comitatu ſtipati apparuerunt, eodemque ibi jure ſuffragia ſua de communi Imperii ſalute tulerunt; Id quod præter ea, quæ jam adduximus, teſtimonio quoque probatur *ALBERT. STADENS. ad ann.* 1106. *apud Schilter. pag.* 257. *Mediante igitur Heinrico Juniore, tantus apud Moguntiam factus eſt in Natali Dominico totius Regni Teutonici conventus, quantus per multa annorum curricula nuſquam eſt viſus. Referebant enim, qui aderant LII. Optimates* (qui procul dubio non omnes fuêre Archi-Principes) *ibi tunc vel eo amplius LAICOS adfuiſſe, adeò ut ſolus Dux Saxoniæ Magnus, quem jam gravior ætas impediebat, defuiſſet.* Eadem ferè refert *ABBAS URSPERG. ad h. a. pag.* 188. Et quum in ſpecie in hujusmodi conventibus Imperii publicis, cauſæ quoque Statuum Imperii Immediatorum coram Imperatore cæterisque Statibus ventilarentur; Hinc etiam Comites tanquam Status & Pares Curiæ Imperialis, cum Ducibus, Epiſcopis, Marchionibus reliquisque Optimatibus, hisce judiciis aderant, & in iis judicabant, & judicabantur. Illud inſigni probatur exemplo Ottonis Bajoariæ Ducis ab Imperatore & Principibus Saxoniæ condemnati, de quo *LAMBERT. SCHAFNABURG. ad ann.* 1070 *pag. m.* 478. ita: *Poſtera die Rex, PRINCIPES SAXONIÆ, quod ex his oriundus eſſet, & hi propter privatas inimicitias maximè inviſum eum haberent, ſententiam ſuper eo rogavit. Qui eum tanquam manifeſti criminis deprehenſum, reum Majeſtatis judicaverunt: & ſi caperetur, capitali in eum ſententia animadvertendum fore decreverunt.* Et quânam authoritate Comites, ſi ſpecialis cujusdam provinciæ

& exauctoratum recipiendi, cum Ducibus commune,

apparebant in Comitiis,

ubi tanquã Pares Curiæ Imperialis & judicabant,

Digitized by Google

Principes ad lites hujus vel illius Status in eadem Provincia terminandas convenerunt, valuerint? vid. *AUTOR. vit. Meinvverc. §. 93. & 102. apud Leibnit. pag. 557. & 559.* Hoc verò, & quod Comites ſolum Imperatoris & cæterorum Imperii Statuum judicium agnoverint, adeoque ut Duces & Marchiones JURE PRINCIPUM, quod dicitur das Fürſten-Recht, fuerint gaviſi, non ſolum in cauſis, quas cum Epiſcopis, Ducibus & Marchionibus habebant communes, de ipſis teſtatur *SCHAFNABURG. ad ann. 1076. pag. 523.* Sed etiam, ſi ſoli in judicium vocabantur, exemplo Hermanni Comitis confirmat *ALBERT. STADENS. ann. 1062. apud Schilter. pag. 237. Tunc COMES HERIMANNUS magnum ambiens beneficium, quod dare noluit Epiſcopus, ſtatim in furorem verſus eſt, venitque contra Bremam cum exercitu copioſo, diripienſque omnia, quæ ibi erant, ſoli pepercit Eccleſiæ. Caſtella verò omnia, quæ Pontifex diverſis conſtruxerat locis, diruta ſunt. Archi-Epiſcopus eo tempore Primatum Curiæ tenebat. Cujus audita querela, COMES SECUNDUM JUDICIUM PALATII exilio relegatus, poſt annum clementiâ Regis abſolutus eſt.* Confer. *ANNAL. HILDESHEIMENS. ad ann. 1130. apud Leibnit. tom. 1. rer. Brunſ. pag. 740.* Et ſi quis fortè Hermannum de Winzenburg Comitem Provincialem diceret, adeoque argumentum ab eo ad cæteros Comites ſimpliciter ita dictos admittere nollet, is evolvat, velim, *WIPPON. de vit. Conr. Sal. apud Piſtor. pag. 434.* ubi exemplum de Welffo, nudi adhuc Comitis titulo inclareſcente, eſt reperturus: Evolvat etiam *OTTONEM FRISINGENS. de Geſt. Frid. I. lib. 1. cap. 31. apud Urſtiſ. pag. 425.* de Comitibus Hungariæ hunc in modum differentem: *Quod ſi aliquis ex Comitum ordine Regem vel in modico offenderit, vel etiam de hoc quandoque non juſtè infamatus fuerit: Quilibet infimæ conditionis lixa, à Curia miſſus, eum licet Satellitibus ſuis ſtipatum, ſolus comprehendit, in vinculis ponit, ad diverſa tormentorum genera trahit. Nulla ſententia à Principe, SICUT APUD NOS MORIS EST, PER PARES SUOS EXPOSCITUR: nulla accuſato excuſandi licentia datur: ſed ſola Principis voluntas apud omnes pro ratione habetur.* Confer. *CONRING. de Judic. Reipubl. German. §. 50.* Ratio, quare Comites ſolum agnoverint Imperatoris & Statuum judicium, adeſt in promptu, quoniam officia ipſorum erant Feuda Regalia & Vexilli, quæ ab Imperatore tantum poterant conferri, & auferri iterùm ab Eodem & ejus Curiæ Paribus; Hinc etiam Comites haud minùs

& judicabantur,

quoniam feuda tenebant Regalia & Vexilli;

Digitized by Google

minùs ab ipſo Imperatore, non intermedio Duce, ad arma vocabantur, ſplendidoque apparatu ſuos quique Milites ſub ſuis Vexillis in hoſtem educebant, quam cæteri Imperii Principes. Egregiè ad rem facit *LAMBERT. SCHAFNABURG. ad ann.* 1075. *pag. m.* 511. *Rex Pentecoſten Wormaciæ cum paucis celebravit, Principibus in præparationem militiæ ſingulis privatâ ſollicitudine occupatis. Statuta die venit in Bredingen cum infinita multitudine, planeque omnium unanimi conſenſu conſtitit, nulla unquam retro Majorum memoria, tantùm exercitum, tam fortem, tam militariter inſtructum in Regno Teutonico à quoquam Rege contractum fuiſſe. Quicquid in Regno Epiſcoporum erat, quicquid Ducum, quicquid COMITUM, quicquid Eccleſiaſticarum aut ſecularium dignitatum, omnes ſummâ vi, ſummâ ope in hoc bellum eniſi, convenerant.* Additque ibidem de claudicante Widerado Abbate Fuldenſi; *Eum tamen nec moleſta valetudo excuſare poterat à militia, id potiſſimum curante Rege, UT OMNIUM PRINCIPUM SUORUM TITULIS AC FASCIBUS QUAM MAXIME INSIGNEM FACERET EXPEDITIONEM.* De Comitum verò Vexillis in ſpecie legitur teſtimonium *WIPPONIS in vita Conrad. Sal. apud Piſtor. pag.* 441. *Eodem anno præfatus COMES ODO de Francia in Regno Imperatoris quædam loca invadens à Gozelone Duce Lotharingorum, & filio ſuo Godefrido, & Gerhardo Comite, atque à militia Epiſcopi Metenſis, pugna commiſſâ cum illo, fugiendo interfectus eſt, & VEXILLUM EJUS Cæſari in Italiam allatum, hoſtem interemtum teſtabatur.* Mirum ergò nemini videri debet, quod Comites SUMMIS etiam PRINCIPIBUS adnumeret *BRUNO de bello Saxon. apud Freher. tom.* 1. *rer. German. pag.* 191. *Edit. nov.* quod Ducibus ſolo nomine talibus, haud impares habeat *OTTO FRISING. de Geſt. Frider. I. lib.* 1. *cap.* 9. *apud Urſtiſ. pag.* 413. quod ex Comitibus Duces & Marchiones hoc adhuc tempore plerumque deſumerentur, prout cuilibet catalogos Ducum apud *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.* 2. inſpicienti facilè apparebit: Quid? quod ex Comitibus nonnulli vel ad ipſam dignitatem Cæſaream evecti, vel præter Duces & Marchiones ad Regnum fuerint deſignati. vid. *FRISINGENS. lib.* 7. *Chron. cap.* 17. *pag.* 148. Et quamvis Comites hoc Franconicorum ævo interdum beneficia acciperent ab Epiſcopis & Ducibus, horumque intuitu milites ipſorum fierent; Hoc tamen obſtare non arbitror, quo minus Comites adhuc Immediatos aſſeramus, niſi & Duces Mediatos dicere velimus, quippe qui in omnibus ferè Provinciis mili-

Hinc magnæ adhuc erant Auctoritatis, & Immediati,

Etiamſi Epiſcoporũ Ducumve Milites interdum fierent.

tes

tes fuêre Epiſcoporum, uti id de Ducibus Sueviæ & Bavariæ, nec non de Thuringiæ Marchione, loca ſupra jam prolata evincunt, de Saxoniæ verò Ducibus teſtantur *ALBERT. STADENS. ad ann. 1066. pag. 239.* & *URSPERG. ad ann. 1127. pag. m. 21*. Quod autem Comites & Epiſcoporum Ducumve milites fieri, & ſimul etiam libertatem & Immedietatem ſuam retinere potuerint, exemplo Erneſti Sueviæ Ducis, & Comitum, qui ipſius milites erant facti, confirmat *WIPPO in vita Conrad. Sal. apud Piſtor. pag. 435. Talia dicenti* (ſc. Erneſto Sueviæ Duci) *duo Comites, Fridericus & Anſelmus pro CÆTERIS reſpondebant, hoc modo: Nolumus inficiari, quin vobis fidem firmiter promitteremus contra omnes, præter eum, QUI NOS VOBIS DEDIT* (ſc. non ut ſubditi eſſent, ſed ut autoritatem ipſius in rebus militaribus ſequerentur) NB. *SI SERVI ESSEMUS REGIS & Imperatoris noſtri, & ab eo juri veſtro mancipati, non nobis liceret à Vobis ſeparari. Nunc verò cum LIBERI SIMUL & LIBERTATIS NOSTRÆ ſummum defenſorem, intereà Regem & Imperatorem noſtrum habeamus, ubi illum deſerimus, LIBERTATEM amittimus, quam nemo bonus, ut ait quidam, niſi cum vita ſimul amittit. Quod cum ita ſit, quicquid honeſti ac juſti à nobis exquiritis, in hoc parere volumus vobis: Si autem contra hoc vultis, illuc revertemur LIBERALITER, unde ad vos venimus CONDITIONALITER.* Locus iſte Wipponis accuratiorem omninò obſervationem meretur, quum multifariam eum à Viris eruditis explicari videamus; Alii enim doctrinâ Neotericorum de Archi-Principatibus præoccupati, ex hoc loco omnimodam Comitum ſubjectionem probari ſibi perſuadent, adeò ut etiam *Dn. HAHNIUS* in der Reichs-*Hiſtorie Part. II. cap. 7. §. 11. pag. 261.* inde aſſerere non dubitet: Die Grafen ſtunden ſchlechterdings unter dieſen Ihren Fürſten, und muſten Ihnen wider jedermänniglich, nur den König außgenommen, dienen. Alii, qui Immedietatem ordinis Equeſtris ſolitò antiquiorem aſſerunt, libertatem Nobilitatis Immediatæ inde evinci arbitrantur: Verùm neutra pars, meo quidem judicio, rem acu tangere videtur. Non *prior*, quoniam Epiſcopi vel Ducis Militem, & ſimul etiam mediatum, ſive ſimpliciter ſubjectum eſſe, id temporis reſpectu Comitum, qui feuda poſſidebant Regalia & inter Pares Curiæ Imperialis locum tenebant, non erat unum idemque. Probavimus hoc jam teſtimoniis ſufficientibus, produximus etiam inprimis de Sueviæ Comitum Immedietate loca egregia, &, ut omne prorſus dubium remo-

mo-

Digitized by Google

moveatur, adjungemus adhuc verba *Ejuſdem WIPPONIS p. præced.* 434. ubi de Comite Welffo ita : *Quidam Comes in Suevia, Welff nominatus, dives in prædiis, potens in armis. & Bruno Epiſcopus Auguſtenſis invicem confligentes, multa mala in prædis & incendiis fecerunt in Regno. Ad extremum prædictus Comes ipſam Auguſtam irrumpens, ærarium Epiſcopi deſpoliavit, & totam civitatem vaſtavit: quod poſtea, NB. COGENTE IMPERATORE* (non Duce) *totum reſtituit, & Epiſcopo emendavit.* Imò & ipſa Comitum Friderici & Anſelmi verba ſatis oſtendunt, Comites hoſce ad Ducem veniſſe CONDITIONALITER, & diſcedere iterùm ab ipſo potuiſſe LIBERALITER, adeoque fictam hanc omnimodam ſubjectionem ita refellunt, ut ipſe etiam Dn. HAHNIUS veritate convictus ſtatim adjiciat: Doch waren die Magnaten (quo nomine contra ſe ipſum ſæpe dictos Comites intelligit) ſo lauter eigenthümliche Güter beſaſſen, ſchon freyer und ungebundener. Neque etiam *poſteriori* noſtrum adjicere poſſumus calculum, quoniam hujus ſententiæ auctores præſupponunt, Comites Fridericum & Anſelmum nomine omnium Militum, ex ordine etiam Militari ſive Equeſtri, verba ſua ad Ducem Erneſtum fuiſſe locutos, quæ tamen interpretatio contra ſenſum ipſius WIPPONIS fieri mihi videtur. *WIPPO* enim *ead. pag.* 435. hæc verba præmittit: *Dux Erneſtus non voto ſupplice venit, confiſus in multitudine Militum, quos optimos habuit, ut vel ſecundum libitum cum Cæſare ſe pacaret, vel inde per poteſtatem rediret: NB. ET HABITO COLLOQUIO CUM SUIS, primùm monuit eos fidei ſacramentaliter promiſſa: dehinc hortabatur eos, ne illum dcſererent &c.* Jam verò Duces alicujus exercitus colloquia & conſilia ſua cum Militibus tantùm PRIMIS ſive CAPITANEIS, non GREGARIIS habere aſſolent, & quum Homines ex ordine Equeſtri ſaltem eſſent Milites Gregarii, hinc ſtatim apparet, Comites Fridericum & Anſelmum orationem ſuam nomine tantùm eorum, cum quibus Dux habuerat conſilium, Militum ſcilicet Primorum & Capitaneorum, ſive, ut clariùs loquar, cæterorum Comitum & Baronum, qui ſub propriis Vexillis Milites ſuos Duci adduxerant, habuiſſe, adeoque verba ipſorum, quæ de tanta libertate protulerant, ad ordinem hodiernæ Nobilitatis Immediatæ nihil omninò pertinuiſſe. Et hæc iterùm de Statu Comitum ſub Imperatoribus Franconicis adhuc Immediato.

§. XVII. Num verò turbida iſta tempora Heinriciana eandem Immedietatem Dynaſtis ſive Baronibus reliquerint? paucis etiam *Dynaſtæ ſive Barones ſub Impp.*

Franconicis Genere adhuc erant illuſtres, & Imperatoribus cognatione interdum conjuncti.

etiam eſt diſquirendum. Equidem ſi conſideramus, quod Barones iſti ſive NOBILES VIRI, uti jam ſæpiſſimè vocantur, tanto coruſcaverint natalium ſplendore, ut Regium etiam ſanguinem cognatione interdum attigerint, teſte *URSPERG. ad ann.* 1105. *pag. m.* 186. *Dum Imperator Henricus natalem Domini Mogontiæ celebrat, Heinricus filius ejus, nominis illius quintus Rex dictus, rebellationem adverſus Patrem in Bajoaria parat, machinantibus ſcilicet Dieboldo Marchione, Berengero Comite, & OTTONE QUODAM NOBILI VIRO, SIBIQUE MATERNA STIRPE COGNATO, quorum conſilio & adjutorio ante paucos dies à Patris latere diſceſſerat.* confer. *ALBERT. STADENS. ad h. a. pag.* 255.

Cauſæ ipſorum reputata pro cauſis majoribus,

Si perpendimus, quod cauſæ ipſorum tanti fuerint momenti, ut etiam ob injuriam, duobus ſaltem à Cæſare illatam, tota Saxonum Provincia ad vindicanda horum jura conjurationem contra Imperatorem maximam partem iniret, cauſamque cruenti iſtius belli Saxonici daret, docente id *BRUNONE de bell. Saxon. apud Freher. tom.* 1. *rer. German. pag.* 179. *Edit. nov. Fridericum de Monte, qui inter LIBEROS HOMINES* (quo nomine & Duces & Comites inſigniuntur ab *EODEM pag.* 25.) *vel NOBILES eximius habebatur, famulum ſuum eſſe Rex aſſeruit. Wilhelmum quoque, qui propter NIMIUM CULTUM SUI Rex de Lothes Louo appellabatur, tantâ crudelitate proſequitur, quod multa ei erant prædia, ſed non multa ſapientia.* Ut propter hos duos ab omni Saxonia præcipuè facta ſit adverſus Regem conjuratio.

ipſique Principibus adnumerati,

Si denique mente pervolvimus, quod hi Dynaſtæ ſive Barones hoc etiam ævo, adhuc ad MAJORES & PRIMATES à Scriptoribus referantur, atque generali interdum PRINCIPUM nomine veniant, teſtibus ipſis Henrici IV. Imp. Literis *HISTORIÆ de vita Henrici IV. Imp. apud Urſtiſ. tom.* 1. *rer. German. pag.* 399. ſubjunctis, quarum hæc legitur inſcriptio: *Henricus Dei Gratia Imp. Rom. Aug. Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Comitibus, CÆTERISQUE REGNI PRINCIPIBUS, Gratiam & Dilectionem.*

adeoque de ipſorum Immedietate idem dicendum, quod de Comitibus probavimus.

Vix eſt, ut dubitemus, quin etiam Barones vel Nobiles iſti Viri eadem cum Comitibus Immedietatis ſuæ fata fuerint experti, neque ante ſe Landſaſſiatui cuidam ſubmiſerint, quam auctæ mirum in modum poſt Imperatores Franconicos Welphicæ Domus potentiæ cedere tandem cogerentur. Quæ enim de Principibus Saxoniæ, Thuringiæ, & aliis, eorumque in negotiis arduis & publicis authoritate, §. *praced.* jamjam produximus loca,

Eadem ipſis adſcribitur

præter Epiſcopos, Duces, Marchiones, & Comites, ad Nobiles

biles etiam Viros ſive Barones eſſe applicanda, apertè innuit *SCHAFNABURG. ad ann. 1075. pag. 514. Tamen Udo Marchio & Epiſcopus Merſeburgenſis, & pauci alii NOBILES SAXONIÆ deditioni conſenſerunt.* Idem etiam docet *BRUNO de bell. Saxon. apud Freher. pag. 194. Edit. nov. Igitur omnes Epiſcopi noſtri, Duces, Comites, CÆTERIQUE MAJORES, manu fidei ab illis accepta Regiæ poteſtati ſe ſponte tradiderunt, TOTUMQUE POPULUM SUUM valde triſtem in Patriam redire juſſerunt.* Ubi per CÆTEROS MAJORES Dynaſtas noſtros, utpote Comites proximè ſequentes, intelligi debere, nemo non videt; Adeoque vel inde pateſcit, quod hi tanquam Domini terræ, tametſi Ducum vel Comitum officiis non fungerentur, conſiliis tamen publicis ſalutem ac libertatem Provinciæ ſuæ concernentibus adfuerint, & pariter atque Duces vel Comites, POPULUM, id eſt, Milites ſuos in bellum eduxerint, & in patriam factâ ſuorummet deditione iterùm redire juſſerint. Eò magis hoc redditur indubium, ſi adjungimus, Dynaſtas ſive Nobiles Viros & Ducibus, & cæteris Imperii Statibus tantâ auctoritate fœdere fuiſſe junctos, & pro libertate Provinciarum ſuarum pugnaſſe, quantam de ipſis deprædicat *HELMOLDUS lib. 1. Chron. Slavor. cap. 40. pag. m. 98. Sentiens Imperator omnem jam Saxoniam à ſe deficere, & conſpirationum virus latiùs ſerpere, primò omnium ipſum autorem rebellionis Moguntinum cepit Epiſcopum. Deinde toti infuſus Saxoniæ, Provinciam eorum maximâ ſtrage pervaſit, Principibus eorum occiſioni aut certè captivitati traditis. Tunc ii qui ſuperſtites fuerant de Principibus Saxonum, videlicet Luderus Dux, Reingerus Halberſtadenſis Epiſcopus, Fridericus Comes de Arnesberg, MULTIQUE NOBILES CONGLOBATI IN UNUM, Imperatori denuo in Saxoniam cum exercitu redeunti occurrerunt.* Confer ea, quæ ad hunc locum notavit *BANGERTUS in not. lit. b. pag. 103.* Et quemadmodum Nobiles iſti Viri in conventibus Provincialibus cum Ducibus, reliquisve Imperii Statibus, tanquam Conſtatus, ut ita loqui liceat, conſilia de Provinciæ ſuæ ſalute inibant; Ita etiam in Comitiis totius Imperii, cum vel colloquium quoddam publicum inſtituendum, vel leges eſſent ſanciendæ, ad inſtar cæterorum Imperii Satuum apparebant, ſuffragiaque ſua ibidem ferebant; quam in rem notari merentur verba *DODECHINI Append. ad Marian. Scotum ad ann. 1131. apud Piſtor. tom. 1. rer. German. pag. 471. Rex autem Lotharius Leodium, cum Principibus totius Regni, Archi-Epiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchio-*

auctoritas in negotiis publicis.

Fœdere jungebantur Ducibus & cæteris Imperii Statibus.

Apparebant in Comitiis ſub nomine Nobilium,

chionibus, Palatinis, Comitibus, ET ETIAM CÆTERIS NOBILIBUS, ad Curiam conductam venit. Notanda etiam eſt Conſtitutio Lotharii Imperatoris, quæ legitur II. FEUDOR. LII. lataque fertur: *Hortatu & Conſilio Archi-Epiſcoporum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, CÆTERORUMQUE NOBILIUM &c.* Per Nobiles autem utrisque in locis non hodiernum Nobilium ordinem, ſed Dynaſtas vel Barones iſtius temporis intelligi, ex iis, quæ ſupra jam hac de re diſſeruimus, redditur manifeſtum, quibus etiam meritò acquieſcere poſſemus, niſi novam hîc injiceret objectionem *HYPPOLITUS à* Treiſpach im Bedencken der Reichs-Ritterſchafft Stand und Seſſion betreffend, *n.*247. & 248. ſummâ id agens ope, ut Nobiles, quorum in hac Lotharii Conſtitutione fit mentio, de hodierna Nobilitate Immediata interpretetur. Quare contrarium à Nobis probandum, oſtendendumque breviſſimis eſt, ordinem Equeſtrem ſive hodiernorum Nobilium, hoc adhuc Franconicorum ævo, Nobilium nomine nondum veniſſe; ad quod demonſtrandum innumera quidem & Diplomatum & Scriptorum coævorum teſtimonia afferre poſſemus, ſed paucis, ne extra cancellos vagemur, neu luci facem accendamus, erimus contenti. Certius quippe de hujus ævi Scriptoribus eſt certò, quòd titulum NOBILIS nulli tribuerint infra ordinem Dynaſtarum aut Baronum, ſed potiùs Superiores etiam, Comites puta, Marchiones, imò & Ducum filios, hoc prædicato cohoneſtaverint. Uno hoc evincemus *BERTOLDO CONSTANTIENS. qui ad ann.* 1081. Hermannum Lucelburgenſem contra Imperatorem Henricum IV. electum NOBILEM VIRUM: *ad ann.* 1091. Juditham Marchioniſſam NOBILEM GENERE: *ad ann.* 1084. Gebehardum Ducis Bertholdi filium NOBILEM itidem GENERE vocat. Quam ſolicitè autem NOBILES iſti VIRI à MILITIBUS, MINISTERIALIBUS, vel SERVITORIBUS, uti etiam vocantur, fuerint diſtincti, docet ſubſcriptio Diplomatis in *CHRON. LAURISHAM. apud Freher. tom.* I. *rer. German. pag.* 146. & 147. *Hæc traditio facta eſt regnante Conrado Rege ſecundo - - - coram probatis & ſubnotatis teſtibus, videlicet ipſe Folcnandus Abbas, & Decanus Hunfridus, Adelradus, Marquardus, Udalricus, & item Udalricus, Monachi: DE NOBILIBUS, Bobbo Comes, Bertolfus frater ejus, Magenes, Conradus: DE SERVITORIBUS, Cunradus, Bertholfus, Crafft, Dragebodo, Giſelberus, Diedericus, & DE PLEBE quamplurimi.* Ubi Nobiles

Excluſo hodierna Nobilitatis Immediata ordine;

Quod probatur contra Hyppolitum à Treiſpach.

biles à Servitoribus, & hi iterum à Plebe egregiè ſecernuntur: Docent *ANNAL. HILDESHEIMENS. ad ann.* 1121. *apud Leibnitium tom.* 1. *rer. Brunſuic. pag.* 739. *Prædictus Dux omnes ferè Urbis Defenſores, tam NOBILES quam MINISTERIALES, captos abducit.* Docet etiam, idque præclarè, *BRUNO de bello Saxon. apud Freher. pag.* 187. *Multi etiam de MAJORIBUS, qui bona in utriſque Regionibus habebant, ut utraque ſervarent, ſponte ſua hîc relicto filio ſeu fratre, ad Regem tranſibant - - - - Pleroſque MILITARIS ORDINIS ad ſe eodem modo vocabat, & prout cujusque animum cognoſcebat, minis ſive promiſſionibus ad bellum civile ſollicitabat. Etiam FAMULOS ad ſe vocatos non dedignatur orare.* Separantur hîc iterum Principes ſive MAJORES (quo nomine *Idem pag.* 194. & eos intelligit, qui Comites proximè ſequuntur) ab ORDINE MILITARI, & hic itidem à FAMULIS ſive Plebejis, adeò perſpicuè, ut vel unus iſte locus ſufficeret. Quod ſi ex Seculo huic proximo adjungeremus teſtimonium *GODEFRIDI MONACH. ad ann.* 1215. *apud eundem Freber. pag.* 383. *Syfridus Moguntienſis Archi-Epiſcopus, Leodicenſis, Bavenbergenſis, Pactavienſis, Argentinenſis, Epiſcopi, Dux Meraniæ, Dux Brabantiæ, H. Dux de Lynburg, Dux de Ancei, Palatinus Comes de Tuingen, Marchio de Bade, S. Comes de Los, W. Comes de Juliaco, H. Comes de Seine, H. Comes de Monte, & alii PLURIMI NOBILES, & magna ORDINIS EQUESTRIS multitudo Cruce ſignantur.* Si denique ex Seculis adhuc XIV. & XV. ingentem Diplomatum copiam, ex quibus infra *Sect. III.* ſpecimen ſaltem ſumus edituri, adnectere, iisque probare vellemus, antiquiſſimas etiam hodiernæ Nobilitatis familias id temporis nondum, ſed ſolos Comites & Dynaſtas adhuc titulo NOBILIUM fuiſſe inſignitos: Luce, credo, clariùs apparebit, Nobiles, quorum in allegata Lotharii Conſtitutione mentio fit, perperam ab HYPPOLITO applicari ad hodiernam Nobilitatem Immediatam. Hoc quidem Hyppolito lubentes concedimus, vocabulum NOBILIUM ibidem ſtrictiori intelligi ſignificatu, ſed vel ideò ad ſolos illud applicabimus Barones vel Dynaſtas, cùm aliàs hi ab iſta Lotharii Conſtitutione planè excluderentur, ſi neque ſub Comitibus, neque ſecundum interpretationem HYPPOLITI ſub Nobilibus comprehenderentur, niſi ſumma imis confundere, & adſtruere velles, ordinem Baronum & hodiernæ Nobilitatis Immediatæ fuiſſe unum eundemque: Cum tamen hujus ævi Scriptores & Status Imperii publicus de utriusque ordinis diverſitate

Omnes denique in genere ex or-

dine Nobilium. Baronum nomine veniebant, qui publicis officiis non erant præfecti,

ſitate tam luculenta exhibeant teſtimonia, ut nobis penitùs perſuadeant, ad Henricum usque V. Imper. nomine Nobilium vel Baronum, vel etiam Dynaſtarum, haud ſecus ac ſub Impp. Saxonicis, omnes ex ordine Nobilium comprehendi, qui publicis officiis non fungebantur, ſive Ducum, Marchionum, Comitum, ſive etiam Baronum ſaltem filii fuerint. Quanquam enim hoc inprimis ævo Duces, Marchiones & Comites, maximo laborarent ſtudio, ut officia ſua redderent hæreditaria: Quanquam etiam officium aliquod ſemel nacti nomen dignitatis iſtius, exauctorati licet, non facile deponerent, prout exemplo Ottonis Bavariæ Ducis docet *BRUNO de Bell. Saxon. apud Freher. pag.* 182. Nondum tamen usquequaque id efficere, aut officia ſua ita familiis adnectere poterant, ut dignitas paterna in filios jure ſanguinis transmitteretur. Suo id comprobat exemplo Welffus Bavariæ Dux, qui anno quidem 1096. Ducatui jam reſtitutus, anno tamen 1098. demum impetravit ab Imper. Henrico IV, ut unus ex filiis ſuis ſucceſſionem in Ducatum nanciſceretur, teſte *URSPERG. ad ann. 1098. pag. m. 175. Welffo Bajoariorum denuò Dux filios ſuos, & ipſos rebellare tentantes, gratiæ Imperatoris reconciliavit, & UNI EORUM Ducatum poſt ſe committi impetravit.* Confer. *Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill.* §. 26. *pag.* 57. ubi eandem fovet ſententiam, additque præclare: *At Lege tamen obtinuit nondum, ut Beneficia relinquerentur Liberis; Donec Lotharius Saxo Sceptra capeſſeret, & rationem aliam Henrici Aucupis & Francica Stirpe oriundis Regibus non penitùs uſitatam, iniret.* Cætera de feudis Baronum Vexilliferis, aliisve ad Libertatem & Dignitatem ipſorum pertinentibus, ut prolixè hic repetamus, neceſſarium fore non arbitramur, quoniam id ſub Impp. Saxonicis jam factum, & ſub Impp. Suevicis commodior adhuc de iisdem erit dicendi locus.

Ordo Equeſtris ſub Impp. Franconicis maximè quidem diſtinctus erat ab Ordine Plebejorum.

§. XVIII. Videamus potius curâ quâdam intentiore, quam diverſa etiam ſub Imperio Franconicorum fuerit conditio ORDINIS EQUESTRIS à Statu Comitum atque Dynaſtarum. Ordo iſte Equeſtris ſive Militaris illud quidem hoc itidem ævo præ cæteris inferioris conditionis Hominibus habebat præcipui, ut nullus ad ſervitia iſthæc militaria, quæ Milites ſubibant, admitteretur regulariter, niſi qui de ordine eſſet militari, Plebejorum verò, qui fortè peditatum, ſi quis nonnunquam aderat, conficiebant, non adeo magna haberetur ratio, ſed hi potius uſibus Caſtrorum ſervilem plerumque operam dependerent, teſte *LAMBERT. SCHAF-*

SCHAFNABURG. ad ann. 1075. pag. m. 512. Tum verò, ut ſemper in fuga Hoſtium ignaviſſimis & fortiſſimis par ſolet eſſe audacia, par gloria, omnes in exercitu Regis Legiones confuſis Ordinibus, OMNES etiam PLEBEI AC RUSTICI, QUI CASTRORUM USIBUS SERVILEM OPERAM DEPENDEBANT, ocyus ſe ad perſequendos fugientes expediunt. Imò & hoc utilitatis adhuc nacti ſunt Milites ſub Impp. Franconicis, ut cum antea feuda ſive beneficia ipſorum in filios tantùm transmitterentur, nunc defuncto fortè antè Patrem filio, etiam Nepotes ad ſucceſſionem Avi eſſent admittendi, per Conſtitutionem Conradi Salici, quæ extat in *LL. LONGOBARD. lib. 3. tit. 8. leg. 4. apud Lindenbrog. Cod. LL. antiq. pag. 678.* inſertaque reperitur LIBRIS FEUDORUM, qua Conradum Imp. Militum animos multum attraxiſſe, eamque non ſolis Longobardis ſed univerſo Imperio Germanico latam eſſe, è *WIPPONE* prolixè jam deduxit *Dn. THOMAS. in Select. feudal. Diſſert. de Autor. Libr. Vet. de Benef. §. 28. ſeqq.* Nihilo tamen minus Ordo etiam Equeſtris à Comitibus & Dynaſtis quam maximè adhuc erat diverſus; Quæ Status utriusque diverſitas multis ſeſe oſtendit modis, & quidem *primò* intuitu ipſius MILITIÆ. Comites enim & Dynaſtæ non ſolum ab Imperatore, ſed etiam à Statibus Imperii, maximè Epiſcopis, interdum obtinebant Beneficia, horumque reſpectu fiebant & dicebantur Milites ipſorum, id quod etiam de Ducibus & Marchionibus §. 16. jam docuimus; Sed in eo erant diſtincti à Militibus ex Ordine Equeſtri, quod illi dicerentur MILITES SUPERIORES, hi INFERIORES: Illi MILITES PRIMI, hi GREGARII vel SIMPLICES: Illi VALVASORES MAJORES, hi MINORES. Ad primam diſtinctionem forſitan haud ineptè applicaveris verba *HEPIDANI ad ann. 1041. apud Goldaſt. tom. 1. Part. 1. rer. Aleman. Fœdus valida Conjurationis in Italia exoritur. INFERIORES namque MILITES SUPERIORUM iniqua Dominatione plus ſolito oppreſſi, ſimul omnes illis reſiſtunt coadunati. Nec non etiam quidam ex SERVILI CONDITIONE contra Dominos ſuos protervâ factione conſpirati ipſi ſibimet intra ſe Judices Jura ac Leges conſtituunt, fas nefasque confundunt.* Confer. *WIPPO in Vita Conrad Sal. apud Piſtor. pag. 440.* De ſecunda diſtinctione notiſſima ſunt verba *WIPPONIS cit. loc. pag. 428. Quod omnes Epiſcopi, Duces, & reliqui Principes, MILITES PRIMI, MILITES GREGARII, quin INGENUI omnes, ſi alicujus momenti ſint, Regibus fidem faciant.* Quibus hanc adjungit explicationem

Et pleniorem obtinuit ſucceſſionem in feudis;

Diverſus tamen etiam erat ab Ordine Comitum & Dynaſtarum, Intuitu Militia,

CARO-

CAROLUS du FRESNE in Gloſſar. Voc. Miles. tom. 2. pag. 543. Milites primi & primi Ordinis, ſunt Barones ac Banneretti, qui educendi Vexilla in præliis jus habebant. Alii Milites ſecundi vel tertii Ordinis & Gregarii ſunt ii, quos Chevaliers Bachelicrs dicimus, & qui Milites Simplices appellantur in Conſt. Sicul. lib. 1. tit. 9. 10. lib. 2. tit. 3. ubi Baronibus opponuntur. Tertia diſtinctio fundatur in ipſa allegata Conſtitutione Conradi Salici, ubi expreſſa ſit mentio VALVASORUM MAJORUM & MINORUM, quibus tertia poſtea accedebat Valvaſorum ſpecies, VALVASORES nempe MINIMI, ſive VALVASINI. Sed quum ſignificatio horum terminorum, qui Longobardis maximam partem debentur, nonnullam poſterioribus temporibus mutationem eſſet paſſa, hinc tam varias, tamque diverſas Feudiſtarum, diverſitatem temporis non accuratè obſervantium, interpretationes videmus, ut terminos hos magis reddant obſcuriores, quam illuſtrent. Nos proinde miſſis Dd. Opinionibus, miſsâ etiam explicatione OBERTI de ORTO II. FEUDOR. X., utpote temporis recentioris, ipſi Conſtitutioni Conradianæ inhærentes, per VALVASORES MAJORES tempore latæ hujus Conſtitutionis intelligimus omnes ex Ordine Nobilium, Duces puta, Marchiones, Comites & Barones, qui præter feuda ſua Regalia ab Imperatore obtenta, beneficia quoque poſſidebant ab aliis Statibus; Idque probamus ex ipſa Conradi Conſtitutione, ubi inter Milites Epiſcoporum, Abbatum, cætera, VALVASORES etiam MAJORES referuntur, qui ante tempora *Gerhardi Nigri* & *Oberti de Orto*, ſoli vocabantur CAPITANEI, per textum expreſſum in II. FEUDOR. X. *Qui vero à Principe vel ab aliqua Poteſtate de Plebe aliqua vel Plebis parte per feudum eſt inveſtitus, is CAPITANEUS appellatur, QUI PROPRIE VALVASORES MAJORES NB. OLIM appellabantur.* Nomen autem iſtud CAPITANEI ad ſolos olim pertinuit è claſſe Nobilium, per textum iterum expreſſum in I. FEUDOR. I. & VII. ibique hæc verba: *Si Princeps inveſtierit CAPITANEOS ſuos de aliquo feudo, non poteſt eos deveſtire ſine culpa, id eſt, MARCHIONES ET COMITES, & Ipſos, qui NB. PROPRIE hodie CAPITANEI appellantur.* Fuerat ergò Capitaneus & Valvaſor major tùm unus idemque, & is tantum & *proprie* ex Ordine Nobilium: Per VALVASORES autem MINORES intelligimus Milites ex ordine Equeſtri, qui nulla poſſidebant feuda Regalia; ſed Milites ſaltem erant Valvaſorum Majorum, unde etiam in dicta Conſtitutione Conradi ſimul MILITES

LITES VALVASORUM MAJORUM, ſimul etiam VALVASORES MINORES vocantur: De VALVASINIS noſtrum non eſt, multa hîc inſerere, quoniam ipſorum dicta Conradi Salici Conſtitutio planè non meminit, iique præter hæc fuêre ex ordine Plebejorum, nullam olim feudi conſuetudinem habentium, vid. II. FEUDOR. X. confer. *CAROLUS du FRESNE Gloſſar. voc. Valvaſini tom. 3. pag. 1265.* Omnia autem de Valvaſoribus hactenus dicta præclarè illuſtrat *OTTO FRISING. de Geſt. Frid. I. lib. 2. cap. 13. apud Urſtiſ. pag. 453.* de Longobardorum triplici Statu ita diſſerens: *Tres inter eos Ordines, id eſt, CAPITANEORUM, VALVASORUM* (ſc. Minorum) *& PLEBIS eſſe noſcuntur:* Omnia etiam iſthæc ſatis evincunt, tantam intuitu Militiæ eo adhuc tempore fuiſſe Comitum ac Dynaſtarum differentiam ab ordine Equeſtri, quanta inter Capitaneos & Milites Gregarios, inter Dominos & Vaſallos eſſe plerumque aſſolet. Inde verò *altera* jam fluit Ordinis utriusque diverſitas etiam ratione SUBJECTIONIS. *Subjectionis* Licet enim Comites atque Dynaſtæ hujus vel illius beneficii reſpectu interdum etiam Vaſalli eſſent aliorum Statuum, maximè Epiſcoporum; Ideò tamen Immedietatis ſuæ jacturam non fecerunt, ſed vi Feudorum ſuorum Regalium pariter ac Duces & Marchiones, hujusmodi etiam beneficia ab Epiſcopis tenentes, conſilia ſua tanquam Conſtatus cum reliquis communicarunt, ſuffragiisque coadunatis providerunt, ne quid detrimenti ſalus publica cujuslibet Provinciæ pateretur: At Militibus ex ordine Equeſtri cum hisce prærogativis nihil erat negotii, neque facilè apud Scriptores hujus ævi invenies, ipſos talibus ſeſe immiſcuiſſe conventibus, utpote quibus gloria ſaltem parendi erat relicta, ut ſequerentur, quocunque ducerentur à Principibus ſuis, quos inter & Comites & Dynaſtas fuiſſe, non ſolum §§. *præced.* jam docuimus, ſed inſigni adhuc confirmamus teſtimonio *ABBATIS URSPERGENSIS ad ann. 1104. pag. m. 185.* ubi ita: *Henricus,* inquit, *Imperator natalem Dn. Ratiſponæ celebravit. Cumque ibidem aliquandiu moraretur, orto quodam prius murmure inter BAJOARIÆ PRINCIPES, eò quod SAXONES vel familiariùs illic & honorabiliùs quam indigenæ ab Imperatore tractarentur, Sigehardus COMES qui hujusmodi ſuſpicionem maximè notabat, cœpit Imperatori paulatim inviſus haberi: Propter hoc autem maximè, quod ipſe ſolus præ CUNCTIS, qui tunc aderant, PRINCIPIBUS, ABUNDANTIORI MILITUM COPIA adducta, NB. ad reſiſtendum ſe, ſi fortè de Curia quicquam*

Digitized by Google

ſecus cederet, videbatur commiſiſſe. Quo ſimul docemur, Milites Vexillis Dominorum ſuorum usque eò adhæſiſſe, ut etiam contra ipſum Imperatorem Principes ſuos deſerere nefas ducerent: Hinc cum Henricus IV. Militibus Saxonicis ſimul blandis ſermonibus, ſimul etiam minis, ut à Principibus ſuis deficerent, perſuadere vellet, hoc ipſos Imperatori reſponſum dediſſe refert *LAMB. SCHAFNAB. ad ann. 1075. p. m. 509. Ad hæc Saxones graviſſimam, ajebant, habemus legationem, & niſi PRINCIPES NOSTRI de omnibus quæ objiciuntur, juxta magnificentiam Regiam ei ſatisfacere ſpondeant, eos ſine mora, vel captos, & in vincula conjectos ejus examini reſervabimus, vel in favillam redactis omnibus, quæ ad eos pertinent, Saxoniâ procul effugabimus. Quod ſi juſtis & Regio nomine dignis conditionibus parati ſunt, vel objecta purgare, vel quæ peccaverunt expiare, oramus & per Deum obteſtamur, ut honori potiùs ſuo quam iracundiæ conſulat. Nec ante PUBLICAM PRINCIPUM CÆTERORUM AUDIENTIAM & legitimam diſcuſſionem aliquid in eos, quod ſe non deceat, decernat. Diem potiùs ſtatuat, locum deſignet, copiam det tutò coram veniendi, & tutò cauſam dicendi, ut ſecundum PALATINAS LEGES juſtâ examinatione habitâ, vel puniat convictos, vel abſolvat innocentes. Quod ſi ira immoderatior nullam admittit ſatisfactionem, nec alio pacto quam ſanguine PRINCIPUM NOSTRORUM reſtingui poterit, quid prodeſt ambiguis reſponſionibus ſententias involvere? EXTREMÆ IMPIETATIS fore judicamus, ut PRINCIPES NOSTROS DESERAMUS, & eos pro nobis jugulandum objiciamus. Quos haud dubiè ſcimus nullo privato odio vel gratia, NB. SED SOLA TUENDÆ SALUTIS NOSTRÆ, ET VINDICANDÆ LIBERTATIS NOSTRÆ CAUSA contra Regem arma ſumpſiſſe.* Hæc ultima verba aliàs ad Dominos territoriales, utpote qui ſalutem ſuorum tueri, & libertatem vindicare dicuntur, plerumque applicare ſolemus, adeoque majorem quandam ſubjectionem, quam quæ nexui vaſallitico hodie attribui ſolet, in receſſu habere videntur, & novam iterum eamque egregiam afferunt utriusque Status diverſitatem, reſpectu etiam JUDICIORUM. Comites nempe & Dynaſtæ, uti eodem hoc loco docemur, ſolum Imperatoris & Statuum Imperii judicium agnoſcebant, confer. *IDEM SCHAFNABURG. pag. 510. & ad ann. 1076. pag. 519.* Militum verò ex ordine Equeſtri cauſæ ſive criminales ſive etiam civiles, coram Ducibus, Marchionibus, Comitibus & Dynaſtis ſuis, cunctis Feudis Regalibus & jurisdictione criminali inſtructis, ventilabantur. Video quidem à parte Nobilitatis Immediatæ

Iudiciorum.

mediatæ exemptionem quandam hic prætendi, & argumentum à nexu vaſallitico, ad reliquam ſubjectionem non admitti; Sed velim imprimant ſibi, ordinem Equeſtrem ante Militem mercenarium, quem hodie habemus, tam laxo nondum gaviſum nexu vaſallitico, (qua de re infra §. 25. plura afferemus argumenta) multò minus feudis regalibus id temporis fuiſſe inſtructum: velim ergo producant ex eodem hoc ævo Franconicorum teſtimonia Diplomatum Scriptorumve coævorum, quod ordo Equeſtris inter Pares Curiæ Imperialis cum cæteris Imperii Statibus comparuerit, & cauſa cujusque Militis coram ſolo Imperatore regulariter fuerit judicata, etiam eorum, qui bona & prædia ſua in territoriis Statuum habebant ſita. Infinitus hic fuiſſet labor Imperatoribus, neque ex iis quæ ſub Impp. Carolinis & Saxonicis produximus, & ex ſeculis poſterioribus adhuc producemus, tam facilè præſumendus: Quin potiùs vel uno *BERTOLDI CONSTANTIENS. ad ann.* 1093. teſtimonio, quod §. 16. jam dedimus, contrarium facili poteſt negotio demonſtrari, ubi mentio quidem fit Ducis atque Comitum quibus ſecundum Legem Alemannorum obſecundaretur, mentio etiam Principum, qui per POTESTATEM SUAM (id eſt diſtrictum Jurisdictionis & Dominii ſui, vid. *du FRESNE Gloſſar. h. voc. tom. 3. pag. 366.*) conſtitutam ibidem Pacem publicam viritim jurare fecerunt; Num verò ab hoc obſequio ordo militaris fuerit exemtus? Ne γρῦ quidem adjicitur, adeoque parti adverſæ id probare omninò incumbit. Non ſolum autem in criminalibus & civilibus, ſed feudalibus etiam cauſis hanc judiciorum diverſitatem obſervare licet. Cauſæ namque Nobilium ſive Valvaſorum majorum feudales, priùs quidem in judicium Senioris & Parium Curiæ etiam deducebantur, ſed ita, ut, ſi ſententiis ipſorum condemnati acquieſcere nollent, liberrimus ſemper aditus ad ipſum pateret Imperatorem: Cauſæ verò ordinis Militaris ſive Valvaſorum minorum feudales adeò fuêre judicio Seniorum ſuorum ſubjectæ, ut ne ad Imperatorem quidem appellatio admitteretur. Utrumque Imperator Conradus Salicus in ſæpius allegata Conſtitutione his verbis ſancivit: *Si contentio emerſerit inter Seniorem & Militem, quamvis Pares judicaverint, illum ſuo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc injuſte vel per odium factum eſſe, ipſe ſuum beneficium teneat, donec Senior & ille quem culpat, cum Paribus ad noſtram præſentiam veniant, & ibi cauſſa juſte determinetur. Senior verò & Miles qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, ſex Hebdomadas antequam*

 iter

Digitized by Google

iter incipiat, ei cum quo litigaverit, innoteſcat. NB. HOC AUTEM DE MAJORIBUS VALVASORIBUS OBSERVETUR. De MINORIBUS vero in Regno noſtro, aut *ante Seniores,* aut *ante Miſſum noſtrum eorum cauſa finiatur.* Separantur hic inſigniter Majores Valvaſores, à Minoribus, horumque foro extremo adjicitur particula AUT, quâ indicatur præventioni ibi fuiſſe locum, ita ut cauſa in judicium Senioris ſemel deducta, ne ad Miſſum quidem Regium potuerit devolvi, ſed coram Seniore & Paribus eſſet finienda. Tandem etiam eandem utriusque Ordinis diverſitatem

Pœnarum invenimus in POENIS infligendis. Turbatores enim Pacis publicæ, antequam mortis ſententia punirentur, ſi quidem ex ordine NOBILIUM fuerant CANEM: Ex Ordine verò MILITARI, SELLAM: Et PLEBEJI ROTAM ARATRI de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogebantur; Idque veterem fuiſſe conſuetudinem, teſtis eſt *OTTO FRISING. de Geſt. Frider. I. lib. 2. cap. 28. apud Urſtiſ. pag. 470. Vetus conſuetudo pro Lege apud Francos & Suevos inolevit, ut ſi quis NOBILIS, MINISTERIALIS, vel COLONUS, coram ſuo Judice pro hujusmodi exceſſibus reus inventus fuerit, antequam mortis ſententia puniatur, ad confuſionis ſuæ ignominiam, NOBILIS CANEM, MINISTERIALIS SELLAM, RUSTICUS ARATRI ROTAM de Comitatu in proximum Comitatum geſtare cogatur.* Ubi per NOBILES omnes ex ordine Nobilium, Duces videlicet, Marchiones, Comites & Dynaſtas intelligi, exempla ab *URSPERGENS. ad ann. 937. pag. m. 156.* & *FRISINGENS. cit. loc.* adducta evincunt. Confer. *CAROL. du FRESNE Gloſſar. voc. Canem ferre. tom. 1. pag. 746. & 747. BANGERT. in Not. ad Arnold. Lubecenſ. lib. 7. cap. 2. pag. 502. ſeqq.* Nomine MINISTERIALIUM autem omnem indicari ordinem Equeſtrem, Decreto Imp. Ludovici III. haud parum confirmat *du FRESNE Gloſſar. voc. Sellam geſtare. tom. 2. pag. 787.* Et hæc quidem omnia de ordine Militari in genere: Statum verò Miniſterialium in ſpecie ita dictorum prolixè hic non explicabimus, quoniam nullam fere ſub Impp. Franconicis mutationem invenies, niſi quod confirmato ipſis magis atque magis jure ſuccedendi in beneficia ſua, conditio etiam eorum in dies reddita fuerit adſtrictior, nomenque Miniſterialium tandem tam latam nactum ſignificationem, ut omnes interdum ex ordine Equeſtri hoc titulo comprehenderentur, qua de re ſub Epocha ſequente plura ſunt dicenda.

§. XIX.

Digitized by Google

§. XIX. Reſtat ergò QUINTA eaque ultima EPOCHA, tempus ex quo familia HOHENSTAUFFIA Sceptrum Cæſareum nacta, eoque iterùm privata eſt, ſive à Conrado III. Imp. ad magnum illud atque fatale Germaniæ noſtræ Interregnum complectens, eò accuratiori ſtudio perluſtranda, quo majores jam Satus publici mutationes obſervare licet. Nimius enim Ducum fervor augendæ potentiæ, jusve hæreditarium in Ducatus ſuos pleno jure ſibi acquirendi, & aliæ fortunæ acceſſiones effecerunt, ut authoritas Ducum mirum in modum creſceret, cæteri verò Status ipſis magis ac magis ſubjicerentur, & numero ferè Landſaſſiorum adſcriberentur. Viam hac in re cæteris quaſi monſtravit DOMUS WELPHICA, unde etiam de Bavaria & Saxonia initium faciendum. Welphus enim primus ex hac familia Dux, Bavariæ Ducatum adeptus, non ſolum fundamenta jam jecit, & bona ſua avita nonnullis Comitum patrimoniis adauxit, teſte *MONACH. WEINGARTENS. de Guelff. Princ. §. 8. apud Leibnitium tom. 1. rer. Brunſuic. pag. 784. & 785. Omnes poſſeſſiones Luitoldi Comitis, quas in partibus iſtis habuit, præter illas, quas in Zuvifalten, Sancta Maria contradidit, cum duobus caſtris Achalm & Wulfelingen ipſo donante poſſedit. Patrimonium quoque Comitis Ottonis de Buchorn, eo vivente & bona voluntate tradente, recepit & obtinuit.* Sed & filii Welphus II. & Henricus Niger in augenda paterna hæreditate veſtigiis ipſius accerrimè inſtiterunt; Ille cum ductâ celeberrima illa Mathilde magnam Italiæ partem bonis avitis adjungeret, atque rupto licet iterum hoc matrimonio poſteris tamen Guelfigenis jus relinqueret, ex quo ſibi terras Mathildis vindicarunt, vid. *Illuſtr. LEIBNIT. Introduct. in tom. 1. rer. Brunſuic. pag. 3.* Hic verò cum Magni Ducis Saxoniæ filiæ Wulphildi patrimonii Luneburgici hæredi matrimonio jungeretur, vid. Geneal. *Dn. PFEFFINGERI ad Vitriar. tom. 2. pag. 130.* Ad maximum tandem faſtigium hanc Welphorum potentiam perduxêre Henricus Superbus, & filius Henricus Leo; Henricus quippe Superbus tantâ potentiâ ditatus, reliquos Bavariæ Status magis ac magis dominatui ſuo ſubjecit, conventum pro lubitu indixit, contentiones ipſorum dijudicavit, ac collectâ magnâ Militum manu, omnibus terrorem incuſſit, referente id *WEINGARTENS. cit. loc. §. 11. pag. 786. Henricus defuncto patre, Ducatum ejus adeptus; generalem conventum Ratiſpona OMNIBUS indixit; Quo collecto Milite adveniens, quicquid inſolentia in Civitate, ſive extra circumquaque ad aures ejus perla-*

Status Comitum ſub Impp Suevicis

An & quomodo mediatus fuerit factus

In Bavaria & Saxonia,

tum eſt, providâ diſpenſatione dijudicavit. Diſcrimina bellorum inter PRINCIPES ſeu MAJORES TERRÆ diu exagitata compeſcuit; Pacem firmiſſimam omnibus annunciavit, & juramento confirmari PRÆCEPIT. Et ſic demum acceptâ à Burgenſibus pecuniâ TERROREM CUNCTIS incutiens, Civitatem egreditur, & munitiones ac Villas prædonum & proſcriptorum per totam Provinciam devaſtat. Contracto dein cum Gertrude Imperatoris Lotharii filia matrimonio, DUCATUM etiam Saxoniæ nactus eſt, & ſic duplici utrorumque Ducatuum potentiâ, Socerique Lotharii Imperatoris favore fretus, renitentes ſibi Bavariæ Status eò facilius compeſcere, ſibique ſubjicere potuit, de quorum pervicacia, bellisque cum ipſo geſtis, vid. *WEINGARTENS. cit. loc.* §. 12. *pag.* 787. & *URSPERGENS. in vita Lothar. pag. m.* 211. Filius autem Henricus Leo recuperato Bavariæ Ducatu, tanta præter utrosque Bavariæ & Saxoniæ Ducatus, incrementa potentiæ ſuæ adjecit, ut haud immeritò PRINCEPS PRINCIPUM TERRÆ vocaretur. Augmentum ipſius in compendio refert *HELMOLDUS lib.* 1. *Chron. Slavor. cap.* 6. *n.* 6. *Et increvit Ducis* (Henrici Leonis) *poteſtas ſuper omnes, QUI FUERUNT ANTE EUM, & NB. factus eſt PRINCEPS PRINCIPUM TERRÆ. Et conculcavit colla rebellium, & effregit munitiones eorum. Et perdidit viros deſertores, & fecit pacem in terra, & ædificavit munitiones firmiſſimas, & poſſedit hæreditatem multam nimis. Præter hæreditatem enim magnorum Progenitorum, Lotharii Cæſaris & Conjugis ejus Richenzen, multorumque Ducum Bavariæ atque Saxoniæ, acceſſerunt ei nihilominus multorum Principum poſſeſſiones, ut fuit Heremannus de Winzeburg, Sifridus de Hammenburg, Otto de Asle, & alii quorum mentio excidit. Quid dicam de ampliſſima poteſtate Hartvvici Archi-Epiſcopi, qui de antiqua Udonum Proſapia deſcendit. Nobile illud Caſtrum Staden cum omni attinentia ſua, cum Cometia utriusque ripæ, & Cometia Thetmarſcia vivente adhuc Epiſcopo obtinuit, quædam quidem hæreditario jure, quædam beneficiali. Extenditque manum in Freſiam, & admovit eis exercitum, & dederunt ei pro ſumet redemtione, quod poſtulati fuiſſent.* Hinc Archi-Principatus ille in Bavaria & Saxonia! Hinc tantus Baronum, Comitum, cæterorumque Statuum Landſaſſiatus! Antea enim Duces Bavariæ & Saxoniæ beneficia acceperant ab Epiſcopis, erantque Milites ipſorum: At nunc facti ſunt Domini Epiſcoporum, nunc inveſtituram etiam Epiſcopatuum per annulum & baculum arrogare ſibi non dubitavit Henricus Leo. Expertus id

fuit

fuit Vicelinus, ab Hartwico Archi-Epiſcopo Hamburgenſi Epiſcopus Aldenburgenſis inconſulto Henrico Leone conſtitutus, qui ea propter Ducem adiit veniam rogaturus, ſed hoc ab ipſo reſponſum accepiſſe dicitur apud *HELMOLDUM lib.1. cap.69. n.8. pag.158. Dignum quidem fuit, o Epiſcope! ut vos nec ſalutarem nec reciperem, eò quod nomen iſtud me inconſulto ſuſceperitis. Ego enim hujus rei moderator eſſe debueram, maximè in terra quam Patres mei, favente Deo, in Clypeo & Gladio obtinuerunt, & mihi poſſidendam hæreditaverunt. Sed quia Sanctitas veſtra dudum mihi comperta eſt, progenitores quoque noſtri vos ab initio fidelem probaverunt, decrevi jam noxa hujus obliviſci, promotionique veſtræ pleno favore concurrere, ſcilicet eâ conditione, ſi inveſtituram Epiſcopalem de manu mea recipere volueritis. Hoc enim pacto res veſtræ proceſſum habere poterunt. Et viſum eſt Epiſcopo verbum illud durum, eò quod eſſet præter conſuetudinem.* Viſum etiam eſt durum Archi-Epiſcopo Hamburgenſi, adeò ut contra Vicelinum conſulentem ſe, quid opus eſſet facto? *cit. loc. n.11. pag.159.* in hæc eruperit verba: *In hoc negotio penſari decet, qualiter inveſtituræ Pontificum Imperatoriæ tantum dignitati permiſſæ ſunt, quæ ſola excellens, & poſt Deum in filiis hominum præeminens, hunc honorem non ſine fœnore multiplici conquiſivit. Neque Imperatores digniſſimi levitate uſi ſunt, ut Epiſcoporum Domini vocarentur, ſed compenſaverunt noxam hanc ampliſſimis Regni divitiis, quibus Eccleſia copioſius aucta decentius honeſtata, jam non vile reputet ſe ad modicum ceſſiſſe ſubjectioni, nec erubeſcat uni inclinari, per quem poſſit in multos dominari. NB. Ubi enim Dux vel Marchio, ubi in Regno Principatus, quantumlibet magnus, qui Pontificibus manus non offerat; recuſatus, opportunè importunè ſe non ingerat? Certatim currunt, ut Homines fiant Eccleſiæ, & participes fiant Beneficiorum ejus. Vos igitur honorem hunc peſſundabitis, & infringetis jura magnis authoritatibus edita? Dabitisne huic Duci manus veſtras,* NB. UT HOC EXEMPLO INCIPIANT ESSE PRINCIPUM SERVI, QUI FUERANT PRINCIPUM DOMINI. Antea Saxoniæ Comitum controverſiæ, ſi quas vel inter ſe ipſos vel cum Ducibus aliisve Statibus habebant, coram Imperatore & Statibus Imperii dijudicabantur: Nunc autem ipſorum cauſas ad Ducem ejusque Conſiliarios devolutas, & coram his deciſas fuiſſe, docet exemplum, quod refert *ALBERT STADENS. ad ann. 1139. apud Schilter. pag. 270. Acceſſit Adolfus Comes ad Ducem puerum, & ad Conſiliarios ejus, egitque cauſam ſuper Wairenſi Provincia, prævaluitque & juſtiori cauſſa & ampliori*

ampliori pecunia. Confer. *ARNOLD. LUBEC. lib.* 2. *Chron. Slavor. cap.* 30. *n.* 3. *pag.* 288. Ubi Adolfus Holſatiæ Comes coram Henrico Leone quorundam criminum à Comite Guncelino incuſatus, ita ſeſe defendit: *Veſtræ quidem poteſtatis eſt, hoc mihi in conſpectu Domini mei, Ducis, impingere, cum vobis paratiſſimus in omnibus ſemper fuerim. Nunc autem in quibus à me læſi fueritis; coram Domino meo proponite, ut de his me, ſi potero, aut juſtè expurgem; ſin autem, juſtè vobis coram Domino meo ſatisfaciam. Si quid tum Domino meo in me diſplicuit, ſicut juſtum eſt eum de me quæ voluerit judicare, me omnem ei ſatisfactionem exhibere.* Antea ſi quid totius Provinciæ nomine erat ſuſcipiendum, ſi conſulendum de Provinciæ ſalute, ſi Miles cogendus, non ſola Ducis authoritas attendebantur, ſed cæterorum quoque Satuum conſenſu atque ſuffragio erat opus; Aſt jam cuncta ferè ad nutum Ducis gerebantur, Ipſe ſolus in expeditione ſubeunda, quid fieri vellet, præceperat, vid. *HELMOLD. lib.* 2. *cap.* 4. *pag.* 220. Adeò ut ſi vel iter ſaltem in Terram Sanctam inſtitueret Henricus Leo, omnes Epiſcopi, Abbates, Comites, cæterique Terræ Nobiliores præſto eſſe, ipſumque comitari tenerentur; Ita enim *ARNOLD. LUBEC. lib.* 1. *cap.* 2. *pag.* 141. *Ordinatis ergò rebus ſuis, de profectione Hieroſolymitana acrius cogitare cœpit, & Terræ ſuæ tutelam Wichmanno Archi-Epiſcopo Magdeburgenſi conſignans, Nobiliores Terræ itineris ſui ſocios facit, Conradum ſcilicet Epiſcopum Lubicenſem, Henricum Abbatem de Brunſvvich, Bertoldum Abbatem de Lunenburg, & memoratum Pribizlavum Regulum Obotritorum, & Guncelinum Comitem de Zuerin, & Sifridum Comitem de Blanckenburg, & alios quam plures, tam de VIRIS SUIS LIBERIS, quam de MINISTERIALIBUS. Et non remanſit quisquam Majorum, excepto Ecberto de Wolfelebotele, quem conſtituit Dux ſuper Familiam ſuam, maxime tamen deputatus eſt in miniſterium Dominæ Duciſſæ Mechtildis.* Et ut omnia paucis abſolvam; Anteà Comites à ſolo dependebant Imperatore, & pro ratione ſtatus vel à partibus Ducis ſtabant, vel contra ipſum arma capiebant; Nunc autem in hac Terra *ſola Ducis authoritas attendebatur, ipſique refragari erat formidoloſum*, quibus verbis de Henrico Leone utitur *HELMOLD. lib.* 1. *cap.* 73. *pag.* 167. & *lib.* 2. *cap.* 1. *pag.* 216. Quid proinde mirum? quod Principes inprimis Saxoniæ Ducis Imperii pertæſi, tantum ſubjectionis jugum iterum dejicere, & priſtinæ ſe libertati reſtituere, ſummo contenderent labore, teſte *HELMOLD. lib.* 2. *cap.* 7. *pag.* 226. *Sed quia gloria parit invidiam,*

Digitized by Google

diam, & quia nil durabile in rebus humanis, tantam viri gloriam zelati ſunt omnes Principes Saxoniæ. Ille enim immenſis divitiis locuples, clarus victoriis, & propter geminum Bavariæ & Saxoniæ Principatum ſublimis in gloria ſua, omnibus Saxoniæ tam Principibus quam Nobilibus, importabilis viſus eſt. Et *ſeq. cap.* 8. *pag.* 228. *Tunc Colonienſis Archi-Epiſcopus cæterique Principum mandaverunt ei* (ſc. Hartwico Archi-Epiſc. Hamburg.) *per literas, ut revocaret ad cor omnes preſſuras, quibus attriviſſet eum Dux: NB. NUNC TANDEM VENISSE TEMPUS, quo poſſit auxilio Principum recuperare Statum honoris ſui.* Quid etiam mirum? quod hæc Principum atque Nobilium ſive Dynaſtarum ſuppreſſio, præcipuis poſtea adnumeraretur cauſis, ob quas Henricus Leo in Comitiis Gelnhuſanis proſcriptus erat ab Imperatore Friderico Barbaroſſa; Legi ſane! meretur Diploma Friderici Imp. quo Archi-Epiſcopo Colonienſi Ducatum Weſtphaliæ & Angariæ contulit, quodque non ſolum *SCHATEN.* in ſuis *Annal. Paderborn. lib.* 9. *ad ann.* 1180. Sed & è LUNIGIO exhibuit Conſultiſſ. *Dn. FELTZ. in Diſſert. de Elector. Colon. pag.* 38. *ſeq.* Verba Diplomatis hæc ſunt: *Proinde tam præſentium quam futurorum Imperii fidelium noverit univerſitas, qualiter Henricus quondam Dux Bavariæ & Weſtphaliæ, eo quod Eccleſiam Dei & NOBILIUM IMPERII LIBERTATEM, POSSESSIONES EORUM OCCUPANDO, ET JURA EORUM IMMINUENDO GRAVITER OPPRESSERIT, ex inſtanti Principum querimonia & Nobilium plurimorum, quia citatione vocatus Majeſtati noſtræ præſentari contemſerit, & pro hac contumacia proſcriptionis noſtræ inciderit ſententiam. Deinde quoniam in Eccleſias Dei & PRINCIPUM & NOBILIUM JURA & LIBERTATEM graſſari non deſtiterit &c.* Utut alias adhuc adjiciat cauſas *ARNOLD. LUBEC. lib.* 2. *cap.* 15. *&* 16. Hoc interim certum, proſcripto Henrico Leone novam rerum faciem accepiſſe Saxoniam, multosque Principes, Comites, ac Dynaſtas hac occaſione utentes, libertatem atque Immedietatem recuperaſſe, nec facilè Imperio poſteriorum Ducum ſe rurſus ita ſubdidiſſe; Id quod dolet *ARNOLD. LUBEC. lib.* 3. *cap.* 1. ajens: *In diebus illis non erat Rex in Iſraël, ſed unusquisque quod rectum in oculis ſuis videbatur, faciebat. Siquidem poſt exilium Ducis Henrici - - - - tyrannico more unusquisque regnabat in loco ſuo, & alterutrum vim faciebant, & vim patiebantur. Denique Bernhardus Dux, qui Principatum obtinere videbatur, ſegniter agebat - - - - Unde nec ab Imperio juxta ſtatum prioris eſt honoratus, nec*

Digitized by Google

à Principibus, vel terra Nobilioribus, eſt reputatus. Haud minimum quoque medium deſtruendæ Welphorum potentiæ fuit exemtio Auſtriæ à Ducatu Bavariæ, & in novum Ducatum erectio, ubi quin Comites cæterique Auſtriæ Potentes novo huic Ducatui fuerint ſubjecti, factique mediati, nullum ſupereſſe dubium arbitror. Clariſſima enim ſunt verba Imperatoris Friderici I. in Diplomate, quod ediderunt *CHRON. AUGUSTENS. ad ann.* 1156. *apud Freher. tom.* 1. *rer. German. pag.* 510. & 511. *Edit. nov.* & *ANDR. PRESBYTER in Chron. Bavar. apud Schilter. pag.* 27. ubi Imperator ita: *Statuimus quoque, ut nulla magna vel parva perſona in ejusdem Ducatus Regimine ſine Ducis conſenſu vel permiſſione aliquam juſtitiam præſumat exercere.* Ratio autem hujus ſubjectionis non difficilis eſt inventu, eaque ex Hiſtoria Ducatus Bavarici deducenda. Proſcripto nempe Henrico Superbo à Conrado III. Imp. Bavariæ Ducatum nactus eſt Leopoldus Auſtriæ Marchio, qui veſtigiis Prædeceſſoris ſui ſtrenuè inſiſtens, introductum jam à Welphis Landſaſſiatum magna authoritate continuavit, Bavariæque Optimates ditioni ſuæ validiſſimè ſubdidit, vid. *MONACH. WEINGARTENS.* §. 13. *apud Leibnitium pag.* 789. *OTTO FRISING. lib.* 7. *Chron. cap.* 25. Succeſſor ipſius factus frater Henricus JOCHSAMERGOTT eadem authoritate huic Ducatui præfuit, usque dum Henricus Leo major jam factus Bavariæ reſtitutionem urgeret. Anxius ergo Imperator Fridericus I. neſciusve quomodo maximam hanc controverſiam, INTER EJUS CARNEM ET SANGUINEM, ut ait *FRISINGENS. de Geſt. Frid. I. lib.* 1. *cap.* 7. id eſt, dictum Henricum Jochſamergott Patruum ſuum, & Henricum Leonem Avunculi ſui filium, ſine ſanguinis effuſione terminaret, hoc tandem invenit medium, ut Bavaria Leoni reſtitueretur, Auſtria verò in novum Ducatum erigeretur, & Henrico Jochſamergott traderetur. Multa hinc novo huic Duci, ut oblatam conditionem acciperet, erant præter conſuetudinem concedenda, jus hæreditarium in novum hunc Ducatum ita ipſi conferendum, ut illud non ſolum in filios & filias, ſed his deficientibus, etiam quoscunque vellet extraneos transferre poſſet, & ne quid priſtinæ decederet authoritati & dignitati, Comitatus ipſi omnesque Poteſtates, ut ita loquar, judiciariæ ſubjiciendi. Egregiè hæc omnia illuſtrantur teſtimonio *CHRONIC. AUGUSTENS. ad ann.* 1152. *apud Freherum pag.* 509. & 510. *Et quia ejusdem Marchionis magna Nobilitas & multa exige-*

Auſtria,

Digitized by Google

exigebat honeſtas, ut nomen Ducis non perderet, & ut Duces Bavariæ minùs deinceps contra Imperium ſuperbire valerent: Imperator de voluntate & conſenſu Principum in Curia Ratiſponæ habita Marchionem Auſtriæ à juriſdictione Ducis Bavariæ eximendo, & quosdam ei Comitatus de Bavaria adjungendo convertit in Ducatum judiciariam poteſtatem Principi Auſtriæ ab Anaſo usque ad ſylvam prope Pataniam protendendo. Nam NB. HUCUSQUE AD QUATUOR MARCHIONES *Auſtriæ & Styriæ, Iſtriæ, Chambenſis* EVOCATI AD CELEBRATIONEM CURIÆ DUCIS BAVARIÆ VENIEBANT, *ſicut hodie Epiſcopi & Comites ipſius Terræ facere tenentur.* Sed quoniam hic idem etiam eſt locus, quem ad probandum ſuum in Bavaria Archi-Principatum *elegantiſſimum* vocat *Dn* LUDEWIG. *de Henric. Aucup. cap. ult.* §. 18. *pag.* 25. hinc etiam parumper nobis ſubſiſtendum, & quod ſupra jam promiſimus, ad dubia ipſius paucis eſt reſpondendum: Scilicet putat clariſſimus Dn. LUDEWIG hoc loco probari, omnes olim, ſub Impp. etiam Saxonicis, Epiſcopatus & Comitatus fuiſſe provinciales in Bavaria, adeoque à ſeculo XII. deſumtum hoc argumentum ad Arnulphum Malum applicat. Verùm reſpondemus: Locum hunc pertinere ad ann. 1154. adeoque ad ſeculum XII, aliam autem fuiſſe Ducum conditionem ſub Impp. Saxonicis, aliam tempore Hohenſtauffiorum; Sub illis Ducatum Bavariæ nondum fuiſſe hæreditarium, ſed ab Imperatoris diſpoſitione dependentem, neque tantam Ducis authoritatem, tantum Dominatum in integram Provinciam, quantum ſub Imperio Suevorum ex invaleſcente Welphorum potentia in Bavaria ſurrexiſſe, loca à nobis producta evicerunt: Adeoque teſtimonium hoc CHRONICÆ AUGUSTENSIS non niſi peſſimè ad ſeculum X. applicari. Neque etiam de ſententia hac nos dimovent verba illa: *HUCUSQUE quatuor Marchiones Auſtriæ, Styriæ, Iſtriæ, Chambenſis, evocati ad celebrationem Curiæ Ducis Bavariæ veniebant.* Utpote quibus quidem indicatur, quatuor iſtos Marchionatus ante hunc actum Duci Bavariæ paruiſſe, quamdiu autem, & num etiam Saxonum tempore jam fuerint ita Bavaro ſubjecti? nihil adjicitur. Quin potius ipſe Imperator Fridericus I. in allegato Diplomate tempus illud haud obſcurè determinare videtur, dum ait: *Dux autem Bavariæ reſignavit nobis Marchiam Auſtriæ, cum omni jure ſuo, & cum omnibus beneficiis,* NB. *QUÆ QUONDAM MARCHIO LEUPOLDUS HABEBAT à Ducatu Bavariæ.* Non dicitur ibi Marchiones Auſtriæ antiquitus fuiſſe

Digitized by Google

Ducatus Bavariæ Vaſallos, ſed LEOPOLDUS ſaltem nominatur, adeoque verbum illud *HUCUSQUE* neceſſario etiam reſtringendum eſt ad illud tempus, ex quo Welphica Domus invaleſcere, cæterosque ſibi ſubjugare cœperat. Et fingamus, locum hunc CHRONICÆ AUGUSTENSIS ſenſum vocabuli *HUCUSQUE* expreſsè ad tempora Saxonum extendiſſe, nondum tamen & ita rem extra omne dubium poſitam arbitramur; Hoc quippe certum, Auctorem hujus *Chronicæ Partis ſecundæ* (quisquis etiam fuerit) fuiſſe Scriptorem ſeculi XIII. vel ſi cum Dn. LUDEWIG *STERONEM* nominare mavis, ſeculi plane XIV. adeoque in rebus ſeculi X. ubi Scriptorum coævorum conſenſu deſtituitur, ne dicam, ipſis contrariatur, non eſſe teſtem omni exceptione majorem. Sed miſſis hisce, progrediamur ad Thuringiam, ubi quidem initio admodum exigua adhuc erat veterum Landgraviorum Familiæ auctoritas, à Ludovico Barbato ad Ludovicum usque III. Thuringiæ verò Landgravium I, ſive à Conrado Salico ad Lotharium Saxonem, uti id ſub *Epocha præced.* fuſius demonſtravimus. Poſtquam autem Imperator Lotharius Generum ſuum, dictum Ludovicum III. anno 1130. in ſolenni Curia Quedlinburgenſi Landgravium Thuringiæ creavit, eique nomen Principis impoſuit, vid. teſtimonia apud *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 1. pag. 229.* novam quoque rerum mutationem experta eſt Thuringia, quippe auctis in dies opibus hujus Familiæ, tandem etiam acceſſit Palatinatus Saxoniæ, quem Hermannus acceperat ab Imperatore Friderico Barbaroſſa, vid. *ARNOLD. LUBEC. lib. 1. cap. 30. n. 1.* ibique *BANGERT. in Not. lit. a.* undè eò facilius ipſis erat negotium cæteros Thuringiæ Comites atque Dynaſtas ſibi ſubjiciendi. Ad ultimum enim eò rerum ventum erat, ut Landgravii non ſolum jurisdictionem etiam criminalem in Comites exercere auderent, prout de Henrico Raſpone ex *HISTOR. LANDGRAV. THURING.* notabile illud exemplum refert *Dn. PFEFFINGER. cit. loc. pag. 237. Anno 1234. Idem Landgravius, propter multa mala, quæ patiebatur ab eodem Comite Henrico de Glichenn, ipſum legitimè citatum, ac poſtea ſententia condemnatum, & PROSCRIPTUM, omni jure feudali privavit*; Sed & ipſi Thuringiæ Comites & Dynaſtæ Landgravios VEROS SUOS atque LEGITIMOS DOMINOS agnoſcerent in literis reverſalibus, quas exhibet *Dn. PFEFFINGER. cit. loc. pag. 239. Nos G. Comes de Kevernberg; Bertoldus filius*

Thuringia,

Digitized by Google

filius ejus; Comes Albertus de Rabinſwald; Henricus & Guntherus, Comites de Schwartzburg; Comes Fridericus de Bichlingen; Comes Theodoricus de Hoinſtein; & Heinricus ſuus filius; Comes Fridericus de Stolberg; Heinricus de Helderungin; Lutolfus & Heinricus de Alriſtede; Heinricus & Eilolfus de Bendeleibin; Ditmarus de Wilberſtete; notum facimus univerſis, quod inter Illuſtrem Principem, DOMINUM NOSTRUM, Heinricum Marchionem Miſniæ, & Nos, talis compoſitio intervenit, quod ipſum PRO VERO DOMINO NOSTRO, ET LANDGRAVIO THURINGIÆ, habebimus, & ei contra omnem hominem ſerviemus &c. Quamvis hunc Landgraviorum Dominatum de univerſa Thuringia, cunctisque hujus Provinciæ Comitibus atque Dynaſtis affirmare vix auſim, exemplo Hennebergiorum edoctus, alios adhuc præter jam memoratos, manſiſſe immediatos; Quinimo ex ipſis etiam, quos allegatæ Reverſales meminerunt, nonnullos Immedietatem ſibi vindicaſſe, Schwartzburgii, Stolbergii, aliique hodienum teſtantur, utut Schwartzburgiis haud ita pridem, quum ad Principum ordinem evecti peculiare quoque votum inter Principes ambirent, Status immediati quæſtio acerrimè moveretur à Ducibus Saxoniæ, vid. Acta apud *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 2. pag. 554. ſeqq.* Ad Sueviam tandem atque Franconiam quod attinet, ibi circa exitum Imperatorum Franconicorum, & ſub ipſis Suevicis, maximè quidem præ cæteris harum Provinciarum Proceribus in lucem prodire cœpit FAMILIA HOHENSTAUFFIA, tantamque & affinitate, quâ Heinricianis jam jungebatur, & virtutibus præclarèque geſtis, auctoritatem eſt conſecuta, ut hæc ferè ſola eſſet, quæ increſcenti Welphorum Potentiæ majoribus ſeſe conatibus opponere auderet. Inſigne poſtea Hohenſtauffiis acceſſit incrementum, cum non ſolum ad Solium Cæſareum eveherentur, ſed ipſe etiam Fridericus Barbaroſſa in ditanda Familia ſua omnem impenderet curam, ejusque potentiam multis maximisve, præſertim in Suevia, prædiorum poſſeſſionibus augeret; Quo de augmento legiſſe juvabit *OTTONEM de S. BLASIO cap. 21. apud Urſtiſ. tom. 1. rer. German. pag. 207. Eodem tempore Fridericus Imperator reverſus ad Ciſalpina, totam terram & univerſam ſubſtantiam Friderici de Rotinburch ditiſſimi, fidelis in poſſesſione prædiorum Principis fratruelis ſui, hereditaria poſſeſſione poſſedit, ac multorum Baronum poſſeſſiones poſtmodum in ſuam poteſtatem contraxit. Welf verò Dux orbatus herede in amiſſo filio, tactusque dolore cordis intrinſecus, Henricum*

Suevia & Franconia, docetur.

ricum Ducem Saxoniæ & Bavariæ fratruelem ſuum in hæredem adſcivit, ab eoque pro hoc quantitatem pecuniæ exigens, dum conſequi putat, fruſtratur promiſſis - - - Welf iratus, Imperatori Friderico ſororio ſuo, recepta ab eo prius pro libito ſuo pecuniâ primò beneficiis, ſcilicet Ducatu Spoleti, Marchia Tuſciæ, Principatu Sardiniæ ipſi reſignatis, omnia prædia ſua ipſi condidit, eaque usque ad terminum vitæ pluribus aliis abditis recepit. Simili modo Rudolfus Comes de Phullendorff, ſororius Comitis Rudolfi de Bregantia, omnia prædia ſua hæredis loco Imperatori tradidit - - - - Præter hoc multorum Nobilium, qui hæredibus carebant, prædia, donatione vel pretio acquiſivit: Utpote illius de Suabegg, de Warthuſin, de Bibra, de Horningen, de Svvanhuſin, de Biedertan, de Lentzeburch & de Werde, multorumque aliorum, in aliis regionibus, quæ nobis incerta ſunt. Hæc enim omnia in ſola Alemannia acquiſierat. His tamen non obſtantibus Landſaſſiatus in Suevia atque Franconia maturitatem ſuam ad inſtar Saxonum atque Bavarorum aſſequi non poterat, cujus variæ fuiſſe videntur cauſæ. Et quidem primò, quod Fridericus Barbaroſſa, acquiſitas iſtas terras in plures iterùm diſſecans partes, per copioſum filiorum ſuorum numerum diſtribuit, teſte Eodem *OTTONE de S. BLASIO cit. loc. Nam Friderico, qui ſecundus natu erat filiorum, Ducatu Sueviæ cum hæreditate Welfonis, & prædiis Rudolfi Comitis de Phullendorff, conceſſo: Cunrado verò dignitatibus, beneficiis & prædiis Friderici Ducis de Rotinburch ditato, Ottone Archiſolio Arelatenſi cum Burgundia, Reinaldi avi ſui terra ſublimato: Henricum qui prior natu erat, Regem poſt ſe deſignavit. Philippo adhuc infantulo præter hæc omnia, res Eccleſiarum ab Epiſcopis vel Abbatibus ſibi conceſſas vendicans ſub jure Hominii.* Diviſis autem hunc in modum terris hæreditariis, diſtracta quoque in plures partes fuit Hohenſtauffiorum potentia, adeoque cauſa aderat nulla, cur reliqui Sueviæ Franconiæve Proceres Dominatui eorum ſeſe ſubmitterent, aut hujusmodi jugum, quod Saxonibus & Bavaris tam IMPORTATILE, ut ait *HELMOLDUS*, erat, ſtatim acciperent: Utpote qui potiùs, ſi quid arrogantiùs ab Hohenſtauffiis fieri animadvertebant, nulli dubitarunt injuriam ſibi illatam ſeverè admodum ulciſci; Id quod exemplo Epiſcopi Argentinenſis & Comitis Daxburgici contra Philippum Sueviæ Ducem Barbaroſſæ filium inſurgentium, docet *GODEFRID. MONACH. ad ann. 1198. apud Freher. tom. 1. rer. German. pag. 363. Edit. nov. Epiſcopus Argentinæ & Comes Daſburg Suevo omnia ſua devaſtant,*

ſtant, eique in tota Suevia cuncta diripiunt, usque ad urbem Imperialem quæ Haginove dicitur. Cauſa diſcordiæ inter eos fuit, quod Otto frater Ducis prædicti Epiſcopi fratrem captum ſuſpendio necaverat. Deinde etiam haud exiguam retinendæ Immedietatis occaſionem Sueviæ & Franconiæ Proceribus dedit exitioſum diſſidium, quod inter Friderici Barbaroſſæ poſteros, & eorum Anti-Cæſares fuerat ortum; Erumpente enim ita ſimultatum, depopulationum, ac ſeditionum flammâ, Sueviæ Proceres cum cæteris Imperii Principibus, vel à partibus Hohenſtauffiorum ſtabant, vel iterùm ab ipſis deſciſcebant. Quamobrem aſperè ſatis in ipſos invehitur *URSPERGENS. in vita Philippi Suevi pag. m. 234. Principes quippe, qui Philippo aſſiſtere debuerant, ei præſenti bona verba dederunt*; Et *pag. 235. Quocirca Principes terrarum & Barones arte diabolica edocti, nec curabant juramenta infringere, nec fidem violare, & jus omne confundere, nunc recedentes quam plurimi à Philippo, Ottoni adhærentes, & è converſo.* Unde Hohenſtauffiis bellis civilibus ita exagitatis, major erat cura ponenda in retinendo Imperio & defendenda dignitate Cæſarea, quam introducendo quodam Landſaſſiatu, quippe qui Solium Imperiale ſemel adepti, tanto huic ſervando inhærebant ſtudio, ut etiam ea propter jacturam terrarum hæreditariarum non curarent, ſed ad conciliandos ſibi auxiliatores, & conducendos milites largè eas diſtribuerent. De Philippo ſane! hoc teſtatur *GODEFRID. MONACH. ad ann.* 1198. ajens: *Prædictus itaque Dux* (Philippus Barbaroſſæ filius) *cauſam ſuam agens, & ut neceſſitas eum compulit, ab omnibus auxilium petens, omnes penè Principes muneribus ſibi conciliat.* Confer. *URSPERG. pag. m.* 237. cujus verba infra producemus. Acceſſit tandem fatalis ille CONRADINI interitus, quocum Hohenſtauffii penitùs extincti, terræ verò ipſorum ita poſt hujus mortem diſtractæ fuerunt, ut ſubſecuto dein magno Germaniæ Interregno, omne prorſus medium ſublatum eſſet, quo forſitan Sueviæ & Franconiæ Proceres, ſi fata id voluiſſent, majori adhuc vinculo huic Familiæ ſubjici potuiſſent. Confer. *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 2. pag.* 349. Peragratis ergò ſingulis iterum Provinciis ſub Imperatoribus etiam Suevicis, oſtenſisque mediis, quibus Epiſcopi, Comites, ac Dynaſtæ paſſim mediati ſunt facti, generalem tandem ex iis, quæ hactenus adduximus, teſtimoniis de Comitibus Immediatis atque Mediatis concluſionem addere licebit: Quam tamen neque à ſitu Provinciarum, duplicique

Et oſtenditur, unde origo diſtinctionis inter Comites Immediatos &

Digitized by Google

Mediatos ſit deſumenda. cique illo inter terras mediatas & immediatas nexu, utpote quem tempora ante Lotharium Saxonem ignorarunt, ſub ipſo Lothario & circa exitum quoque Heinricianorum jam noſſe cœperunt, poſt Lotharium autem maturitatem, diverſo licet fato, experta ſunt: Neque etiam ab Archi-Principatu quodam, tantoque Ducum dominatu, quippe qui antea quam officia Ducum redderentur hæreditaria, ultra Allodia ipſorum beneficiaque, quæ in ipſa Provincia poſſidebant, neutiquam (ſi autoritatem quam in ducendo exercitu rebusque militaribus fortè habebant excipias) extendebatur; Sed ab invaleſcente circa hæc tempora Ducum potentia deſumendam arbitramur, ita ut omnes in Provinciis, quas mediatas plerumque vocant, Comites atque Dynaſtæ mediati ſint facti, qui huic Ducum dominatui reſiſtere non potuerunt, aut in Medietatem jam detruſi libertati, proſcriptis Ducibus vel aliis ſeſe offerentibus occaſionibus, reſtituti non fuerunt: In Suevia verò & Franconia, ubi tantus Ducum dominatus in Comites cæterosque Status explicari, ob rationes quas attulimus, non poterat, ibi etiam Comites & Dynaſtæ permanſerunt immediati. Adeoque vel inde elucet, ex quonam fonte diſtinctio illa COCCEJI de terris mediatis & immediatis ſit haurienda, & in quænam tempora iterum rejicienda: Apparet etiam, quantis ab exitu Stirpis Carolinæ ad Interregnum usque magnum, mutationibus ſubjacuerint Provinciæ, & quam accuratè ergo ſeries horum temporum obſervanda, quâ neglectâ, non poſſunt non tanta de ARCHI-PRINCIPATIBUS Paradoxa ſpargi, atque in majus ſemper vulgari.

Comites Immediati ſub Impp. Suevicis Comitatus ſuos reddiderunt hæreditarios. §. XX. Sed à Comitibus hisce *Mediatis* redeamus ad Immediatos; Quorum Comitatus ad inſtar Ducatuum, Marchionatuum & Landgraviatuum, plenum etiam Jus hæreditarium ſub Imperatoribus tandem Suevicis accepiſſe videntur, ita ut non ſolum ad Liberos, ſed nunc etiam ad *proximiores Cognationis Gradus*, ſucceſſionis jure devolverentur. Imperatores enim Suevici omni ſtudio in id incumbentes, ut Dignitatem Cæſaream Familiæ ſuæ jure hæreditario adnecterent, ad hoc impetrandum Principes omnibus modis allexerunt, ipſis viciſſim promittentes, & Lege publica ſancientes, ut terras ſuas liberiori jure poſſiderent. De Henrico certè VI. Imp. id teſtantur *GERVASII TILBERIENSIS Otia Imperialia apud Leibnitium tom. 1. rer. Brunſuic. pag. 943. Hic Legem inſtituit apud Teutones, ut Militia, more Gallorum & Anglorum,* SUC-

SUCCESSIONIS JURE DEVOLVERENTUR AD PROXIMIORES COGNATIONIS GRADUS; Cum antea magis penderent ex Principis gratia. Ideoque ad ſuum refundens commodum, quod aliis impertitus eſt Beneficium, impetravit à Subditis, ut ceſſante priſtinâ PALATINORUM ELECTIONE, Imperium in ipſius Poſteritatem, diſtincta proximiorum ſucceſſione tranſiret, & ſic in ipſo terminus eſſet Electionis, Principiumque ſuceſſivæ dignitatis. Feuda autem ſaltem majora, Ducum videlicet, Comitum cæterorumque Principum hîc intelligi, non ſolum è verbis PALATINORUM ELECTIONE, ſed & inde apparet, quod feuda minora jam anteà facta fuerint hæreditaria; Unde etiam ad illa ſaltem hunc *Gervaſii* locum applicat *HERTIUS de feud. oblat. Part.* 1. *§.* 15. Confer. *Illuſtr. LEIBNITZ. Introd. ad tom.* 1. *rer. Brunſ. p.* 33. & *Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill. §.* 40. Accedit, quod cum antea ſub Saxonicis & Franconicis etiam Impp. Comitatus plerumque dicerentur à Comitibus, v. g. Comitatus Herimanni, Dodiconis, Udonis &c. quorum innumera ferè exempla ad annum usque 1031. legere licet apud *AUTOR. vitæ S. Meinvverci Edition. Leibnitian.* Ita nunc ſub Impp. inprimis Suevicis ſtatus rerum mutatus invenitur, uſusque invaluit, ut Comites à Comitatibus ſuis nomen acciperent, v. g. Comes de Zuuainbruck, de Sarbruck, de Tagisburg &c. uti id ſexcentis exemplis vel ex uno *URSPERGENSI* illuſtrare poſſemus, vid. *ejus Chron. pagg.* 216. 224. 235. 239. *& paſſim.* Quanquam nec hoc tempus tam accuratè determinari queat, quippe hujusmodi exempla ex Seculo X. non deſunt, vid. *Dn. AUTOR.* des Adelichen Ritterfeldes *pag.* 37. Et de Flandriæ Comitatu diſertè teſtatur *LAMBERT. SCHAFNABURG. ad ann.* 1071. *pag. m.* 480. *In Comitatu Balduini ejus familia id MULTIS JAM SECULIS ſervabatur, quaſi ſancitum lege perpetua, ut unus filiorum, qui Patri potiſſimum placuiſſet, nomen Patris acciperet, & totius Fandriæ Principatum ſolus HÆREDITARIA SUCCESSIONE obtineret.* Interim tamen & hoc inde redditur manifeſtum, ſententiam nonnullorum Jurispublici Doctorum, *quod ſc. Duces priùs ſe emancipaverint, Comites verò ſeriùs demum jus hæreditarium in Comitatus ſuos nacti fuerint*, non eſſe universè veram, ſed exempla quoque extare Comitatuum hæreditariorum ex iis temporibus, ubi Duces ſibi jus hæreditarium in Ducatus ſuos tam pleno jure aſſerere nondum poterant. Jura iſthæc Comitum multa in dies cepêre incrementa, & præcipuè in exercenda jurisdictione civili pariter & criminali, ut & educendis ſub Vexillis ſuis Mili-

Exercuerunt jurisdictionem Civilem pa-

riter ac Criminalem in omnes ex Ordine etiam Equeſtri Homines.

Militibus, erant occupata. De juriſdictione ipſorum criminali, quam cum Ducibus, cæterisque Principibus, communem habebant in quoscunque ex ordine etiam Equeſtri Homines, teſtimonium præbet Lex Friderici I. Imp. ann. 1178. Norimbergæ lata apud *URSPERG. pag. m.* 230. & 231. ubi de incendiariis ita diſponitur: *Primum igitur de incendiariis demandamus generaliter, ut ſi LIBER HOMO, INGENUUS, MINISTERIALIS, vel cujuscunque conditionis fuerit, incendium commiſerit pro Uuerra propria, pro amico, pro parente, vel cauſa cujusquam alterius occaſione, de ſententia & judicio Imperiali, proſcriptioni ſtatim ſubjectus habeatur --- Quod ſi aliquis in Ducatu alicujus incendium fecerit, ipſe proſcriptum pronunciet, ac deinde juſtitia ſua autoritate eum proſcribat. IDIPSUM faciant Marchiones, Palatini Comites, Lantgravii, & COMITES ALII, nec alicui eorum liceat talem abſolvere, niſi Domino Imperatori.*

Feuda ipſorum erant Regalia & Vexillaria.

De Militia verò Comitum, & quomodo Imperatori Milites ſuos magno armorum apparatu adduxerint, Scriptores hujus ævi ubivis teſtantur, adeò ut Comites etiam elogio VALDE POTENTUM cohoneſtentur à *RADEVICO de Geſt. Frid. I. lib. 1. cap. 25. apud Urſtiſ. pag. 491. Taceo Marchiones, COMITES CLARISSIMOS ET VALDE POTENTES, quorum nomina, ſi coner perſtringere, delicato ſeu pigro Lectori oneroſus exiſtam.* Unde jam facilè iterum apparet, Feuda Comitum fuiſſe Vexillaria, adeoque & Regalia; Feudis enim Regalibus expreſsè adnumerantur ab *ARNOLD. LUBEC. lib. 7. cap. 20. n. 1. Ad quod negotium deputati ſunt plurimi tam Prælati quam Principes, ſeu OMNES QUI REGALIA TENEBANT, Archi-Epiſcopus Trevirenſis, Magdeburgenſis - - - Quibus adjuncti ſunt Principes, Dux Bavariæ, Dux Lutringe, Dux de Caringe, Dux de Carinthia, Dux de Merceren, Marchiones & COMITES PLURIMI.* Et quod Feuda habuerint Vexillaria, Vexillique Symbolo ab Impp. jam Saxonicis fuerint inveſtiti, ſupra ſatis demonſtravimus, quibus ex hac Epocha adjungemus teſtimonium *JURIS FEUDAL. ALEMAN. cap. 142. §. 2.* ubi Compilator ita: Alle die Banlehen von dem Rich hant das nút Fürſten-Ambacht ſind, die ſollent ſu von dem Pfalzgrafen entphohen. Confer. *B. SCHILTER. in Comment. ad cit. Jus feud. Aleman. cap. 42. §. 2.* Quod ſi autem fuêre Vexillaria ac Regalia, ſua jam ſponte inde fluit (1) Feuda Comitum, ad inſtar Ducum, cæterorumque Principum fuiſſe INDIVIDUA; Probatur id Conſtitutione Friderici I. apud *RADEVICUM lib. 2. cap. 7. apud*

Digitized by Google

apud Urſtiſ. pag. 510. *Præterea Ducatus, Marchia, COMITATUS de cætero non dividatur: Aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, dividatur.* Confirmatur *JUR. FEUDAL. SAXON. cap.* 20. **Biſchoffe Gut und Vanlen ſol der Kung ganez liben und nicht zweigen.** Idque non Friderici demum Conſtitutione, ſed antiquitus jam ex natura Feudorum primæva, quæ in Principatibus & Comitatibus nec ſucceſſionem nec diviſionem patiebatur, juris fuiſſe, docet *B. SCHILTER. ad cit. cap.* 41. *Jur. Feud. Aleman.* §. 7. Rationem haud inelegantem addit *Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill.* §. 40. *pag.* 96. ajens: *Nam cum ſit ad oculum oſtenſum, Vexillum præbere Poteſtatis indicium, atque hæc autem in unoquoque beneficio collata ſit uni, conſequi puto, ut etiam talia feuda poteſtatis ordinariè diviſionis debeant eſſe expertia.* Mutationem tamen ab Henrici VI. temporibus hac in re contigiſſe, contra HERTIUM prolixe defendit *IDEM cit. loc. pag.* 99. *ſeqq.* (2) IMMEDIATA, atque inveſtituram ipſorum à ſolo Imperatore, vel ejus nomine, ſi abſens erat, à Comite Palatino impetrandam; Hoc quippe & natura Feudorum Vexilli, & Jurisdictionis ſive Banni, exigere videbatur. Utrumque iterum probat *JUS FEUDAL. ALEMAN. cap.* 41. Biſchöff Gut und Vanleben Gut ſol der Künig geben zu Lehen. Et paulò poſt: Wer über Mönſchen Blut richtet und von dem Künige den Ban nút emphangen hett, dem ſol der Künig die Zunge heiſſen us ſniden oder er ſol ſú löſen noch des Küniges Gnoden . . . Alle Gerichte die über Blut runſſen und über tottslege gont die ſol man alle von eime Römiſchen Künig emphohen. Confer. *SCHILTER. cit. loc.* Quare haud mirandum, quod (3) Comites, qui feuda ſua Regalia & Immediata, immediatè ita ab Impp. tenebant, cum cæteris etiam Statibus Immediatis ad ineunda de eligendo Imperatore, de promovenda ſalute Imperii, aliisve negotiis publicis conſilia, in Comitiis apparuerint, ad eaque fuerint vocati; Comprobat hoc *GODEFRID. MONACH. ad ann.* 1198. *apud Freher. pag.* 363. *Anno Dom. Incarn. MCXCVIII. Werra magna & diſſenſio nimis timenda oritur inter Principes Teutonicos de Imperio. Nam Colonienſis & Trevirenſis Archi-Epiſcopi electionem Regis ſui juris eſſe firmantes, habito conſilio apud Andernacum cum Bernhardo Duce Saxoniæ & aliis Epiſcopis, & COMITIBUS & NOBILIBUS PLURIMIS, curiam omnibus Principibus in Colonia habendam præfigunt.* Confer. *IDEM ad ann.* 1217. *pag.* 369. Et quod tandem (4) Comites Immediati, ſi quod crimen commiſerant, ab ipſo Imperatore, & quidem in Comitiis Impe-

Et immediata;

Unde & Comites tanquam Status Immediati Comitiorum Negotiis adfuerunt,

Et ibidem communi

Principum conſenſu ſunt judicati. Imperii publicis, communique Principum conſenſu, ut cæteri Status Imperii immediati, fuerint judicati atque condemnati. Illuſtre exhibet exemplum FRIDERICUS ille ISENBERGIUS Comes, qui cum Cognatum ſuum Engelbertum Archi-Epiſcopum Colonienſem occidiſſet, non ſolum à Conrado Portuenſi Epiſcopo & Apoſtolicæ Sedis Legato terribili anathemate profanatus, ut ait *GODEFRID. MONACH. ad ann.* 1225. Sed ab Imperatore etiam Friderico II. in Comitiis Norimbergenſibus, & quidem COMMUNI PRINCIPUM SENTENTIA, eſt judicatus & condemnatus, teſte *ALBERTO STADENS. ad ann.* 1225. *apud Schilter. pag.* 304. *Engelbertus, Colonienſis Archi-Epiſcopus, à Friderico Comite de Iſenberg occiditur, & pro tanto facinore COMMUNI PRINCIPUM SENTENTIA ab omni jure usque in quartam Generationem exhæredatur, Iſenberg funditus deſtruitur.* Ubi tamen pauciſſimis adhuc notari velim, Fridericum hunc Iſenbergium, non fuiſſe ex Illuſtriſſima, quæ hodienum floret, COMITUM YSENBURGENSIUM Familia, ſed antiquis Comitibus de Altena oriundum, Satoremque Comitum Lymburgo-Styrumiorum, à Caſtro ſaltem Iſenbergo ad Ruram ita vocatum; Id quod non ſolum præclarè jam obſervavit *SPENER. Hiſtor. Inſign. lib.* 3. *cap.* 53. §. 1. ſed præterea quoque inſigniter probatur teſtimonio *CHRON. AUGUSTENS. ad ann.* 1225. *apud Freher. tom.* 1. *rer. German. pag.* 520. *Engelbertus Colonienſis Epiſcopus Vir magnæ providentiæ & Tutor Regis à COMITE FRIDERICO DE ALTENACH Sororio ſuo occiditur.* Et ipſa ipſius Friderici Iſenbergii ſubſcriptione addita Diplomati de ann. 1222. quod exhibet *AUBERT. MIRÆUS in Cod. Donat. Belgicar. lib.* 1. *cap.* 93. *pag. m.* 193. & 194. ubi expreſsè vocatur: *Fridericus Comes de Althena.* Confer. *ALBERIC. Chron. ad ann.* 1198. *apud Leibnitium tom.* 2. *Acceſſ. Hiſtor. pag.* 414.

Barones ſive Dynaſtæ ſub Impp. Suevicis alii facti ſunt Mediati, alii Immediati permanſerunt. §. XXI. Barones ſive Dynaſtæ ſub Imperatoribus Suevicis, ac invaleſcente Ducum nonnullorum potentia, eadem cum Comitibus fata experti videntur, ita ut quidam eorum Mediati facti atque in Landſaſſiatum fuerint detruſi, quidam verò Immedietatem vel retinuerint, vel proſcripto Henrico Leone, aliisque mutationibus iterùm factis, recuperaverint, vid. *ARNOLD. LUBEC. lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 2. Dynaſtæ ergò, qui immediati ita permanſerunt, Status characterem, quo ſub Impp. Saxonicis & Franconicis jam gaudebant, nec ſub Suevicis amiſerunt, quin potius tempori inſervientes, diſſenſiones illas, quæ inter Hohenſtauf-

fios

Digitized by Google

ſios horumque Anti-Cæſares diu atque acriter fuère agitatæ, ad commodum ſuum, prout cæteri Status Imperii, traduxerunt, vid. *URSPERG. in Vit. Philipp. Suevi pag. m.* 215. Terrisque ſuis maximâ præfuerunt libertate; Si quidem Dynaſtæ pariter ac Comites jurisdictionem exercuêre criminalem in ſuis Terris, Feudaque ab Imperatore tenuerunt Vexillaria, adeoque velut Terrarum Domini ſub ſuis Vexillis milites contra hoſtes Imperii eduxerunt; Id quod non ſolum teſtimonio RIGORDI, qui Ottonis IV. Imp. tempore vixit, illuſtravit *Dn. GUNDLING. de Feudis Vexill. §. 23. pag. 46.* Sed inde quoque egregiè probatur, quod Dynaſtæ æquè ac Duces & Comites, hoc jamjam tempore in Sigillis & Nummis plerumque apparent, cum Haſta ſignifera, Vexillo, vel Gladio, quorum exempla haud pauca videſis apud *Dn. AUTOR.* des gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland *p.* 122. Et ne qua amplius tibi ſuperſit dubitatio, integram ex ipſo autographo dedi chartam *Eckardi de Glymenhan* in *SUPPLEM. num.* 1. quæ ſatis tibi adferet teſtimonii, Dynaſtas Seculo adhuc XV. milites atque vaſallos ſub ſuis vexillis eduxiſſe contra hoſtes quoscunque, manifeſto ſane! argumento, Dynaſtas eodem etiam modo jure Gladii Feudisque Vexilli fuiſſe præditos. Nec opineris, velim, poteſtatem juraque Dynaſtarum ſolis hisce fuiſſe incluſa, gaudebant & aliis circa hæc tempora Regalibus, quod uno ſaltem exemplo ex Hiſtoria Patria illuſtrare liceat; ad manum enim eſt FUNDATIO ECCLESIÆ MARIENBORNENSIS de ann. MCCLXXXVI. in *SUPPLEM. n.* 2. qua LUDOVICUS DOMINUS DE ISENBURG & Uxor ejus HEJLWIGIS huic Cœnobio nonnulla, eaque eximia conceſſerunt jura. Verba Fundationis hæc ſunt: *Imprimis videlicet ſtatuimus & ordinamus, ut Hæres noſter, quicunque fuerit protempore à Nobis duobus progenitus, & Dominium tenens in Budingen, ipſam Eccleſiam ſeu Cœnobium tanquam propriam poſſeſſionem protegere teneatur, non ratione Advocatiæ, ſed gratia ſpecialis Dilectionis, & ad ipſum in ſuis neceſſitatibus habebit refugium; Nec tamen præfato Monaſterio & ſuis hominibus exactiones imponet aut gravamina, præſertim cum ipſum Monaſterium cum ſuis Mancipiis quibuscunque AB OMNIBUS ANGARIIS velimus eſſe liberum & exemtum - - - - Item damus eidem Monaſterio jus in noſtris Nemoribus ſecandi ad ædificia & ad comburendum ad omnes ſuas neceſſitates plenam & liberam facultatem - - - Item concedimus ſæpè dicto Monaſterio, ut ſi aliquis Hominum noſtrorum attinentium ipſis, ſive hæredem*

Immediati gaudebant Feudis Vexilli.

Aliisque Regalibus.

Digitized by Google

redem habuerit ſive non, teſtamentum de mobilibus legare voluerit, de hoc noſtram licentiam habeat & conſenſum. Item volumus hanc Eccleſiam hac libertate gaudere, ut quicunque infra ſepta ejusdem Eccleſiæ confugerit, cujuscunque cauſæ Reus, exceptis Incendiariis nocturnalibus, & agrorum Prædonibus, nec a noſtris villicis, nec ab aliis capiatur ſeu per violentiam extrahatur, ſed in e ſuo UT LIBERTATE EMUNITATIS ſieri ſolet; Item ipſum Monaſterium à cenſu, ſive jure quod vulgo dicitur Bawein *ex nunc liberum reddimus & ſolutum.* Invenies hîc Jus Angariarum, Aſyli, aliaque, quæ nonniſi ſummis hodienum Regalibus & Superioritati Territoriali adſcribuntur à Dd. Jurispublici.

Sententiam dixerunt in Curia Imperiali tanquam Pares:

Hinc etiam Dynaſtæ sive Barones hi immediati, ſicut alii Imperii Status, ſi quis erat proſcribendus, vel Feuda Imperii in alium transferenda, ſub Impp. etiam Suevicis hujusmodi judiciis tanquam Pares Curiæ aderant; Uti vel una Henrici Leonis proſcriptione, Ducatusve Angariæ in Archi-Epiſcopum Colonienſem translatione docemur, quippe cui negotio præter Epiſcopos, Principes, Comites, & hi adfuerunt Dynaſtæ: *Fridericus de Arrifurde, Hartmannus de Butingin, Wernerus de Boulande, Conradus Pincerna, Henricus Marſchalcus de Pappenheim, Sibod de Groix Camerarius, & alii quam plures.*

Apparuerunt in Comitiis:

Aderant & aliis Conciliis & Conventibus publicis de Negotiis Imperii habitis, teſte *URSPERG. in vit. Philipp. Suev. pag. m. 233. Philippus ad partes Rheni ſe contulit in continenti, & Natalem Domini in Caſtro Haginou celebravit. Ubi venerunt ad eum & Officiales & Miniſteriales* ((ſcil. Regni) *& quidam de Principibus & BARONIBUS TERRÆ, cum quibus habuit myſterium conſilii ſui.* Confer. *GODEFRID. MONACH. ad ann.* 1198. & 1211.

Exercuerunt adhuc Ius eligendi Imperatorem:

Imprimis verò cum reliquis Imperii Statibus exercuerunt adhuc jus eligendi Imperatorem, quod multis quidem Scriptorum teſtimoniis confirmare poſſemus, ſed unus hîc ſufficiat *ARNOLD. LUBEC. lib. 6. Chron. Slavor. cap. 1. n. 1. Siquidem Colonia Agrippina in Regnis inclyta, Colloquio celebrato cum Regni Primatibus, de electione novi Regis tractare cœpit. Huic Colloquio intererat Adolfus Colonienſis Archi-Epiſcopus, Conradus Moguntinus - - - - Intererat quoque Palatinus de Rheno Henricus, CUM MULTIS NOBILIBUS, qui omnes UNANIMI CONSENSU Othonem Henrici nobiliſſimi Principis & Ducis Filium, in Pictavio adhuc conſtitutum, in Regem & Romani Imperii Principem elegerunt.* Quamobrem Dynaſtarum quoque controverſiæ à ſolo Imperatore & Imperii Statibus erant decidendæ; Id quod in genere docet *URSPERG.*

Digitized by Google

URSPERG. in vit. Frid. 1. pag. m. 217. Item diſcordias ſedavit, ſi quæ erant in Alemannia, inter Principes vel Barones. In ſpecie de Foro ipſorum in cauſis civilibus competente, egregium teſtimonium præbet Illuſtriſſima HOHENLOICORUM Familia; Circa annum enim 1235. GOTTOFRIDUS DE HOHENLOHE magnam cum WALTHERO DE LYNPURC controverſiam habuit, quam in Generali Curia coram Imperatore & Principibus Imperii ventilatam ac compoſitam fuiſſe, ipſe teſtatur Fridericus II. Imper. in Diplomate, quod exhibet *Dn. LUDEWIG in Reliqq. MStor. tom. 2. pag. 216.* verbis hiſce: *Fridericus Dei Gratia, Romanorum Imperator - - - notum fieri volumus - - - quod nobis reſidentibus in Palatio noſtro Hagenovve IN GENERALI CURIA PRO JUDICIIS AUDIENDIS, ASSISTENTIBUS NOBIS PLERISQUE PRINCIPUM ET PROCERUM NOSTRORUM, dum Gottofridus de Hohenlohe, Comes Romaniola, fidelis noſter, CONVENIRET IN PRÆSENTIA noſtra Waltherum de Lympurc, Pincernam ſuper immenſis damnis ſibi illatis per eum &c.* Confer. Diploma ſequens apud *Eund. Dn. LUDEWIG cit. loc. pag. 218.* ubi controverſia inter GOTTOFREDUM DOMINUM DE HOHENLOH ET LUDOVICUM DOMINUM DE SCIPHE eodem loco ac die, iisdemque verbis ventilata atque compoſita dicitur. De cauſis verò Dynaſtarum criminalibus, & quod etiam iſtæ habitâ Curiâ ſolenni ab Imperatore eſſent decidendæ, teſtatur *GODEFRID. MONACH. ad ann. 1198. apud Freher. pag. 352. Habita eſt etiam ibi ab Imperatore Curia in Villa, quæ Belgrave dicitur, ad quam DUO NOBILES DE ALSATIA pro violata Pace decollati ſunt.* Ubi per Nobiles non intelligi hodiernum Nobilium ordinem, præter ea quæ ſupra jam obſervavimus, non ſolum teſtimonio ipſius *GODEFRIDI ad ann. 1198. & 1215.* ſed & verbis *URSPERG. ad ann. 1175. pag. 227. Ducatum Saxoniæ contulit CUIDAM NOBILI Bernhardo de Anhalde:* Et *pag. 235. NOBILES in Præſidio conſtituit, inter quos fuerunt Walramus filius Ducis de Limburg, & H. Dapifer de Walburg.* Ut & *ALBERT. STADENS. ad ann. 1183. Submerſi ſunt octo Principes, & MULTI NOBILES, & plus quam C. MILITES:* Et *ADDITION. ad Lambert. Schafnab. apud Piſtor. tom. 1. rer. Germ. pag. 260. Rudolphus Rex Romanorum Curiam ſuam Erphordiæ celebravit. Ad quam vocati venerunt de vicinis & longinquis Regionibus multi Principes ſpirituales & ſeculares, & PLURIMI NOBILES AC BARONES:* Aliorumque quamplurimorum manifeſtè demonſtratur.

Et à ſolo Imperatore & Statibus Imperii judicabantur,

Atque

Hinc diſtinctio orta inter

Atque inde jam facilè explicari poſſe differentiam arbitror, quæ circa hæc tempora fuiſſe dicitur inter LIBEROS SUMMOS, denen Hochfreyen: LIBEROS MEDIOXUMOS, denen Mittelfreyen: & LIBEROS INFIMOS, den n Freygebohrnen, ſive Freyen Landſaſſen. Sedes huic diſtinctioni plerumque aſſignatur in *JUR. PROV. ALEMAN. cap.* 47. ubi Compilator ita: Hie ſoll man mercken dreyerley Freye Leute, welche Recht die haben. Es heiſſen eins **Semperfreyen**; das ſind die freyen Herren als Fürſten, und die andre freyen zu Mann haben: Das andre ſind **Mittelfreyen**; das ſind, die der Hohen freyen Mann ſind: Das dritte ſind gebohrne, die frey ſind, die heiſſen **freye Landſaſſen**; der hat ein jeglicher ihr ſonder Recht. Mirè ſe torquent Interpp. in explicanda hac diſtinctione, cui tamen prolixis ſuis Commentationibus tenebras potiùs, quam lucem afferunt, vid. *B. SCHILTER. ad Jus feud. Aleman. cap.* 1. §§. 15. 16. 17 & 18. Nos ergò ſuam cuilibet ſententiam relinquentes, ipſi textui inhæremus, triplicemque hanc LIBERORUM differentiam ex iis, quæ de Comitibus atque Dynaſtis Immediatis & Mediatis hactenus docuimus, explicandam opinamur. Scilicet per LIBEROS SUMMOS, die Semper-freyen, intelligimus, præter Duces & Principes, omnes etiam Comites & Barones Immediatos, vel ut paucioribus rem expediam, omnes è Claſſe Nobilium, qui Immedietatem ſuam retinuerunt ac jugo increſcentis circa hæc tempora Ducum quorundam Dominatus ſeſe non ſubdiderunt: Adeoque perinde nobis erit, ſive vocabulum Semper-frey, à ſenden, mittere, ſive à voce Send, Synodus, Placitum, Mallus, ſive à latino SEMPER derivaveris. Omnes enim iſtæ derivationes ſententiam noſtram confirmant, atque docent, SEMPER LIBEROS fuiſſe tales, qui habiles erant ad Miſſorum Regiorum (de quorum conditione ſub Carolinis jam egimus) officium ſuſcipiendum, quique jus Suffragii in Comitiis Imperii & Immedietatem ſuam, contra omnes, quas recenſuimus, Status publici mutationes, retinuerunt: Quò etiam collineare videntur verba Receſſus Friderici II. Imper. de anno 1236. quæ excerpſit, eundemque in finem applicavit *SCHILTER. ad Jus feud. Aleman. cap.* 1. §. 18. An allen Sachen die hievor geſchrieben ſind, mag ein jeglich Semper frey Mann, NB. **der ſein Recht hat behalten, er ſey Fürſt oder ander Hoch Mann** helffen bezewgen wes er weiß. Per *LIBEROS verò MEDIOXUMOS* indicari arbitramur, omnes è Claſſe NOBILIUM, maximè Barones, quin &

Liberos Summos, die Semper freyen:

Liberos medioxumos, die Mittelfreyen:

& Comites, qui Immedietatem ſuam penitùs amiſerunt, aliorumque Statuum Potentiorum Landſaſſii ſunt facti, vel etiam alterutro Parente Landſaſſio prognati, per ea quæ tradit *SCHILTER. cit. loc.* §. 14. Non autem eos Comites & Barones, qui hoc vel illud ſaltem feudum aliis Statibus vel obtulerunt, vel ab iis obtinuerunt. Quod enim aliquis Feudum quoddam ab alio Statu accipiendo non ſtatim etiam Immedietatem ſuam amiſerit, & ſupra jam prolixè probavimus, & ex jamjam dicendis ulteriùs apparebit. His quippe & ſequentibus turbidis temporibus oblatio Feudorum tanto invaluerat uſu, ut etiam Comes Comiti, Dynaſta Dynaſtæ, pro certa ſaltem pecuniæ quantitate, nexu feudali ſe obligaret, & non ſolum nummorum nomine ita in fidem æqualis aliàs ſibi iret, ſed & nummos hosce in prædia vel annuos reditus in feudum recognoſcendos converteret, vid. *HERTIUS de Feud. Oblat. Part.* 1. §. 10. Multa ad hoc probandum Documenta lectu haud indigna è ſcriniis Gelrenſibus produxit *SANDE in Comment. ad Conſuet. Gelriæ feudal. cap.* 1. *à n.* 8. *ad n.* 42. Ex quibus unum ſaltem exemplum hîc adjiciam: Acceperat nempe anno 1233. GERLACUS DOMINUS DE BUDINGEN, ultimus è perantiqua hac Familia, ducentas marcas ab Ottone Gelriæ Comite, eaque propter Vaſallus eſt factus Comitis, omniaque ipſi Bona ſua in Villa Selbold in feudum obtulit Diplomate, quod *SANDEUS cit. loc. n.* 23. exhibet, his verbis concepto: *Ego GERLACUS DOMINUS DE BUDINGEN præſente ſcripto teſtor, quod Domino meo Ottoni Comiti Gelriæ univerſa mea bona in Villa SELBOLD pro ducentis marcis dedi, & eadem bona ab ipſo Comite loco Hominii recepi, atque eo nomine fidelis Homo ſuus ſum effectus. Teſtes hujus rei ſunt &c. Datum anno Domini* 1233. *menſ. Novembr.* At quis facilè crederet, Gerlacum hunc Budingenſem Landſaſſiatui etiam Gelriæ Comitis ſeſe ſubjeciſſe, & Immedietati, rei tam inæſtimabili, pro ducentis ſaltem marcis, renunciaſſe? Ut ergò vel inde appareat, verba illa, die der Frechen freyen Mann ſind, non de quolibet Vaſallo, eo etiam, qui aliquod ſaltem prædiolum, ſalva Libertate ac Immedietate ſua, ab altero in feudum tenebat, vel ipſi obtulerat; ſed de iis eſſe intelligenda, qui jacturam Immedietatis ſuæ penitùs fecerunt, atque in Landſaſſiatum aliorum Statuum fuêre dejecti. Nomine tandem LIBERORUM INFIMORUM veniſſe autumo, omnes ex *ORDINE EQUESTRI,* *Liberos infimos*, die Freyge-

S

bohrnen / freye Land ſaſſen; *STRI*, nativitate Liberos, qui tanquam Liberi Homines vinculo Miniſterialium, utpote quorum conditio jam factaerat adſtrictiſſima, ſe non alligaverant, adeoque non ſolum Mancipiis, Servis, Civibus ſervili genere coortis, vid. *Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill. §. 23.* ſed & Miniſterialibus ex eodem ordine Equeſtri, erant oppoſiti: Quam etiam diſtinctionem inter Liberos iſtos Infimos & Miniſteriales in ſubſcriptionibus Diplomatum hujus ævi ſubinde obſervare licet, eamque præclarè illuſtrant verba *Specul. Saxon.* quæ excerpſit *Dn. de PLOENNIES in Diſſert. de Miniſterial. Theſ. XVIII. pag.* 18. Läſſet der König oder ein anderer Herr ſeinen Dienſtmann, oder ſeinen eigenen Mann frey, der behält freyer Landſaſſen Recht. Ex hac autem triplici Liberorum differentia ſole clariùs jam elucet, quod Barones hi Immediati, ſive LIBERI DOMINI ſummâ, prout Duces cæterique Principes, gaviſi fuerint Libertate, & maxima jam tum inter ipſos & Barones Mediatos fuerit Status differentia, ut proinde ratio haud difficilis ſit inventu, quare Barones ſive Dynaſtæ, qui ab antiquiſſimis ita temporibus immediati permanſerunt, ad differentiam non tantum Baronum Mediatorum, ſed etiam noviter ad hanc Dignitatem evectorum, vocari poſtea maluerint *LIBERI DOMINI*, Freye Herren, quam *BARONES*, Freyherren, & ſic cautela omninò adhibenda, ne nomina *DOMINORUM* & *BARONUM* confundantur, aut ſemper & ubique promiſcuè ſumantur; Quod egregiè jam obſervavit *B. BOECLER. in Notit. Imp. lib. 9. cap. 1.* ajens: *Neque licet concludere: Hic vocatur* DOMINUS, *ergo* BARO. *Sicut exemplis alibi* (ſc. in Conductore Carolino) *productis conſtat. Non enim ferendi ſunt, qui Dominis Ruſſis, Limpurgicis, Rappolſteiniis, vellent addere titulum Baronis.*

Ex Barones immediati poſtea nominari maluerunt LIBERI DOMINI quam BARONES

Imò & Comites ſæpiſſimè DOMINI nuncupari maluerunt, quam Comites;

§. XXII. Quinimò & ipſis Comitibus titulus iſte, DOMINUS vel LIBER DOMINUS, hoc & poſterioribus temporibus usque eò arriſit, ut ſæpiſſimè *DOMINI* nuncupari maluerint, quam *COMITES*. Comites enim ex veteri Jure erant Magiſtratus, & Jura, quibus hactenus quâ Comites gaudebant, non proprio, ſed Regis nomine exercebant; cum Dynaſtæ contra jurisdictionem cæteraque Regalia in terris ſuis, ſicut alii Imperii Vaſalli nomine proprio tenerent. Comitatibus ergò jure hæreditario Comitibus relictis, hi eo faciliores poſtea fuêre in omittendo titulo Comitis, quo magis ita jus illud Vicarium oblivioni traditum iri putaverunt. Doctiſſima hæc obſervatio eſt *B. SCHIL-*

Digitized by Google

SCHILTERI ad Jus feud. Aleman. c. 1. §. 13. Et ad *Chron. Alſ. Königshoff. Obſerv. 19. §. 16. pag.* 1070. quæ non ſolum ipſi textui Juris feudalis Alemannici, ubi Comites ſub Liberis Dominis, **denen Frigen Herren,** continentur, iisque conjunctim quartus Clypeus Militaris aſſignatur, convenit; ſed & innumeris exemplis facili poteſt illuſtrari negotio, adeò ut auſim dicere, nullam ferè Comitum, qui hodiè adhuc ex iſtis temporibus antiquis ſuperſunt, Familiam fuiſſe, quæ non interdum, omiſſo Comitis vocabulo, titulum DOMINI aſſumſerit: Qua in re tantâ etiam uſi ſunt libertate, ut hanc titulorum variationem nonnunquam in una eademque perſona obſervaveris. Poſſemus plurimis id confirmare exemplis; ſed ob pagellarum anguſtias potiſſimùm jam immorabimur *WETTERAVIÆ*, quippe quæ ad ſcopum noſtrum, refellendumque *BURGERMEISTERUM* propiùs accedere videtur. Ita EPPENSTEINII quidem utplurimùm *DOMINI* ſaltem dicebantur, vid. Chart. ann. 1219. in *PRIVILEG. FRANCOFURT. Part. .pag 1.* ubi *GOTOFRIDUS DE EPPENSTEIN*: At fuiſſe tamen etiam ex hac Familia, quibus titulus *COMITIS* tributus, docet Idem fortè *GOTFRIDUS NOBILIS COMES DE EPPENSTEIN*, in Chart. ann. 1252. quam exhibet *Dn. JOHANNIS in egregio de Rebus Moguntinis Opere, Volum. I. in Tabul. Geneal. Eppenſtein. ad pag.* 625. *lit. e.* De HANOVIENSIBUS notabile exemplum adeſt *ULRICI DE HANAU* in Chart. ann. 1284. apud *Dn. LUDEWIG Reliqq. Mſtor. tom. 2. pag.* 241. qui tamen in alio quodam Diplomate apud *Dn. AUTOR* **des gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland** *pag.* 219. expreſsè *COMES* vocatur ab Imp. Rudolpho I. ubi inſimul exemplum *HENRICI COMITIS DE WLNOUWE* obſervandum, confer. Chart. apud *Dn. LUDEWIG. cit. loc.* cum tamen WILNAVII alias titulo ſaltem *DOMINI* uterentur: Sic etiam YSENBURGII olim plerumque vel *DOMINOS*, vel *NOBILES DOMINOS* ſe vocarunt: ſed nec *COMITIS* prædicatum, ut dicunt, ipſis fuiſſe inuſitatum, docet *REIMBOLDUS COMES DE ISENBURG*, in Charta ann. 1146. quam è ZILLESIO affert *TOLNERUS in Cod. Diplom. Palatin. num. LII. pag.* 46. confer. Chart. ann. 1158. cujus meminit *WINCKELMANN.* **Beſchreib. Heſſen-Land** *Part. 2. cap. 4. pag.* 154. De SOLMENSIBUS quidem deprædicatur, quod ſemper & ubique ſe *COMITES* ſcripſerint; Non deſunt tamen exempla, ubi etiam omiſſo hoc titulo inveniuntur, vid. Chart. ann. 1140. cujus ſubſcriptionem exhibet *WINCKELMANN.*

Quod multis Comitum inprimis Wetteraviocorum exemplis illuſtratur.

S 2

MANN. cit. Tract. Part. 2. cap. 6. pag. 214. Idem dicendum de CATZENELEBOGIIS & NIEDANIS, vid. Chart. ann. 1135. in fine *CHRON. VETER. rer. Mogunt. apud Urſtiſ. tom.* 1. *rer. German.* De SAYNENSIBUS Diplomata haud pauca inſerta ſunt dem gründl. Bericht in Sachen Sayn contra Chur-Trier. Et de FALCKENSTEINIIS ex initio ſeculi XV. duo adhuc leguntur Diplomata de ann. 1407. & 1409. apud *Dn. JOHANNIS Vol. I. rer. Mogunt. in Tab Geneal. Eppſtein: pag.* 815. *lit. a.* quorum alterum *PHILIPPI FALCKENSTEINII* adjecto titulo *COMITIS*, alterum omiſſo eo, mentionem facit. Extra Wetteraviam de HOHENLOICIS, WIRTENBERGICIS, OETTINGENSIBUS, HOHENBERGICIS, aliisve eadem teſtantur Diplomata apud *Dn. LUDEWIG Reliqq. MStor. tom. 2. pag.* 223. *ſeqq. ad pag.* 241. & *LEHMANN. Chron. Spir. lib.* 5. *cap.* 120. *& lib.* 7. *cap.* 2. Sed quid adferendo tot exempla multùm diſtinemur? Cum vel ex iis, quæ adduximus, ultra quam ſatis eſt, appareat, olim quum titulus Comitis tantùm juris nondum complecteretur, parùm vel nihil differentiæ fuiſſe inter Comites & Liberos Dominos, adeò ut quamvis etiam Comites plerumque in Diplomatum ſubſcriptionibus anteponerentur Liberis Dominis, hi tamen & illis prælati haud raro inveniantur; Exemplum notatu dignum præbet Diploma Adelberti Archi-Epiſcopi Moguntini de ann. 1130. apud *Dn. JOANNIS Spicileg. tabul. lit. vet. tom. I. pag.* 116. ubi ſequens inter ſubſcribentes Comites & Dynaſtas ſervatur ordo: *LIBERI: Rubertus Comes, & frater ejus Arnoldus de Lurenburch, Gerlaus de Iſenburch, Heinricus de Katzenelenbogen, Sigebodo de Buchon, Bertolfus Comes de Lindenveles, Sigfridus Comes de Nuringes, Cunradus de Walreſten, Cunradus de Bichenbach, Anſchelmus de Gumeldingen.* Idem nos docet Diploma Imp. Wilhelmi de ann. 1254. in *CHRON. Epiſcopor. Mindenſ. apud Piſtor. pag.* 745. ubi *A. COMES DE WALDECK, ET HENRICUS COMES DE SELMESZE* diſertè poſtponuntur *WERNERO DE BOLLANDIA.* confer Diplom. ann. 1189. *ibid. pag.* 744. confer etiam quæ ex ſubſcriptione Receſſuum Imperii obſervavit *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 2. pag.* 762. *&* 763.

Hujusque rationem non ab Advocatia Wetteraviæ petendam eſſe, demon-

His autem omnibus probè conſideratis, non poteſt non inſulſa admodum videri ratiocinatio *BURGERMEISTERI* Grafen- und Ritter-Saal *Part. 2. Sect.* 56. rationem, quare Comites Wetteravici olim *DOMINI* plerumque vocari maluerunt quam *COMITES*, ab Advocatia Wetteraviæ, der Landvogthey in der Wetterau,

Digitized by Google

terau, deducentis, dum *ibid. n.* 8. verbis ſat injurioſis ait: **Woher gekommen, daß die lang hernach erſt betitelte Graven in der Wetterau, in alten Documentis keine Graven, ſondern allein Herren genannt werden.** Ut enim taceam, multa inde fluere abſurda, quæ potius contra ſuam ipſius doctrinam de Immedietate Nobilium, quam *ibid. n.* 7. propoſuit, facillimè poſſent retorqueri; Planè quoque alia, ac Comitum Wetteravicorum ſubjectionem, vel tituli *COMITIS* omiſſi cauſam, hæc inferebat Advocatia. Primò enim docuimus, hoc non ſolum in Wetteravia, ſed extra eam quoque moris olim fuiſſe, & præterea conſtat, Advocatiam hanc Wetteraviæ per plures iviſſe Familias Wetteravicorum, Eppſteiniorum videlicet, Falckenſteiniorum, Münzenbergenſium, Hanovienſium, aliorumque, unde ſi cum *BURGERMEISTERO* rationes ſubducere liceret, illi ad minimum titulum Comitis ſibi attribuere debuiſſent, qui id temporis huic Advocatiæ præfuerint, quod tamen hujus Præfecturæ intuitu nunquam factum, ſed ipſi potiùs, ut probavimus, pro lubitu ſe vel Comites, vel Dominos appellarunt, licet etiam huic Advocatiæ non eſſent præfecti: Quinimò anno 1402. ex Ordine planè Equeſtri *HERMANNUS ROTENSTEINIUS* Wetteraviæ fuit Advocatus; At quis tam inſulſi cum *BURGERMEISTERO* foret ingenii, ut crederet, huic *ROTENSTEINIO* omnes etiam in Wetteravia Comites & Dynaſtas fuiſſe ſubjectos, omneſque hujus Advocatiæ intuitu titulo Comitis abſtinuiſſe? Cùm potiùs documenta, quæ de hac Advocatia extant, abundè teſtantur, officium horum Advocatorum ad Præfecturas urbium Oppenheimii, Poppardiæ, Veſaliæ, Francofurti, Fridbergæ, Wetzlariæ, & Gelnhuſæ, nec non ſervandam in iis Pacem publicam, potiſſimum habuiſſe reſpectum; Id quod non ſolum jam obſervatum **im gründlichen Bericht vom Adel in Teutſchland** *pag.* 204. ſed præterea quoque literis Imperatoris Ruperti in *PRIVILEG. FRANCOFURT. Part.* 1. *pag.* 256. diſertè probatur, ubi Imperator ita: **So han wir ſie von Römiſcher Königlicher Mächte und rechter Wiſſen befohlen, und empfelen Sie mit dieſem Briefe, dieß nächſte Jar ... dem Veſten Ritter Hermann von Rottenſtein, Unſerm Landvogde zu Wetteraw, Rath und lieben Getrewen, alſo daß er, als Unſer Landvogt** NB. **den wir darzu gegeben und geſaßt han, von unſern und deß H. Reichs wegen, die obgenanten von Franckenfurt, alle die ihren und die ihr zu**

ſtratur contra Burgermeiſterum,

Et duplex in Wetteravia Advocatia, quarum altera ambulatoria.

gehören oder zu verſprechen ſtehn, und ihre Märckte und Meſſen ſoll ſchüren, ſchirmen und handthaben, und ſich in ihre Krieg, Fehde und Sache ſtoſen. Deinde præter hanc Wetteraviæ Advocatiam, alia adhuc in ipſa Wetteravia fuit Advocatia, quæ in ſpecie Familiæ Münzenbergiæ erat adnexa, jusque inter alia antiquitùs habebat, das May-Geding, quod erat judicium foreſtale, zu Langen in der Drey-Eich zu beſitzen. Docent id literæ Imperatoris Sigismundi de ann. 1417, in *PRIVILEG. FRANCOFURT. Part.* 1. *pag.* 264. & 265. ibique verba: Lieben Getreuwen, wann Wir unterweyſet ſin, daß Unſer und des Reichs Gerichts Schultheyß zu Franckenfurt, der denn je zu Zeiten geweſt iſt an eines Römiſchen Kayſers oder Königs ſtatt, das **Meyding** zu Langen in der Drey-eyche von Alter her beſeſſen hat, und daß **Ein Eldiſter Vogde von Mintzenberg**, der auch denn je zu Zeiten geweſt iſt, bey demſelbigen Schultheyſen an dem vorgenannten **Meyding** ſitzen ſoll. Extinctâ autem cum Wernero, Archi-Epiſcopo Trevirenſi, Familiâ Falckenſteinio-Münzenbergicâ, diviſisque inter hæredes terris ejus hæreditariis, SAYNENSES ac YSENBURGII inter alias quoque partes acceperunt: **Ein fünffte Theil** an Mintzenburg der Stadt und Burg, davon Wir Anna (ſc. Saynenſis vidua) und Diether (Yſenburgius) vorgenannt und Unſer Erben **den Namen eines Voits zu Mintzenberg**, und die Wildvant zu Drey-Eich haben und tragen ſollen, quæ verba ſunt diviſionis Falckenſteinianæ, Documentis *DEDUCTION.* **Des Gräfflichen Stollbergiſ. Erb-Rechts an die Graffſchafft Königſtein** inſertæ. Unde cum Anno 1486. *LUDOVICUS COMES YSENBURGIUS* Saynenſem etiam partem emtione acquireret, non ſolum ipſe Advocatiam Münzenbergicam titulo ſuo nonnunquam inſerere ſolitus eſt; ſed Comites etiam Yſenburgii ad hunc usque diem Advocatiâ hac inveſtiuntur ab AUGUSTISSIMIS IMPERATORIBUS, vid. literas Inveſtitur. à Cæſare LEOPOLDO anno 1682. datas, apud *D. UFFENBACH. de Conſil. Imp. Aul. cap.* 11. *Sect.* 2. *pag.* 125. utut titulo jam pridem abſtinuerint. Inde ergò novum iterùm ducitur argumentum, quod Advocatia illa Wetteraviæ, quam intelligit *BURGERMEISTERUS*, in integram ſe neutiquam extenderit Provinciam, nec ſubjectos ſibi habuerit Wetteraviæ Comites & Dynaſtas, neque etiam præbuerit anſam, quare plerique titulum *DOMINI* olim uſurpaverint; ſed quod leves hæ ratiunculæ *BURGERMEISTERI* ſint falſiſſimæ, &

Altera Familiæ Münzenbergiæ peculiariter annexa, & poſtea in Yſenburgenſes translata, explicatur.

Digitized by Google

& animo ſaltem ergà *ILLUSTRISSIMUM S. R. J. COMITUM ORDINEM* malevolo, ut ſolet, excogitatæ.

§. XXIII. E diverticulo autem iſto retrò nos conferamus in viam. Poſt Comites nempe & Barones ultimo etiam loco conſiderandus eſt Status ORDINIS EQUESTRIS ſub Imperatoribus Suevicis, qui ſicut ſeculis prioribus, ita & hoc adhuc ævo ab Ordine Plebejorum maximè erat diverſus, adeò ut quamvis Plebeji nonnunquam caſtra ſequerentur, & exercitum ut plurimùm pedeſtrem conficerent, tanta tamen ipſorum ratio non fuerit habita, neque ipſi ad Cingulum militare regulariter admiſſi; quo de notabile refert exemplum *FRISINGENS. de Geſt. Frid. I. lib. 2. cap. 18. apud Urſtiſ. pag.* 458. Scutiferi cujusdam plebeji, inſigne virtutis bellicæ ſpecimen edentis, modeſtiam his deſcribens verbis: *Quem Rex ad ſe vocatum, militari Cingulo ob tam præclarum facinus honorandum decrevit. At ille cum ſe* PLEBEIUM *diceret, in* EODEMQUE ORDINE *velle remanere, ſufficere ſibi conditionem ſuam, honeſtè donatum, ad propria redire permiſit contubernia.* Idemque ſancitum invenitur in Lege Friderici I. ann. 1187. Norimbergæ promulgata apud *URSPERGENS. pag. m.* 231. *De filiis quoque Sacerdotum, Diaconorum, Ruſticorum, ſtatuimus, ne Cingulum Militare aliquatenus aſſumant: & qui jam aſſumpſerunt, per Judicem Provinciæ à militia pellantur.* A Claſſe tamen NOBILIUM & Ordo Equeſtris accuratè adhuc eſt ſecernendus, quippe cui titulus iſte NOBILIS his temporibus nondum competierat; quin potius nomen MINISTERIALIUM tam latè interdum ſumitur à Scriptoribus hujus ævi, ut omnes haud rarò ex ORDINE MILITARI Homines contineat. Perſuadent id nobis verba *URSPERG. in Vita Otton. IV. pag. m.* 238. *Timens autem Otto, quod* MINISTERIALES *ſpectantes ad Philippum, non facilè ſuo ſubderentur Imperio, ſi ad ſuos nativos Dominos redirent, filiam Philippi tanquam Dominam omnium rerum, quæ ad Generationem illam ſpectabant, accepit uxorem.* Quod ſi enim hîc Miniſteriales ſtrictè ita dicti ſaltem intelligerentur, non habuiſſet Otto Imperator, quod multùm timeret, utpote quorum potentia tanta ſane! non erat: Potiùs ergo hoc nomine, præter Miniſteriales in ſpecie ita vocatos, Caſtrenſes etiam, cæterique Milites in terris Philippi veniant, neceſſe eſt. confer *CHRON. AUSTRAL. ad ann.* 1145. & 1146. *apud Freher. pag.* 445. *Edit. nov.* Firmat ſententiam *jus FEUDAL. ALEM. cap.* 1. ubi Ordini Equeſtri, qui Barones mediatos ſubſequitur, ſextum aſſignat Clypeum, omnes generali nomine der

Status Ordinis Equeſtris ſub Impp. Suevicis adhuc erat diſtinctus ab Ordine Plebeiorum,

& generali interdum Miniſterialium nomine veniebat;

Dienſt=

Miniſteriales autem varii adhuc erant Generis;

Di.nſtmannen indicans. De MINISTERIALIBUS ergò ſub Impp. Suevicis primo hîc agemus loco. Differentiam hujus vocabuli, variamque ipſius ſignificationem ſub Impp. Carolinis & Saxonicis jam explicavimus; eadem etiam cautela circa tempora Franconicorum & Suevicorum Impp. adhuc obſervanda omninò videtur. Alii namque Miniſteriales erant è Claſſe NOBILIUM ex ORDINE EQUESTRI alii. Illi Miniſteria ſua plerumque in Aula Cæſaris ſuſcipiebant, varia ibi Officia Palatina ſubeuntes, quorum intuitu vocabantur MINISTERIALES REGNI vel IMPERII. Quamvis enim circa hæc & priora tempora quatuor illa officia Palatina, DAPIFERI, PINCERNÆ, CAMERARII, & MARESCHALCI, interdum & maximè, quum majora quædam Solennia celebrarentur, per Marchiones, Duces, imò & Reges fuerint peracta; vide teſtimonia apud *CONRING. de Official. Imp. §. 12. ſeqq.* Præter hos tamen in Aula Imperiali adhuc fuerunt OFFICIALES & MINISTERIALES è Comitibus vel Dynaſtis plerumque delecti, qui in obeundis hujusmodi ut & cæteris Aulæ Imperialis Officiis occuparentur, & quotidiè circa perſonam Imperatoris eſſent; Atque de his intelligo locum *WIPPONIS in vit. Conrad. Sal. apud Piſtor. pag. 428. Similiter IN DISPOSITIONE CURIALI, quem Rex MAJOREM DOMUS ſtatueret, quos CUBICULARIORUM MAGISTROS, quos INFERTORES & PINCERNAS & RELIQUOS OFFICIARIOS ordinaret, diu non eſt ſuperſedendum, cum illud breviter dicere poſſim, quod nullius Anteceſſoris ſui MINISTERIA aptiùs & honorificentius proviſa memini vel legi.* Eosdem habuiſſe Miniſteriales Regni ſive Imperii, Lotharium III. & Ottonem IV. Impp. Diplomata in *SUPPLEM. num. 3. & 4.* evincent. Imprimis verò notandus eſt egregius locus *GODEFRID. MONACH. ad ann. 1189. apud Freher. ſcript. rer. Germ. tom. I. pag. 352. edit. nov.* ubi de Miniſterialibus Curiæ Imperialis Friderici I. Imp. ita: *Eodem tempore Rex expeditionem Italicam jurare fecit NOBILES, maximè EOS, qui MINISTERIALES IMPERII eſſent, à feſto S. Matthæi poſt annum explendam, quatenus in Auguſtum ipſe conſecrari debuiſſet Romæ.* Hoc enim loco ſententia noſtra præclarè confirmatur, atque inſimul probatur evidentiſſimè, Miniſteriales Imperii fuiſſe *Nobiles*, adeòque ab ordine Equeſtri ejusve Miniſterialibus, quam maximè diſtinctos. Eosdem etiam intellexiſſe arbitror *URSPERGENSEM in vita Philipp. Suev. pag. 233. Natalem Domini in Caſtro Ha-*

Alii ex Ordine Nobilium,

qui Miniſteriales Imperii.

ginoy

ginou celebravit, ubi venerunt ad eum & OFFICIALES & MINISTERIALES. Ut & *pag.* 235. *Tota verò CURIA IMPERIALIS, & OFFICIALIS IMPERII, adhæſerunt Philippo cum Principibus quam plurimis.* Quamvis hunc locum à *CONRINGIO de Official. Imp.* §. 15. quotidiana hæc, ut ita loquar, Miniſteria & Officia ab iis, quæ interdum à Ducibus aliisve Potentioribus majoris ſplendoris ergò peragi ſolebant, non accuratè ſatis diſcernente, aliter applicari videam. Hinc etiam horum REGNI MINISTERIALIUM circa hæc inprimis tempora tam crebra fit mentio in ſubſcriptionibus Diplomatum, quales in ſpecie vocantur ROBERTUS DE LURENBORCH, ſtirpe Naſſoviâ oriundus, & REINHOLDUS DE ISENBORCH, in Charta ann. 1144. apud *TOLNERUM Cod. Diplom. Palatin. num.* 41. THEODORICUS, SIGEBODO & FRIDERICUS in Chart. ann. 1166. apud *Dn. LUDEWIG. Reliqq. MStor. tom.* 1. *pag.* 197. CUNO DE MINZENBERG in Chart. ann. 1174. apud *HERTIUM de jactit. Ord. Ciſterc. Libert. Sect.* 1. §. 27. *pag.* 257. PHILIPPUS de FALCKENSTEIN, vid Chart. im grundl. Bericht vom Adel in Teutſchland *pag.* 362. aliique. Quos tamen, antequam Archi-Officia Electorum Secularium fierent hæreditaria, horum Sub-Officiales non exiſtimarem, utut poſtea nonnulli ex hisce Miniſterialibus Regni tales fierent. vid. *LIMNÆUS ad A. B. cap.* 27. §. 6. *obſ.* 3. *ſeqq.* Præter Aulam verò Imperialem, Comites atque Dynaſtas Miniſteria ſua Eccleſiis etiam Monaſteriisve haud ſemel devoviſſe, docent tot officia Eccleſiarum hæreditaria, tot Miniſteria, quorum reſpectu & Officiales & Miniſteriales Eccleſiarum dicebantur: Tantum autem abeſt, ut ita Status ſui deminutionem fuerint paſſi, ut potiùs pro temporum iſtorum ratione Religionis amore ducti ſeſe ſuaque Miniſteria Deo ejusque Sanctis magnâ nonnunquam voluntate dicaverint; Id quod nonnullis exemplis, in iisque Rudolphi Habſpurgici, illuſtrat *Dn. de PLOENNIES in Diſſert. de Miniſterial. Theſ.* 26. addens *pag.* 41. *Quis autem hoc vel ſomniare poſſet, ut propterea Rudolphum Imperatorem ex Miniſterialium proſapia ortum fuiſſe, ſibi perſuadeat? Nam quo minùs illi ſummi Miniſteriales Imperii, & qui Sacra Cæſareæ Majeſtati in Aula ſeu Curia ſolenni ſunt à ſervitiis, Clypeum militarem Statumque ſuum mutarunt, eò minùs certè & illi mutaverunt, imò ne leviſſima quidem ſervitutis notam ſibi inuſſerunt, qui ſe ſuosque Divinæ Majeſtati ex mero Religionis zelo devoverunt.* Subſtitue-

Et Epiſcoporum ſunt facti:

ſtituerunt potius iſti Comites & Dynaſtæ non ſolum in officiis, quæ ab Eccleſiis tenebant, Hæreditariis, **in denen Erb-Aemtern,** de quibus] infra *Sect. III.*; ſed & ſi feuda quædam Caſtrenſia poſſidebant, ſibi ex Ordine Equeſtri: *CASTRENSEM IDONEUM, qui Cuſtodiam faciat caſtralem & Reſidentiam in tali caſtro*, ut ait Henricus Abbas Fuldenſis in literis apud *Dn. LUDEWIG. Reliqq. MSſtor. tom. 2. pag. 246.* Planè autem alia fuit ratio MINISTERIALIUM EX ORDINE EQUESTRI in ſpecie ita dictorum. Quamvis enim hi, ſi Statum Originarium reſpicias, nihil differrent à cæteris ex Ordine Equeſtri, qui hujusmodi Miniſteriis ſeſe non ſubdidêre, adeoque & pariter ac iſti ad Dignitates Eccleſiaſticas evehi poſſent, prout de Sifrido Auguſtenſi Epiſcopo *URSPERG. in vit. Otton. IV. pag. m. 238. Erat enim,* ait, *Miniſterialis Philippi de Rechberc oriundus.* Quamvis etiam initio, ac iis temporibus, quibus Beneficia vel Feuda nondum erant hæreditaria, tam adſtrictam horum Miniſterialium conditionem non putaverim: Aliud tamen poſtea factum, & maximè circa ſecul. XII. ſeqq. tam ſubjectæ conditionis inveniuntur iſti Miniſteriales, ut non ſolum (1) ſine permiſſu Dominorum ſuorum extra Regionem, in qua Miniſteria ſua obibant, uxorem ſibi quærere non liceret: Sed & ipſi (2) cum Liberis ſuis dividi: (3) permutari: (4) obligari: (5) cum Comitatibus, Dynaſtiis, Arcibus, & Caſtris, emtione aliisve titulis alienari: & (6) vindicari potuerint; uti id præter *AUTOR. Actor. Lindav. HERTIUM, HUNDIUM*, aliosque, in ſpecie deduxit *Dn. de PLOENNIES laudat. Differt. de Miniſterial. Theſ. 11. ſeqq.* quos omnes exſcribere nunc non lubet. Hoc ſaltem addimus, non ſolum Epiſcopos, Principes & Comites, ſed Dynaſtas etiam hujusmodi Miniſteriales in ſuo habuiſſe Dominio; quod præter *Rechbergium* jamjam allegatum, exemplis quoque probatur Nobilium Dominorum de QUERNVORDE, vid. Diplom. apud *Dn. LUDEWIG. Reliqq. MSſtor. tom. 1. pag. 5. & 6.* Dominorum de BUDINGEN in Chart. ann. 1217., quam è *Libro MSto. Privilegior. Eccleſ. Selbold.* excerptam vid. *in SUPPLEM. n. 4.* ubi GERLACUS de BUDINGEN ita: *Noverint ergò tam Heredes noſtri quàm MINISTERIALES &c.* aliorumque, quorum magna adeſt copia in Documentis **dem gründl. Bericht vom Adel in Teutſchland** annexis. Deſiiſſe tandem videtur durus iſte MINISTERIALIUM Status poſt med. ſeculi XIV. ſive quod ſervitute

Alii ex Ordine Equeſtri.

Quorum Conditio facta eſt adſtrictiſſima.

Deſiit tamen iſte nexus circa med. ſeculi XIV.

vitute

vitute in Germania ſenſim in deſuetudinem abeunte hujusmodi ſubjectio Chriſtianâ fide ac charitate indigna putaretur: ſive quod extinctis multis Miniſterialium familiis, cæteri varias ob cauſas, quas vide apud *HERTIUM de Hom. propr. Sect* 4. §. 11. Libertati fuerint reſtituti, adeoque *Miniſterialitas* illa (uti vocatur apud *CAROL. du FRESNE in Gloſſar. tom. 2. pag.* 558.) in Germania ita ſublata, ut etiam haud pauci ex Ordine Miniſterialium occaſionem poſtea, fatis Germaniæ ita volentibus, obtinuerint, ad ipſam Immedietatem aſpirandi; Cujus origines atque incrementa jam paulò accuratiùs ſunt inſpicienda.

Ex Ordine etiam Equeſtri oriri jam cœpit NOBILITAS IMMEDIATA.

§. XXIV. Quemadmodum enim Comites & Dynaſtæ circa exitum Stirpis Franconicæ & initium Hohenſtauffiorum magnam Status mutationem ſunt experti, ita & Ordo Equeſtris, cum hac tamen differentia: Ut Illi ſub increſcente Ducum potentia paſſim ex Immedietate detruderentur in Medietatem & Landſaſſiatum; Hi verò occaſionem ſubinde nanciſcerentur, è Medietate ad Immedietatem, è Subjectione, quâ Statibus adhuc erant adſtricti, ad majorem libertatem aſpirandi, in iis inprimis Provinciis, ubi Ducum dominatus tanta incrementa capere non poterat. Mortuo enim Friderico Barbaroſſa, obortisque inter poſteros ipſius & electos à nonnullis Statibus Anticæſares diſſidiis, bella erant gerenda, Status maximè in Suevia & ad Rheni tractum, qui pro lubitu auctoritatem Hohenſtauffiorum vel agnoſcebant, vel rejiciebant, & muneribus conciliandi, & vi coërcendi, Milites conducendi, magnique in alendos ipſos ſumtus erogandi: Pecuniâ ergò, ceu optimo rerum gerendarum nervo, erat opus, quâ deficiente prædia, quæ Fridericus Barbaroſſa tam latè, ut ſupra docuimus, acquiſierat in Alemannia, neceſſariò iterùm diſtrahenda, iisque, quorum auxilium expectabatur, erant obliganda. Hinc Comites & Dynaſtæ opes ſuas è bonis Hohenſtauffiorum haud parum auxerunt: Hinc etiam Milites & Miniſteriales tot prædia ex eadem Hohenſtauffiorum hæreditate, majoremque in dies & autoritatem & libertatem in Alemannia ſunt nacti. De Philippo ſane! Imperatore notiſſimum eſt teſtimonium *URSPERGENSIS in Vita Ejus pag. m.* 237. *Hic cum non haberet pecunias, quibus ſalaria ſive ſolda præberet Militibus, PRIMUS cœpit diſtrahere prædia, quæ Pater ſuus Fridericus Imperator latè acquiſierat in Alemannia: Ita ut cuilibet BARONI, ſive MINISTERIALI, villas, ſeu prædia ruſticana, vel Eccleſias ſibi contiguas obli-*

Cujus origines & incrementa.

in larga Terrarum Hohenſtauffiorum diſtributione.

obligaret. Sicque factum eſt, ut nihil ſibi remaneret præter inane NOMEN DOMINII TERRÆ, & Civitates ſeu Villas, in quibus fora habentur, & pauca Caſtella Terræ. Nec meliora de temporibus Ottonis IV. & Friderici II. Impp. adnotavit Idem *URSPERGENS. ad ann. 1212. pag. 243. Otto Imperator interim venerat de Thuringia, volens comprehendere aut interficere Adverſarium ſuum, ipſeque manebat in Oppido Uberlingen: Sed à multis derelictus non poterat occurrere ſæpè dicto Friderico ad pugnam. Unde factum eſt, ut auxilio Comitis de Quiburc & ALIORUM, QUIBUS IPSE PRÆDIA IMPERII ET PATERNA LARGE DISTRIBUIT, ET OBLIGAVIT, usque Baſileam perveniret.* Acceſſit brevi poſt fatalis Hohenſtauffiorum interitus, qui haud minimam quoque in Suevia & Franconia occaſionem aſſerendæ libertatis præbuiſſe videtur ordini Equeſtri. Decollato namque anno 1268. Neapoli CONRADINO, Terræ Hohenſtauffiorum admirandum in modum erant dilaceratæ: Magnam poſt interregnum partem Imp. Rudolphus Habſpurgicus in Filium Rudolphum annexo Ducali Titulo transtulit; Magnam etiam partem accepêre Bavari, Würtenbergii, Badenſes, accedentibus paſſim venditionis, oppignorationis, aliisve titulis; Sueviæ itidem & Franconiæ Civitates maximam id temporis vindicandæ libertatis curam geſſerunt: Nec minùs ordini Equeſtri iſtorum Tractuum hæc Epocha paſſim arriſit, utpote qui, extinctis, quibus peculiari nexu adſtricti erant, Hohenſtauffiis, diſtractiſque ipſorum terris, eò minus habebant, quod in aſſerenda ſibi libertate cæteros, ad quos plurimæ Hohenſtauffiorum terræ pervenerunt, timerent, cùm hi curam ordinis Equeſtris vel ob turbida jam tum diffidationum tempora tam accuratè habere non poſſent, vel titulis ſuis non ubique forſitan ſatis confiſi parta tueri, quam ſcrupuloſiùs juſto ſcrutando ab acquiſitis etiam nonnulla iterum amittere mallent. Confer. *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 2. pag. 349.* Favit huic Equitum conatui turbulentiſſimum illud magnum Germaniæ Interregnum, maximaque ipſorum Immedietati incrementa adjecit; Id quod breviter quidem, ſed egregie exponit Conſultiſſ. *Dn. FELTZ. in Diſſ. de Antiquit. Poteſt. & Dignit. Nobilitat. Immed. pag. 29. & 30. Interregni,* ait, *tempore, quin plures, qui fortè non æquè, ac alii Immediati, ſed Ducibus Sueviæ peculiari nexu adſtricti fuerunt, ſe ab hoc vinculo, occaſione ita ferente, liberaverint, eò minùs videtur dubium, quo certius eſt, omnes Imperii Status ſibi tum temporis commendatum habuiſſe proverbium:* *Fronte*

Ducum Sueviæ Interitu,

Magno Germaniæ Interregno,

Digitized by Google

Fronte capillata eſt, poſt hæc Occaſio calva.

Erat iſthoc tempore turbulentiſſimus in Imperio Romano-Germanico ſtatus; diſſidentes inter ſe Electores; belligerantes Principes; Diffidationum omnia plena; Juſtitia nullibi adminiſtrabatur; præ armorum ubique ſtrepitu leges nullæ poterant exaudiri. Itaque non eſt mirandum, quod ad exemplum aliorum & Potentiorum Imperii Statuum & Noſtri S.R.I. Equites ſibi vigilaverint, atque in turbido juxta cum aliis piſcari omni ope anniſi fuerint. Nec deſierunt & poſt Interregnum ad Imperatoris usque Maximiliani I. tempora, miſerrimæ illæ Diffidationum turbæ, ubi Jus Manuarium, das Fauſt-Recht, tanto invaluerat uſu, ut quilibet ferè, dummodo ſolennitatem Indictionis obſervaverit, alteri bellum impunè inferret, & unus interdum vel pauciſſimi ſaltem Equites, ad Principes, quin & Epiſcopos cæteroſque Status Potentiores literas ſuas diffidatorias mittere non dubitarent; Quod ipſum de Nobilitate immediata jactat *BURGERMEISTER.* Grafen-und Ritter-Saal, *Part.* 1. *Sect.* 11. ulterius verò docent diffidationes illæ à Buchenavio & Roſenbergiis Rudolpho Epiſcopo Herbipolenſi indictæ in *SUPPLEM. num.* 5.6.7. 8. & 9. Omnia id temporis Diffidationum erant plena, plena etiam Societatum variis nominibus inſignitarum, de quibus prolixè egit *DATTIUS* in præclaro *de Pace Imperii publica* Opere; Adeoque planè non mirandum, quod Nobilium Immediatorum potentia per has etiam turbas in dies creſceret, numerus magis atque magis auctus, ipſique nonnunquam in fœdera etiam Principum, Comitum, atque Dynaſtarum aſſumti viderentur. Forſitan etiam poſt hæc turbulenta Diffidationum tempora Miles mercenarius, qui potiſſimum Maximiliani Imp. ævo frequentior eſſe cœpit, numeri augendi anſam haud parùm dedit Nobilitati Immediatæ; Antea enim cum Miles iſte mercenarius, quem hodie habemus, tam frequens nondum eſſet, potiſſima Dynaſtarum, Comitum, cæterorumque Statuum Potentiorum Militia (quod per omnes hactenus Epochas obſervavimus) conſtabat ex Ordine Equeſtri, ſive Vaſallis Nobilibus, earum etiam Familiarum, quas hodiè Nobilitati Immediatæ paſſim adnumerari videmus, qui & prædiis & pecunia in res immobiles poſtea impendenda conducti, vel Caſtra Dominorum ſuorum tueri, ſie muſſen Burghude thun, teſtibus Chartis in *SUPPLEM. num.* 10. *ad* 41. vel ſi bellum erat alteri inferendum, aut Diffidatio, ut dicebant, facienda, ipſi ad

Turbidis Diffidationum temporibus.

Et frequentiori uſu Militiis mercenarii, ſunt quærenda.

arma vocati apparere, Dominumque contra quoscunque ipſos duxerit, ſequi tenebantur: Quod uno ſaltem exemplo illuſtrabimus. Cum circa ann. 1372. HENRICUS DOMINUS de YSENBURG & Filius ejus JOHANNES maximam cum Abbate Selboldenſi haberent controverſiam, ipſi tanquam Advocati hujus Eccleſiæ, Abbatem criſtas nimis erigentem caſtigaturi, coadunatis Vaſallis atque Caſtrenſibus ſuis Monaſterium armata ingrediebantur manu; De qua expeditione Abbas querelam ſuam ad Papam his conceperat verbis: *Exponitur S. B. pro parte Venerabilis & religioſi Viri Domini Johannis de* Kil enkeim *Abbatis Monaſterii in Selbold, Ordinis Præmonſtrat. Mogunt. Diœceſ. Quod NOBILES VIRI NOBILITATEM deſpicientes, HENRICUS DE ISENBURG DOMINUS IN BUDINGEN, JOHANNES ejus filius, nec non DISCRETUS Stachs & Henricus Wintherus, & Contzo dicti Meydenn, fratres ARMIGERI, Sifridus Moyſchen, & NONNULLI CASTRENSES OPPIDANI ET VILLANI in* Bingenheim, *in* Budingen, *in* Birſenſt ynn, Eckartshauſen, *in* Bergkheim, *in* Dudelsheim, *& in* Winings *commorantes, & NB. AD DOMINIUM dictorum Dominorum Henrici & Johannis de Iſenburg, SPECTANTES ET PERTINENTES, nec non in hac parte eorum Complices, nocturno tempore Monaſterium in Selbold prædictum, & cum armata manu Cameram præfati Domini Johannis violenter & injurioſe invaſerunt & rapuerunt, quærentes dictum Dn. Abbatem, tunc in loco exiſtentem, Gladiis evaginatis, volentes ipſum Dn. Abbatem juxta eorum clamores interficere.* Quæ verba Abbatis ſat dura Inſtrumento ſuo inſeruit *ROBERTUS DE STRACKTON* (cui hæc lis dirimenda à Papa erat commiſſa) in *LIBRO MS. Privilegior. Eccleſiæ Selboldenſ.* Conducto autem poſtea Milite mercenario, & mutatâ hoc modo belli gerendi ratione, Vaſalli ex ordine Equeſtri non ampliùs tam arctè, ut ipſi armati apparerent, erant adſtricti, & ſic liberiores paululum à ſervitiis militaribus facti eo facilius ad Nobilitatem Immediatam ſe conferre, atque Societati huic ſenſim ac ſenſim adjungi poterant.

His tamen non obſtantibus ORDO EQUESTRIS regulariter ſubjectus manebat Stati-

§. XXV. Nec tamen opineris, velim, hoc ipſo ſtatim Corpus illud Equeſtre immediatum complementum ſuum accepiſſe, & libertatem ſuam ad tantum quod hodie prætendunt, perduxiſſe faſtigium: Fuerunt enim & ante & poſt hæc tempora, ut Status potentiores taceam, Comitibus etiam & Dynaſtis, ſi ſedes ac bona ſua in ipſorum Territoriis habebant, ſubjecti; agno-

agnoſcebant horum jurisdictionem & in perſonalibus, & in realibus; Exemtio, quæ tantas hodiè lites movet, id temporis regulariter ignorabatur; Imò & Comitatibus atque Dynaſtiis ita erant adſcripti, ut cum his, inconſulti licet & non rogati, in alios transferri potuerint. Quod ne gratis dixiſſe videar, ad probationem me accingo. Ita perantiqua GEMMINGIORUM Familia hodiè quidem haud dubiè inter Nobiles Immediatos locum obtinet: At fuiſſe tamen ex iis adhuc Seculo XIV. Dominis WINSPERGIIS ita ſubjectos, ut etiam donationis titulo in alios transferri potuerint, teſtatur Diploma ann. 1320. apud *Dn.* LUDEWIG *Reliqq. Mſtor. tom. 2. pag.* 267. verbis hisce: *Nos Conradus Senior de Winſperg Dominus recognoſcimus in his ſcriptis publicè profitendo, quod ad utilitatem & honorem Eccleſiæ Fuldenſis Villulam, dictam Hartshuſen, Diœceſis Herbipolenſis cum pratis, agris, paſcuis, nemoribus ac aliis univerſis eidem pertinentibus, NB. nec non Honeſtas Viduas, videlicet Viduam relictam quondam Conradi dicti Caplan & Agnetem relictam quondam* GEROLDI DE GEMMINGEN, MILITUM, CUM SUIS LIBERIS ET HÆREDIBUS UTRIUSQUE SEXUS, *quæ hactenus dinoſcuntur titulo proprietatis poſſediſſe, ad manus Venerabilis in Chriſto Patris ac Domini Domini Henrici Fuldenſis Eccleſiæ Abbatis ſuo & ejusdem Eccleſiæ ſuæ nomine liberè reſignando donavimus, ipſaque pro Nobis & noſtris Heredibus à dicto Domino & ſua Eccleſia titulo feodali recepimus perpetuò poſſidenda. In quorum recompenſam dictus Dominus noſter Abbas Fuldenſis nobis ducentas Libras Hallenſium aſſignavit - - - Datum & actum Ann. Dom. Milleſimo trecenteſimo Viceſimo, ſecundo Februarii.* Sic etiam de TERRA RHENENSI antiquiſſima quidem vulgò deprædicatur Immedietas, vid. *Dn.* STRUV. *Syntagm. Jur. publ. Diſſert.* 18. §. 3. in eaque inter cæteros ferè eminet NOBILITAS EINRICHIANA, die Ritterſchafft zum Hayrich, de cujus Immedietate, & quam antiqua hæc ſit, multa quidem loquuntur Acta, quæ BURGERMEISTER. *Codici ſuo Diplomatico Equeſtri* inſeruit; Sed multos fortean ultra Seculum XIV. libertatem hanc jactatam protendere non poſſe, ex jam jam dicendis apparebit: Pagum ſcilicet, vel Comitatum EINRICHIANUM, tempore Carolingorum jam notiſſimum (vid. NITHARD. *de Diſſenſ. filior. Lud. Pii. lib. 3. apud Schilter. pag.* 103.) Seculo adhuc XII. tenebant Comites ARNSTEINII, confer. BROWER. *Annal. Trevir. ad ann.* 1140. *tom* 2. *pag.* 41. Ludovicus autem

bus, in quorum Territoriis Sedes ac Bona habebat;

Quod demonſtratur per Franconiam.

Ac imprimis Terram Rhenenſem.

Digitized by Google

autem hujus Familiæ ultimus, Inſignia Monaſtica, Habitumque Præmonſtratenſem aſſumens, nullos præter ſeptem Amitas, in Naſſoviam, Catzenelebogiam, Yſenburgiam, aliasque Familias Illuſtres collocatas, reliquit Heredes, vid. *WINCKELMANN.* Beſchreib. Heſſen-Land. *Part. 2. cap. 1. pag.* 84. & 85. Unde Affines vicini hæreditatem ARNSTEINIORUM ſibi vindicarunt. Tractus inprimis EINRICHIANUS, ſi non omnis, at maxima certè ipſius pars, cum NOBILITATE ad hunc Comitatum pertinente, obveniſſe videtur Yſenburgiis. Illud docent verba *BROWERI*, Scriptoris harum terrarum peritiſſimi, *cit. Annal. Trevir. ad ann.* 1379. *tom. 2. pag.* 248. *Wilhelmus Wiede Comes, & Salentinus Iſenburgicus, Gerlaci Iſenburgi Poſſeſſoris ii fuère, quibus ampliſſimi Feudi ſemiſſem per jura Patronatus, Decimas, Advocationes, Paſcuorum & Nemorum fructus, late diffuſum utrisque ſic diſtribuit, ut ea ſortitio, quam olim Lotharius Iſenburgicus, & Theodoricus Gerlaci Parens ſequuti fuerant, obtineret; & cuique Aviti fundi & fructuum dimidium ex aquo cederet. NB. Pervagantur autem hi fundi bonam partem ejus limitis diæceſani, qui EINRICHI PAGO, vel Decanatu Engerſio deſcribi conſuevit.* Hoc verò, & quod etiam Nobilitas ad hunc Comitatum Einrichianum pertinens, cum ipſo Comitatu in Yſenburgios fuerit translata, eique ſeculo adhuc XIV. annexa, teſtantur Literæ, quas vocant Reverſales, GERLACI DOMINI de YSENBURG de ann. 1337. Documentis *ACTOR. MS.* **in Sachen Wied** *contra* **Chur-Trier die Graffſchaffe Nieder-Yſenburg betreffend**/ inſertæ, ubi ad Feuda Trevirenſia etiam refert; Die Graffſchafft von dem Einriche/ NB. **mit denen Mannen und der Herrſchaffe/ als Sie** NB. **von alters zu der Herrſchaffe von Yſenburg gehöret**/ derſelben Graffſchafft wir ein rechter Erbe ſeyn, und daruff wir, noch keiner unſerer Eltern oder Vorfahren, nicht han verziehen, die rühret auch von dem Stifft zu Trier, und haben wir ſie auch empfangen zu rechten Lehen. Simile de Comitatibus SAYNENSI & SPONHEIMIO præbet exemplum, diviſio illa fraterna, à GODOFREDO SAYNENSI & HENRICO SPONHEIMIO anno 1264. facta, quam vide im Saynl. Manifeſt *de ann.* 1645. *lit. B. pag.* 75. ubi Godofredus Saynenſis ita: *Nos* (ſc. Godofredus) *ordinamus, quod prædictus, Henricus Frater noſter obtineat COMITIAM de Spanheim cum Caſtris, Munitionibus - - - COMITIÆ CASTRENSIBUS, FIDELIBUS*

LIBUS

LIBUS, VASALLIS, MINISTERIALIBUS ET HOMINIBUS, eo jure quo Pater noſter Johannes Comes de Spanheim ea poſſidet, atque tenet - - Nobis vero reſervamus COMITIAM de Sayne cum Caſtris, Munitionibus, FIDELIBUS, VASALLIS, ET MINISTERIALIBUS & omnibus eorundem pertinentiis - - - Similiter dicimus, de FIDELIBUS, MINISTERIALIBUS, ET HOMINIBUS caſtrorum de Spanheim, Dille, Starckenberg, & Ellenbach - - - quod Fratri noſtro ſerviant ſuo jure ubicunque manſerint &c. Ad Rhenenſes porrò refertur Nobilitas Wetteravica, quæ duobus inprimis Caſtris, Fridbergenſi & Gelnhuſano claret; Sed majorem fortè libertatem aut exemtionem nec hujus terræ Nobiles de ſe prædicare poterunt, utpote qui potius jurisdictionem Comitum atque Dynaſtarum, in quorum territoriis prædia ac habitacula ſua habebant ſita, & intuitu perſonæ & ratione bonorum, agnoſcere omninò tenebantur. Perſonalem ſubjectionem dilucide evincunt privilegia illa exemtionis, quæ Wetteraviæ Comites atque Dynaſtæ ſubinde ab Imperatoribus contra Judicium Rothwilenſe impetrarunt, ubi ipſi quidem ſoli Imperatoris judicio reſervantur, Vaſallis verò & Caſtrenſibus, ut & reliquis ſubditis, judicia Dominorum ſuorum etiam inferiora ſimpliciter aſſignantur. Invenitur hujusmodi privilegium ab Imperatore Sigismundo COMITIBUS HANOVIENSIBUS conceſſum, im gründl. Bericht vom Adel in Teutſchland *pag.* 220. *ſeqq.* Idem etiam ab Eodem Imperatore ſub dato Poſonii, ipſo die S. Catharinæ Ann. MCCCCXXXIV. obtinuit DIETERUS COMES YSENBURGIUS, Dieteri Archi-Epiſcopi Moguntini Parens, in quo hæc Imperatoris verba leguntur: Wer zu dem ehgenanten Diether oder ſeinen Erben zu ſprechen hat, der ſoll das thun für Uns, Unſern Nachkommen Röm. Kayſern oder Königen ... NB. **Wer aber zu ſeinen und ſeiner obgenanten Herrſchaffe zu Budingen und andern ſeinen** NB. **Mannen/ Burgmannen/ Dienern**/ Bürgern, Geburen und Unterſeſſen ... ichts zu ſprechen, zu klagen oder zu fordern hätte, der ſolle das thun, NB. **für den Gerichts-Schultheiſſen / Richtern/ Schöffen/ oder Räthen**/ der obgenanten Herrſchafft, oder vor den Gerichten darinnen die ang-ſprochene Leute geſeſſen ſeyn, und daſelbſt Recht von ihnen nehmen, NB. **und nyndere anders.** Neque etiam ante impetrata hæc privilegia exemtionis deſunt exempla, quod Comites & Dynaſtæ cauſas Nobilium, in Territoriis ſuis habitantium, dijudicaverint, refractarios carcere aliisque mo-

Et Wetteraviam, ubi Nobiles Comitibus atque Dynaſtis ſubjecti erant.

Non ſolum intuitu Perſonarum ſuarum,

Digitized by Google

dis ſub jugum miſerint, eosque ut ſubjectionem debitam juratò denuò confirmarent, coëgerint. Evincet id ſequens, quod in *SUPPLEM. num.* 42. nonnullis obſervationibus illuſtravimus, Diploma: Ich Gotfrid Zyppar erkenne mich offentlich in dieſem Briff .... alſo als mich die Edele myne **Gnedige Herren** Herr Heynrich von Yſenburg Herre zu Budingen und Herr Johann ſyn Sone, **geſangen hatten** / des Geſengnüß han Ich ein gnedig Ende mit ihnen funden und troffen, alſo beſcheidenlich . . . Auch iſt gered, daß Ich Gotfrid dick genant, um die Sache und Geſengnüſſe, als vorgeſchrieben ſteit, nimmer wider Herman von Heruldis (cum hoc enim litem habebat) ſol getun nach wider Gotzen ſyn Broder oder Francken ſyn Sone, auch en ſollen ſy wider mich um die Sache nit tun; Es wäre dann ſach, daß unſer einer mit dem andern vorters icht zu ſchaffen gewonne, um ander Dinck, NB. des ſollen wir beyder ſyte blyben an Unſer beyder Herren, alſo beſcheidenlich, welcher zu dem erſten die Dinck vor unſere Herren brächte, ſo ſo ten unſer beyder Her ren den andern vor ſich verboden, und unſer beyder Clage und tedinge verhören, und was ſy dan unſer eynen dem andern heiſen tun, der en ſolte nimmer uß Budingen kommen, er en hätte dan das gefart, als Unſer beyder Herrn hatten geſprochen. Alle dieſe vorgeſchriebene Stücke und Artickel und ir iglichen beſunder han Ich Gotfrid **mym gnedigen Herrn** Herre Henrich von Yſenburg in ſyn hand in truwen gelobt an Eydis ſtat, und darnach mit offgerachten fingern zu den Heiligen geſworn ... *Datum anno Dn. MCCCLXXII. Sabbatho ante Dominicam Judica.* Adjungere huic ex ſeculis adhuc recentioribus poſſemus exempla haud pauca exercitæ jurisdictionis in cauſis Nobilium tam civilibus quam criminalibus; ſed, ut famæ Familiarum parcamus, lubentes hæc ſilentio præterimus, id ſaltem monentes, ne iſtam quidem ſubjectionem Vaſallorum atque Caſtrenſium ceſſaviſſe, licet etiam in Caſtra Fridbergenſe & Gelnhuſanum recepti, imò licet horum Caſtrorum Burggravii fuerint facti. Mirum quidem hoc multis videbitur, ſed tamen adſunt literæ HENRICI FORSTMEISTERII de anno 1431. in *SUPPLEM. num.* 43. quibus ille id temporis Burggravius Gelnhuſanus, diſertis teſtatur verbis, ſe à DIETERO YSENBURGIO ad ferendum contra EPPSTEINIOS teſtimonium, juſtè ac legitimè fuiſſe Budingam citatum. Verba ad rem facientia hæc ſunt: Ich Henne Erph, (id eſt Erb-Forſtmeiſter) Burg-

Etiamſi Burggravii eſſent Caſtrorum immediatorum;

Digitized by Google

Burg-Grave zur Burge Geylnhuſen bekenne ... **Als der Edelle Herre** Jungher Diether von Yſenburg Herre zu Budingen, **myn gnediger Jungher** / NB. **mich mit Rechte** für ſyne Burgmanne zu Budingen **geheiſchen ...** Des ſo wyſeten die Burgmanne und der Richter mit yn einmütiglichen **zum Rechten** / off ire Eyde und als ſie ſich uff das mael beſſers Rechten nicht verſtunden, daß ich dem obgenanten **mynem gnedigen Jungherrn** von Yſenburg yme Rechten ſolte ſagen und geben der Sache von des Landgerichts von Ortenburg wegen ware Kunſchafft ... Als nun der Richter und die Burgmanne ſolches einmütiglichen NB. **mit Orteil und Rechte** gewiſet hatten, da hieß der Richter die Helligen vor ſich und die Burgmanne brengen, da beſagete ich und ſwore eynen geſtabeten Eyd, als Recht iſt ... Der geben MCCCCXXXI. des Montages nechſt nach der zwölff St. Simons und Jude Tag. Quam ſubjecti verò Bonorum etiam intuitu Seculis adhuc XIV. *Sed etiam* & XV. fuerint Nobiles Wetteravici, vel inde patet, quod *ratione Prædiorum.* non ſolum bona in territoriis Comitum vel Dynaſtarum ſita, ſine conſenſu ac voluntate Domini territorialis, alienare non poterant, teſtibus Chartis in *SUPPLEM. num.* 44. 45. 46. & 47. Sed & in contractibus ineundis juribus ac conſuetudinibus provincialibus illius territorii, in quo prædia erant ſita, ſeſe ſubmittere, & ſi qua fortè prædia in Dominos ſuos, Eccleſias, vel alios quoscunque, venditione, oblatione, aliove titulo transferre voluerint, hoc coram Præfecto vel Sculteto & Scabinis facere tenebantur; Quod è multis, quæ ad manus ſunt atque in *SUPPLEM. num.* 48. 49. 50. exhibita, Documentis, hic paucis ſaltem demonſtrabimus. En primum! Ich Fritze von Breydenbach und Jmmegarte mine Eliche W trin Burge zu Geylnhuß bekennen .... daß Wir recht und redlichen uffgegeben han NB. **vor Zintgraffen und vor Scheffen in dem Gerichte zu Grinda** dem Edlen Unſerm lieben gnedigen Herren, Herrn Ulrichen Herrn zu Hanaue ſonff Phunt Geldis uffe Unſerm rechtlichen eygen mit nahmen uff unſerm Hove zu Rodinberge ꝛc. *Datum & actum ann. Dom. MCCCLVI. in Vigilia beate Katherine Virg. & Mart.* Sequitur alterum: Ich Henne von Selbuld, und Ich Luckel ſyn ehlich Hußfrawe bekennen ... Auch ſo han wir eim iglichen Altariſten des vorbenanten Altars ... die vorgenante Unſere Wieſen uffgegeben NB. **an dem Gerichte zu Budingen** vor Gyſen von Windhuſen yzund Schultheiſſen zu Büdingen / und vor den Schöf-

ſen daſelbſt, und han ſy darin laſſen weren und ſetzen mit rechtem Gerichte, **als des Gerichts zu Budingen Gewonheit und Recht iſt ꝛc.** *Datum Anno MCCCCIII. in Vigilia B. Martin. Epiſcop.* Tertium: Ich Heinrich Krieg von Altheim bekenne . . . daß ich verkaufft . . . . dem veſten Fridrich Rappult, meinem lieben Schwager . . . das Gut der Münten genant zu Königſtäden . . . auch will ich gemelten Fridrich . . . in ſolch Gut . . . ſetzen und wehren, **nach Recht und Gewonheit des Gerichts zu Königſtäden ꝛc.** Geben uff St. Albans Tag *Anno MCCCCLXXXVIII.* confer. Chart. ann. 1330. Brunonis Militis de Scharpfenſtein apud *Dn. JOANNIS Spicileg. I. tabular. literarumque veter. pag.* 368. ubi eadem & multa adhuc alia notatu digna inveniuntur. Et ſi quis fortè objiciat renunciationes atque inſinuationes iſtas judiciales fuiſſe actus voluntariæ jurisdictionis, is evolvat, velim, Inſtrumentum illud appellationis, quod infra in *SUPPLEM. num.* 51. produxi, & credo, nullum amplius dubium remanſurum. Hoc enim inſtrumento probatur evidentiſſimè, Nobiles hodiernos ſi de bonis forte habuêre controverſiam, jurisdictioni Sculteti & Scabinorum ejusdem diſtrictus, in quo prædia erant ſita, ſubfuiſſe, eosque coram hoc judicio, utpote prima ipſorum inſtantia, anteà conveniri debuiſſe, quam ad ipſos Dominos territoriales appellari potuerit, adeò ut, quemadmodum Saxones ſuos habent *Schriffſaſſios* & *Amtſaſſios*, ita hos haud malè dixeris Gerichtſaſſen. Quamobrem ſi prædia ſua in Territoriis Comitum atque Dynaſtarum, à jurisdictione cujusque loci, & oneribus, quæ Dienſt und Bede vocantur, libera poſſidere volebant, peculiari Domini Territorialis conſenſu ac privilegio erat opus; Id quod præter chart. ann. 1446. apud *Dn. LUNIG.* **Reichs**-*Archiv. part. ſpec. cont.* 3. Abſatz 3. *pag.* 85. cujus hæc ſunt verba: Wir Reinhardt Graffe zu Hanau bekennen . . . . daß Wir dem veſten Herrn von Beldersheim Wolffs ſeel. Sohne . . . von beſundern Gnaden, ihren Hoffe zu Stertzelnheim mit ſeinem Begriffe, und ellffe Hube Landes ohngefehrlich darzu und darume gehorig, die in unſern Gerichten Stertzelnheim und Wertheim gelegen ſindt, gefreyet han und freyen ihne die Krafft dieß Briefes, alſo, daß ihre Hoffmanne, den ſie jetzt oder in Zyten Hüßlichen, und Buwerlichen daruff haben ſitzen. **Atzunge/beede/Dienſtes und ſuſt alles dingens** freye ſoll ſeyn ongnülichen. Tribus adhuc, quæ in *SUPPLEM. num.* 52. 53. & 54. exhibita ſunt teſtimoniis probabimus:

Adeò ut Exemtio à Jurisdictione etiam inferiore & Immunitas ab Oneribus, à Domino Territoriali eſſet impetranda.

bimus : Ich Eberhard von Huſelſtam Anna von Gemmingen ſine ehliche Wirthynne bekennen .... **Als wir den Hoeff der vor Zyten** Eberhards von Spale ſeligen geweſt iſt zu Hanawe in der Stad gelegen umbe Hanſen von Solza gekaufft han, und uns der **Edel Unſer gnediger Herr** Herr Reinhard Herre zu Hanawe fure ſich ſine Erben Herſchafft und Nachkomen **dy ſundern Gunſt und Gnade getan und uns den Hoeff gefryet hat** unſer beyder Lebetage NB. **Dinſtis und Bede** ime ſinen Erben, Herſchafft und Nachkomen, und NB. **auch der Stadt Hanawe frie Obrigkeit / underlaßin ſin ſollin dy Zite und nicht länger** &c. *Datum Anno Dom. MCCCCXXVIII. ipſa die Exaltationis Sancte Crucis.* Ich Gutze von Heruldis Edel Knecht bekenne ... **Auch** hat myn vorgem. gnediger Herr von Yſenburg **mir myn Hoff gefrihet zu Helnſtein / dwil ich geleben / und was darzu gehöret** &c. *Datum Anno Dn. MCCCLXXXIV. ipſo die beati Matthei Apoſt.* Hæc autem omnia de NOBILITATE RHENANA eo magis perſpicuè erant probanda, quo faciliùs, quid de cæteris ſentiendum, calculus inde ſubduci queat, atque ſole meridiano clariùs eluceat, ſubjectionem illam, quam de Ordine Equeſtri ex antiquis temporibus deduximus, neque recentioribus penitus deſiiſſe, nec Comites atque Dynaſtas, cum Potentioribus Imperii Statibus, ſeculis adhuc XIV. & XV. exemtionem quandam Nobilium in territoriis ſuis facilè admiſiſſe; Unde licet poſtea, & maximè duobus abhinc ſeculis Corpus Equeſtre Immediatum multa ab Imperatoribus privilegia fuerit adeptum, hæc tamen neutiquam in præjudicium Statuum ipſorumque jurium territorialium ſunt torquenda, ſed præſumtio ſemper formanda, Nobilium prædia in territorio Statuum ſita, tamdiu etiam eſſe de territorio, & ſuperioritati territoriali, non ſolum Principum ſed & Comitum, manſiſſe ſubjecta, donec contrarium meliùs, quam ex prætenſa quadam Libertate vel IMMEDIETATE ORIGINARIA, fuerit probatum.

Deducta ita per ſeriem temporum differentia Originis ac Immedietatis inter S. R. I. Comites & Nobiles

§. XXVI. Et ſic tandem per temporum ſeriem à Merovingis ad hoc usque tempus, DIFFERENTIAM INTER S. R. I. COMITES ET NOBILES IMMEDIATOS oſtendimus; Originem variaque Nobilitatis Immediatæ incrementa, & quam lento hæc omnia temporis progreſſu ad tantum pervenerint faſtigium, indicavimus; Sententiamque noſtram teſtimoniis, quoad ejus fieri poterat, Legum publicarum, Scripto-

Immediatos, rum coævorum atque Diplomatum, confirmavimus: Meritò ergò & hisce acquieſcere poſſemus, niſi à partibus Nobilitatis Immediatæ eſſent Viri eruditi, qui aliâ planè via incedere, atque Originem Nobilitatis Immediatæ altiùs parumper deducere mallent; Unde horum etiam argumenta inſpicienda, & eâ, qua Viros honeſtos decet, modeſtiâ paucis adhuc ſunt examinanda. Præcipuus in hoc argumento procul dubio eſt REINHARDUS de GEMMINGEN, Eques, *ut verba Conſultiſſ. Dn. FELTZII in Differt. de antiq. Poteſt. & Dignit. Nobilit. Immed. pag.* 14. *mea faciam*, ſine exemplo eruditus, cujus argumenta eò magis hic apponenda cenſemus, quo certius eſt, quicunque poſt eum de hac materia aliquid conſignarunt, ex hoc fonte, quicquid ſcripſerunt, unicè hauſiſſe. Multum hic operæ impendit, ut Nobilitatem Immediatam à ſubjectione territoriali liberet, ac hujus Immedietatem, ut dicunt, originariam defendat, idque duobus inprimis ſcriptis, quorum alterum eſt *Diſcurſus de familiis Equeſtribus ad Craichgoviam*: Alterum *Diſcurſus de Immedietate Nobilitatis & illius Originibus.* Utraque inſeruit *BURGERMEISTER. Bibliothec. Equeſtr. tom.* 1. *à pag.* 511. *ad pag.* 570. Utriſque etiam *Dominus de GEMMINGEN* quadruplicem quandam Franconicæ, Suevicæ & Rhenenſis Nobilitatis originem ſtatuere, atque ad firmandam ſententiam ſuam, objectiones eorum, qui ſive originem, ſive definitionem Nobilitatis inferioris in Feudis, vel Officiis Eccleſiarum hæreditariis ponunt, refellere conatur. Jam quidem lubens omninò fateor, me ipſum hisce objectionibus parùm vel nihil ponderis tribuere, ut ex iis, quæ hactenus ſunt prolata, facilè conſtat: Nullus etiam dubito, illos inferiores certè diſceſſuros, qui plumbeis hujusmodi gladiis contra Nobilitatem Immediatam pugnare vellent; At ſunt tamen alii, iique puriores, niſi planè fallor, fontes, ex quibus origo Ordinis Equeſtris, non conjecturis, non etiam probabilitate quadam, ſed monumentis Hiſtoriæ fide dignis, deduci poterit, quos *Dn. de GEMMINGEN* vel neglexiſſe vel confudiſſe videtur. Intelligo triplicem illam Claſſem hominum in Republica Germanorum antiquitus viventium, NOBILIUM ſcil. LIBERORUM ſive INGENUORUM, & PLEBEJORUM, ad quos præter Servos etiam Libertos refero, per ea quæ tradit *du FRESNE Gloſſar. voc. Liberti. tom.* 2. *pag.* 283. & 284. Triplicem iſtam Hominum Claſſem jam *TACITUS de morib. German.* haud

refutantur Diſcurſus Gemmingiani, de quadruplici Nobilitatis Immediatæ Origine.

Digitized by Google

haud obſcurè indicat cujus teſtimonium §. 1. jam produximus. Loquuntur Annales cujusque ævi, id quod in præcedentibus per ſeriem temporum ad Imperatores usque Suevicos dedimus demonſtratum: Docent eandem antiquæ Germanorum Leges à *LINDENBROGIO* aliisve collectæ, quæ in dictanda pœna nihil ferè frequentius, quam proportionem inter NOBILES, LIBEROS ſive INGENUOS & PLEBEJOS obſervant; Unde etiam ipſe Carolus M. in duobus illis Capitularibus *de Partibus Saxoniæ*, quæ *CONRING.* Tractatui ſuo *de Orig. jur. German.* annexuit, eundem ordinem accuratè obſervavit, ex quibus pauca ſaltem excerpam, & quidem ex CAPITULAR. I. Cap. 16. *Omnes decimam partem ſubſtantiæ & laboris ſui Eccleſiis & Sacerdotibus donent, tam NOBILES quam INGENUI, ſimiliter & LITI.* cap. 19. *Si quis prohibitum vel illicitum conjugium ſibi ſortitus fuerit, ſi NOBILIS ſol. LX. ſi INGENUUS ſol. XXX. ſi LITUS ſol. XV.* cap. 20. *Si quis - - - ad honorem Dæmonum comederit, ſi NOBILIS fuerit ſol. LX. ſi INGENUUS XXX. ſi LITUS XV.* Ex CAPITULAR. II. cap. 3. *Item placuit omnibus Saxonibus, ut ubicunque Franci ſecundum Legem ſol. XII. ſolvere debent, ibi NOBILIORES Saxones ſol. XII. INGENUI V. LITI. IV. componant.* cap. 6. *Si quis de NOBILIORIBUS ad placitum mannitus venire contemſerit ſol. IV. componat, INGENUI II. LIT. I.* Quæ omnia præclarè illuſtrat *Doctiſſimus LEIBNITIUS in not. ad Legg. Saxon. lit. a. tom. 1. rer. Bruns. pag.* 78. dum ait: *Conferatur Lex Anglorum, quæ etiam diſtinguit eum, qui ADELINGUM & qui LIBERUM occidit. Nam videtur RUODA NOBILI opponi; NOBILI, inquam, non hodierno ſenſu, ſed antiquo, cum Regulum ſeu Primorem Populi ſignificaret. RUODÆ autem eſt Gentilis ſeu LIBER ſive familiam habens, INGENUUS,* Geſchlechter, *Polonis* Schlachtig... *Poſtea ut NOBILIS, ita & RUODÆ appellatio deſcendit ac degeneravit, nam ut poſtea NOBILIS dictus eſt, quicunque ex MILITARI GENERE fuit prognatus, ita RUODE (Roturier) ei oppoſitus, attributum eſt hominibus de ima plebe, unde Rotte, Collectio Peditum.* Nec aliud apud Francos obtinuiſſe, ſupra itidem è GREGORIO TURONENSI, aliisque Scriptoribus Francicis, contra VALESIUM eſt obſervatum. Ad unam ergo iſtarum Claſſium pertinuerit ORDO EQUESTRIS neceſsè eſt: Non ad PLEBEJOS; quoniam neminem Hiſtoriæ veteris gnarum id facilè adſerturum arbitror: Nec etiam ad NOBILES; quippe id temporis Ordo Equeſtris hodiernus NOBILIUM nomine nondum

dum venerat : Adeoque neceſſariò ad *LIBEROS* ſive INGENUOS ; quod etiam contra *Dn. de GEMMINGEN* eò firmiùs aſſerere poſſumus, quia ipſe in *Diſcurſ. de Orig. Nobilit. immed. pag.* 561. LIBEROS HOMINES de hodierna Nobilitate interpretatur, eoque ipſo ſuam ipſius doctrinam, quod ſcil. Comites & Nobiles hodierni ejuſdem fuerint Ordinis originarii, quodque cauſæ hodiernorum Nobilium Carolingorum temporibus pro cauſis majoribus fuerint habitæ, refellit. Sed miſſis hiſce accedamus ad ipſam, quam NOBILISSIMUS GEMMINGIUS ſtatuit, quadruplicem Nobilium Immediatorum Originem.

Primam hi Claſſem tribuunt Aboriginibus :

§. XXVII. PRIMAM Claſſem aſſignat iis, quos ABORIGINES vocat in *Diſcurſ. de Orig. Nob. imm. pag.* 564. ajens: Ich halte vielmehr darvor, der Adel in den dreyen Ritter-Crayſen ſeye in triplici vel potiùs quadruplici differentia. Die erſte ſeyen quaſi Aborigines à primis antiquiſſimis Germanis & Alemannis, harum Regionum incolis oriundi. Nam & apud illos antiquiſſimos Germanos diſtinctiones Ordinum, & ita Nobiles & Ignobiles fuiſſe, Tacitus, Cæſar, Athenæus ex Poſidonio, Adamus Bremenſis & alii demonſtrant. Adjungit in *Diſcurſ. de Famil. Equeſtr. ad Craichgov. pag.* 529. Anfangs iſt zu wiſſen, daß auch bey den uhralten Teutſchen vor Julii Cæſaris Zeiten, viel Adels geweſen, dann es ſchreiben die Hiſtorici, daß dreyerley Volck unter den Teutſchen, ohne die Leibeigene Knecht geweſen, nemlich Edelingi, Frilingi, Lazzi, das iſt, NOBILES, INGENUI, LIBERTINI. So ſchreibt Cornelius Tacitus in Libro de Germania alſo : Regem ex Nobilitate, Ducem ex virtute ſumunt. Additque in ſequentibus multa, de maximo Germanorum ſtudio libertatis, & quam acerrimè hanc defenderint. Verum ad hæc omnia reſpondeo : (1) Concedo NOBILITATEM quandam apud antiquiſſimos Germaniæ Populos jam extitiſſe, concedo etiam triplicem Hominum Claſſem, NOBILIUM ſcil. INGENUORUM & PLEBEJORUM, differentiamque inter iſtos Ordines jam tum fuiſſe accuratè obſervatam : Sed quum ipſe *Doctiſſimus* GEMMINGIUS hodiernæ Nobilitati Immediatæ, Claſſem LIBERORUM HOMINUM *pag.* 561. aſſignet, inter Liberos autem Homines & Nobiles id temporis magna fuerit differentia ; Hinc facilè apparet, NOBILITATEM illam ANTIQUISSIMAM verbaque TACITI de Rege ex Nobilitate electo ad hodiernam Nobilitatem Immediatam, nihil omninò pertinere:

Sed non fuiſſe eos ex Ordine hodiernæ Nobilitatis immediatæ, probatur,

(2)

(2) Lubens etiam largior, veteres Germanos libertatis ſuæ fuiſſe ſtudioſiſſimos, nec facile extra belli tempeſtatem unius ſeſe ſubdidiſſe Imperio; Utrùm verò jactata hæc libertas de ſingulis Hominum Claſſibus, an de ſolo NOBILIUM Ordine ſit intelligenda? Reſpondeat ipſe *JULIUS CÆSAR de Bell. Gall. lib. 6. pag. m.* 109. & *pag.* 110. cujus verba de Magiſtratibus & Principibus jam jam §. 1. à nobis ſunt excerpta. Magiſtratus hosce ſive Principes Regionum & Pagorum ex Ordine fuiſſe NOBILIUM, nemo facile eſt negaturus, & pluribus docet *CONRING. de Ducib. & Comit.* §. 6. adeoque vel inde iterum eſt colligere, quam ſubjectæ jam tum fuerint Claſſes INGENUORUM (ſub quibus hodierna Nobilitas fuit comprehenſa) ac PLEBEJORUM. Ponamus tamen & (3) Ordinem INGENUORUM, ſive hodiernæ Nobilitatis Immediatæ, eo etiam tempore fuiſſe liberrimum; Quid ſolidi inde adferetur argumenti pro Nobilitate Immediata? Acciderunt interea temporis maximæ Reip. Germanicæ mutationes & Status Imperii publicus aliam haud ſemel nactus eſt faciem: Immò & ipſe *Dn. GEMMINGIUS in Diſcurſ. de famil. Equeſtr. ad Craichgov. pag.* 538. ait: *Aborigines*, **und Nachkommen der alten Teutſchen, die von Anfang dieſe Länder bewohnt /** *NB.* **deren vermuthe ich** (ergò pro certo non affirmat) **ſeyen wenig übrig, dann ſie** *NB.* **glaub ich** (ſola iterum præſumtio) **mehrentheils von den Römern vertrieben worden, doch haben allezeit etliche,** *NB.* **ohne Zweiffel** (nec hoc etiam ſine dubitatione affirmare audet) **gegen den Römern ſich** accommodirt, **die dannenher bey ihren Gütern blieben.** Quinam ergò pauciſſimi iſti Aborigines fuerint, & an ipſorum poſteri hodienum ſuperſint, aut quantùm hi per ampliſſimum iſtud temporis ſpatium libertatem ac Immedietatem ſuam retinuerint, per temporum etiam ſeriem fuiſſet probandum; Quoniam accuratiores, & qui ſolida amant fundamenta, non quid *Dn. de GEMMINGEN* probabiliter opinetur, ſed quid veritate & genuinis hiſtoriæ Documentis nitatur, expectant, neque argumentum ex ſola præſumtione pro libertate deſumtum, à temporibus TACITI ad hodiernum Imperii Statum, tam gratis admittere videntur.

Neque ipſorum Libertas & propagatio per ſeriem temporum ab adverſariis demonſtratur.

§. XXVIII. Ad SECUNDAM Claſſem refert, qui à MILITIBUS Romanorum LIMITANEIS *fortè* oriuntur; Non ſine cauſa adjicio *fortè*, quoniam ipſe *Dn. de GEMMINGEN* id dubitanter etiam aſſerit *in Diſcurſ. de Orig. Nobilit. Immed. pag.* 564. ajens: **Die andre kommen her von den** Romanis, **welche ihre**

Secundam, Militibus Romanorum Limitaneis;

Militibus in Germania trans Rhenum prædia diſtribuirt haben, ſub Conditione, ſi ipſi & hæredes ipſorum militarent, poſſidenda, darunter ſeynd *NB.* ohne zweiffel (mera iterum præſumtio) viel Centuriones, Tribuni, Equites Romani, ja auch erarmte Patricii, id eſt Senatorum filii geweſen, dieſe nach dem ſie ein hundert und mehr Jahr da geweſen, ſeynd ſie hernacher bey der Francken Einfall, dulcedine ſoli nativi illecti, da geblieben, und haben ſich denen Francis Victoribus zeitlich accommodirt. Proſequitur hanc de Militibus Limitaneis hiſtoriam prolixioribus adhuc verbis in *Diſcurſ. de famil. Equeſtr. ad Craichgov. cap.* 2. adjungitque *pag.* 531. non ſolum ex *L. 3. Cod. de fund. limitroph.* quod agri limitanei ab omni munere fuerint vacui, daß ſolche Güter von allen Beſchwerden gantz frey geweſen; ſed & ex *L. 9. Cod. Theod. de re milutar.* quod Milites limitanei neque Regalibus, neque Legatis, Jumenta ſua ſuppeditare debuerint, ſie ſolten, uti ipſe hæc explicat, mit ihren Pferden oder Ochſen keine Frohn thun. Verùm reſpondeo (1) Milites hoſce limitaneos (quod ipſe fatetur pag. 537.) fuiſſe Milites Gregarios, & Ducibus ac Comitibus ſuis ſubjectos, adeoque non Immediatos; Neque (2) hanc Immedietatem ex immunitate à muneribus colligi, quoniam neutiquam valet conſequentia: Hic vel ille à muneribus & ſervitiis, quæ vulgò Frohn-Dienſte vocant, eſt immunis, ergo Immediatus. Et concedamus (3) Militibus iſtis Limitaneis omnem libertatem, omnemque Immedietatem: Concedamus etiam ipſos nulli Duci aut Comiti, ſed ſoli Imperatori immediatè ſubfuiſſe: Quæſo enim te, quid hæc omnia ad hodiernam Nobilitatem Immediatam? Diverſa ſane! ſunt, Milites Romanorum Limitanei ad Rhenum collocati fuère liberrimi & immediati; Et: quidam ex hodierna Nobilitate Immediata ab illis ſunt oriundi, atque Originem Libertatis ſuæ & Immedietatis ab iiſdem deducunt. Priori conceſſo, non ſtatim etiam poſteriùs inde fluit. Nominandi potiùs fuiſſent illi poſteri, qui ab hiſce Militibus limitaneis ſuam traxiſſent originem: Probandæ ipſorum Genealogiæ juſtâ atque haud interruptâ ſerie ad hæc uſque tempora, & quidem non argumentis ſaltem probabilibus, ſed certis ac fide dignis: Docendum etiam, Poſteros illos Militum Limitaneorum per omnes temporum ac Status Germaniæ noſtræ publici mutationes, Immedietatem ſuam ſartam tectam ſervaſſe. Quod ſi enim hæc omnia negarem: ſi dicerem, argumentum hoc fuiſſe à poſſe

At & hi fuère Milites Gregarii, ac proinde non immediati,

Neque ab ullo hactenus probatum, an & quinam hodiernorum Nobilium ab illis deſcendrint:

poſſe ad eſſe deſumtum : ſi contenderem, incertis non poſſe certi aliquid ſuperſtrui, neque ab aſſertione nondum probata, validam conſequentiam deſumi. Tota etiam hæc de Militibus limitaneis doctrina, utpote fundamentis idoneis deſtituta, corrueret. Præſenſiſſe hæc omnia jam videtur *Dn. de GEMMINGEN*, quamobrem ad firmandam ſententiam ſuam in *Diſcurſ. de famil. Equeſtr. ad Craichgov.* antiquitatem Familiarum Equeſtrium ad Craichgoviam operosè deducere, & de Familia inprimis *Gemmingiana cit. tr. cap. 4. pag. 547.* aſſerere conatur : Daß entweder von dem Geſchlecht Serviliorum Geminorum, oder von dem Geſchlecht der Veturiorum Geminorum, einer unter dem offtgenanten Kayſer Alexandro Severo ums Jahr Chriſti 224. in Teutſchland militirt haben, und ohne Zweiffel ein fürnehmer Officier, pro Dignitate Familiæ Senatoriæ, geweſen ſeyn, als ein Tribunus, Legatus, oder Centurio, das iſt er hab über ein gantze Legion, welche über ſechs tauſend Mann vermöcht, oder zum wenigſten über ein Compagnia commandirt. Als nun höchſt gedachter Alexander Severus rathſam befunden, die Landſchafft jenſeit Rheins, Neckar, und Bergſtraſſen, als die er ohne daß nicht zu behaupten getrauete, unter die Veteranos tam Duces quam Milites auszutheilen, hab dieſem ſive Gemino ſive Geminio, cui fortè Domi curta ſupellex erat, die Gelegenheit des Lands gefallen, dann er ſich dann reſolvirt, dieſer Orten zu bleiben, haben Stück Lands in ſolcher Austheilung angenommen, und ſein Wohnhauß an das Ort, da jetzo Gemmingen ſtehet --- erbaut. Nulla quidem unquam animum meum ſubiit cogitatio, ut familiis Equeſtribus ad Craichgoviam, multo minùs GEMMINGIANÆ, antiquitatem ſuam in dubitationem adducerem, ſed liceat ſaltem dubia mea, quum ad rem faciant, contra hæc tradita proponere. Equidem non ignoro, Genealogiarum Conditores multas ſæpiſſimè de Origine familiarum, quando hæ ignorantur (ignorantur autem ferè omnes) intermiſcere fabulas, quas vel à convenientia nominum, vel inſignium deſumere ſolent, quæve lectu interdum haud ſunt injucundæ, ſi ingenium acumenque habent, & ceu conjecturæ aut fabulæ, non veritates, venditantur : Quam primùm autem fabulis hujusmodi & conjecturis certitudo aliqua tribuitur, & argumentum inde ad probanda æquè incerta formatur, non amplius ſunt tolerandæ, neque delicatiores Eruditorum aures hodiè multum ipſis fidei adhibere aſſolent. Sint ergo Familiæ Equeſtres ad Craichgoviam

Nec etiam Deductio Familiæ Gemmingianæ id præſtitit.

 goviam

goviam antiquiſſimæ, ſint etiam veteranis illis, & Militibus Romanorum limitaneis oriundæ: Modo hæc omnia non per conjecturas aut fabulas, ſed Scriptoribus coævis, Diplomatibus, vel Inſcriptionibus antiquis, aliiſve monumentis fide dignis probentur, ex iisque Genealogiæ haud interruptæ formentur. Quamdiu enim hoc non fit, quamdiu etiam ipſe *Dn. de GEMMINGEN cit. tract. cap. 7. pag. 552. & 553.* teſtatur: Daß man faſt bey ſeinem Adelichen Geſchlecht, ohne Interruption continuâ ſerie von Vatter auf Sohn, auf 400. Jahr kommen kan, ohnangeſehn die Geſchlechter viele Jahr älter ſeynd: Tamdiu etiam nemo mihi vitio verterit, ſi Deductioni huic familiarum Craichgoviarum, & derivationi à Militibus illis limitaneis factæ, non multùm adhibeam fidei, donec melioribus probationibus meliora fuero edoctus.

Tertiam, Francis à Clodovæo M. multis prædii donatis;

§. XXIX. TERTIAM Claſſem Nobilium Immediatorum derivat à Francis, quibus CLODOVÆUS M. devictis inprimis ad Tolbiacum Alemannis, multa ibidem prædia diſtribuiſſe refert *Dn. GEMMINGIUS in Diſcurſ. de Famil. Equeſtr. ad Craichgov. cap. 2. p. 539.* Verba ipſius hæc ſunt: Die dritte Art Geſchlechter NB. als ob ich komme von denen Francken, denen Clodovæus nach Eroberung ſo vieler Königreich und Landen NB. ohne Zweiffel ſtattliche Güter verehret hat wie billich und bräuchlich, NB. Ich ſchlieſſe daraus auch noch ferner dieß, weil Clodovæus das Craichgau, und benachbarte nächſt am Rhein gelegene Ort nicht ſo hart gehalten wie die Alemannier, ſondern wie vorgemeldt mit Accord ſalvis bonis & privilegiis eingenommen, NB. Er werde gar wenig Ort für den Fiſcum behalten haben. Rationem quare Francos hoſce Regi immediatè ſubfuiſſe opinetur, ſubjungit in *Diſcurſ. de Orig. Nobilit. Immed. pag. 560. & 561.* Wer will aber glauben, tunc fuerunt tempora, daß freye Francken, de quibus proverbium notum, und ſonderlich die vornehmſte Häupter ſich werden einem Comiti alicujus pagi, NB. welcher ihres gleichen, und mehr nicht, als auch ein Edelmann geweſen wie ſie, um eines, zweyer oder dreyer ſchlechter Dörffer willen unter die Füſſe legen und zu Sclaven haben machen laſſen -- vielmehr iſt zu glauben, daß ſie unter ihres, ohnlängſt neuerwehlten Königs immediata Jurisdictione geblieben ſeyn, als daß ſie jetzo gehlingen poſt tantam victoriam, ſich werden den Bauren gleich, von demjenigen, den ſie neulich ſelbſt erwehlt hätten, einem jeden Comiti alicujus pagi ſubjiciren, und wie Beſtien tractiren.

ren haben laſſen. Alle Cent-Gerichten ſeynd mit lauter Bauren beſetzt geweſen, quibus præfuit Comes: dann es kan nicht bewieſen werden, daß jemals ein Edelmann ein Zent-Richter, oder Cent-Schöff geweſen ſey --- In Summa der Edelmann lieſſe ſich damals von keinem Bauren urtheilen, ſondern allein von ibres gleichen. Verùm & ad hæc facillima iterùm eſt reſponſio: (1) Namque *Dn. de GEMMINGEN* totam hanc doctrinam ſuam nullo idoneo teſtimonio confirmat, ſed credit ſaltem, putat, opinatur; At jam ſæpius monuimus, in quæſtione tam controverſa non amplius attendi, quid ſibi probabile videatur, ſed quid genuinis hiſtoriæ documentis firmari queat, probandum ergo ipſi fuiſſet, non putandum. (2) A tota aberrat via, dum Comites iſtius temporis & Ordinem Equeſtrem, ad unam eandemque Hominum Claſſem refert. In eo quidem facilè ipſius ſententiæ ſubſcribo, quod Francorum præcipui, die vornehmſte Häupter, ſe Comiti alicujus Pagi non ſubjecerint, & quod Comes, ſi extra Officium ipſum conſideres, Nobilis ſaltem fuerit, ejusdemque cum cæteris Nobilibus Ordinis originarii; Sed cave applices hæc omnia ad Ordinem Equeſtrem, fuerat enim iſte ab Ordine Nobilium toto cælo id temporis diverſus, & (quod ipſe fatetur *Dn GEMMINGIUS cit. tr. pag.* 561.) Ordo LIBERORUM HOMINUM, adeoque tempora Merovingorum cum hodiernis non confundenda; Nobiles enim iſtius temporis erant Barones illi ſive Dynaſtæ, ex quibus Duces, Comites, Vaſſi Dominici, cæterique Regni Officiales eligebantur, qui maximâ gaudebant libertate, Regi immediatè ſuberant, Vaſalloſque ſuos Caſatos ex ipſo Equeſtri Ordine habebant, quæ omnia de hodiernis Nobilibus perperam aſſeruntur, uti id ſub Merovingis & Carolingis ſupra jam latius evicimus: (3) Manifeſtus etiam eſt error, quod Comitum Aſſeſſores ſive Scabini fuerint è Ruſticis deſumti, Ruſtici enim olim mancipia ſaltem erant, nec tantâ, quâ hodiè ipſos paſſim gaudere videmus, libertate præditi, adeoque hujus Officii non capaces; Fuerunt potiùs iſti Scabini ex *Ingenuis* ſive *Liberis* (id eſt Ordine Equeſtri) electi, id quod non ſolùm ex ipſo *Tacito*, ſed *Capitularibus* etiam *Francorum* ſolidè jam probavit *CONRING. de Ducib. & Comitibus Imp.* §. 7. *& de Judic. Reip. Germ.* §. 26. Hinc (4) apparet, quod ordo Equeſtris id temporis non à Ruſticis, ſed Scabinis ſui Ordinis fuerit judicatus, quoniam tantum abeſt, ut iſti Scabini deterioris, quam cæteri ex ordine Equeſtri homines

Verùm & hoc iterum non probatur:

Falſum eſt, Comites & hodiernos Nobiles tum ejusdem fuiſſe Ordinis.

Falſum, Aſſeſſores Comitum fuiſſe Ruſticos.

nes, putarentur conditionis, ut potius meliores quosque ex ipſis deligendos fuiſſe, Capitularia Regg. Francor. haud ſemel injunxerint, vid. *CONRING. cit. loc.* Atque hæc ita ſi *CONRINGII* doctrinam ſequimur; Quod ſi verò (5) ipſi veteres tabulas evolvimus, invenimus & ipſos Scabinos inter *NOBILES VIROS.* vid. Chart. Lotharii Imperatoris ann. 852. apud *Dn. d'ACHERY SPICILEI. tom. 3. pag. 340. edit. nov.* ubi Scabini æquè ac Comites, Nobiles viri vocantur, his verbis: *Atque per judicium NOBILIUM VIRORUM Comitum atque Scabiniorum memorato Gislulfo Vaſallo jam dicti Jonæ Epiſcopi eam reddi præcepimus.* Quod ſi denique (6) ex ævis Merovingorum & Carolingorum repetere heîc vellemus, quam inſigni Comites autoritate præfuerint ſuis pagis, quantam poteſtatem in ipſum exercuerint Ordinem Equeſtrem, quomodo Liberorum Hominum fuerint *SENIORES*, & quam ſæpè eos *ad caſam miſerint in nomine Miniſterialium*; Luce meridianâ clarius appareret, *Dn. GEMMINGIUM* hîc locorum in exaggerando Statu ordinis Equeſtris, & extenuanda Comitum Dignitate, nonnihil dediſſe affectibus, omniaque iſthæc tradita omni penitus deſtituta eſſe fundamento.

Quartam recentioribus à Carolo M. ad hac usque tempora nobilitatis:

Sed falſo iterùm præſupponitur Nobilitatem jam tum fuiſſe immediatam,

Ab ipſo Imperatore judicatam,

§. XXX. QUARTAM denique & ultimam Claſſem Nobilium Immediatorum iis dat *Eruditus GEMMINGIUS*, qui à Carolo M. ad hæc usque tempora ab Impp. fuêre nobilitati; dum ait in *Diſcurſ. de Orig. Nobil. immed. pag. 564.* Die vierdte ſeynd Nobiles recentiores von den Imperatoribus inde à Carolo M. ad hæc usque tempora nobilitati, welche doch nicht leichtlich gleich in der freyen Ritterſchafft Matricul recipirt werden. Præſupponere hîc videtur Nobilitatem Immediatam per Sueviam, Franconiam, & Terram Rhenenſem, jam Caroli M. & ſequentium Imperatorum temporibus, citra omne dubium fuiſſe immediatam, idque variis non ſolum ab ipſo, ſed ab aliis etiam probari video argumentis, quare haud abs re fore arbitror, ſi & hæc argumenta eâ, quâ fieri poteſt, brevitate perluſtrentur. *Primum* eſt, quod Nobilium cauſæ tam civiles quam criminales habitæ fuerint pro cauſis majoribus, à nemine niſi Imperatore judicatæ, quod *pag.* 558. ex Capitularibus probandum ſuſcepit: At in præcedentibus ſub Imperatoribus Carolingis jam latiùs commonſtravimus, hæc ſaltem de Potentioribus & Nobilibus iſtius temporis, id eſt Baronibus, intelligi, ordinem verò Equeſtrem, ſive Liberos Homines non Potentiorum, ſed *minùs potentùm*, quin & *pauperum* nomine veniſſe, & Comitibus tam in civilibus, quam criminalibus

minalibus omninò fuiſſe ſubjectos; Quum ergò ipſe *Dn. de GEMMINGEN* Liberos Homines de hodierna Nobilitate etiam Immediata interpretetur, hoc ipſo fatetur, Capitularia illa, quæ de cauſis Potentiorum loquuntur, nihil utique ad Ordinem Equeſtrem pertinere. Confer. *SCHILTER. de prærogativ. Comit. Imp.* §§. 14. 15. & 16. *Secundum argumentum* ducitur è Militia, quod ſcil. ordo Equeſtris unicè Imperatori militaverit, Cæſaribus immediatè adhæſerit, Ipſosque ſolos pro ſuperioribus recognoverit, eamque in rem plerumque adducitur famoſa illa Caroli M. Oratio, quam Anno DCCLXXVII. in Comitiis Paderbornenſibus habuiſſe fingitur: Aſt ſupra itidem jam dedimus probatum, non Comites ſolum, ſed Vaſſos etiam Dominicos ſuos habuiſſe Vaſallos caſatos & Miniſteriales ex Ordine Equeſtri, fuiſſe ipſorum Seniores, multaque ipſis in præmium navatæ operæ & civilis & militaris, conceſſiſſe prædia ſive Beneficia; Nec iſta refellit dicta Caroli M. oratio, de qua diſſentientes *adeò magnum faciunt feſtum*, ut ait *SCHILTER. de prærog. Comit. Imper.* §. 18. quoniam authentia atque autoritas hujus Orationis ab ipſo *SCHILTERO cit. loc.* adeò jam eſt deſtructa, ut tempus omninò perdere videremur, ſi qualitatibus hujus Non-entis diutius immorari vellemus, maximè quum ipſe hujus figmenti tenor non adeò multum honoris Nobilitati immediatæ comparare queat, ita ſiquidem in hac Oratione inter alia fingitur: *Conſilio circumdate PRINCIPES* (ergò non ſolum Imperatorem) *ab his victum, veſtitum, ſtipendium accipite.* Quæ quomodo cum prætenſa illa immediata Militia cohæreant, judicent alii. Videamus ergò potiùs *tertium argumentum* ab Ordinatione Nobilitatis Suevicæ ann. 1560. condita, & ab Impp. Ferdinando I. ut & Maximiliano II. ſolenniter confirmata, deſumtum, quâ diſertis adſtruitur verbis, Nobilitatem Immediatam, ex quo Imperium Romanum penes Germanos fuerit, nemini niſi Imperatori fuiſſe ſubjectam, idque manifeſtè adhuc firmatur literis Imperatoris Matthiæ ann. M. DCXV. d. 27. Maj. ad Nobilitatem Immediatam in univerſum datis, quibus Imperator antiquam illam Immedietatem his aſſerit verbis: **Wann ihr euch aber gehorſamlich zu erinnern wiſſet, daß eure Voraltern je und allezeit, ſo lang unſere werthe Teutſche** Nation **den Scepter des Römiſchen Kayſerthums erworben und geführt, mit getreuer** Devotion **und Erzeigung ſtandhafft und Ritterlicher Dienſte zu ihrem Lob und Nutzen,** NB. **von niemand anders, dann**

Veram eſſe ſuppoſititiam Caroli M. Orationem,

Et per documenta recentiora probari poſſe Statum antiquum,

von unſern Vorfahren an Reich Chriſt mildeſten Angedenckens von vielen hundert Jahren hero ohnmittelbar dependirt verblieben ꝛc. Fateor, maximâ Diplomata Imperatorum nunquam non valere autoritate, haberi ea pro Inſtrumentis publicis, quibus aliàs in jure civili plena tribuitur probatio, nec minor etiam hisce eſſet tribuenda, dummodo ab Henrico Aucupe, vel Ottonibus, vel aliis Imperatoribus hos proximè ſequentibus fuiſſent data; At data ſunt à Ferdinando I. Maximiliano II. & Matthia, Imperatoribus Seculis XVI. & XVII. adhuc viventibus, quorum teſtimoniis in re tam antiqua, ſi conſenſu Diplomatum Scriptorumve coævorum deſtituuntur, plenam adhibendam eſſe fidem non putaverim. Magnum quidem Imperatores alicui familiæ vel etiam Societati addere poſſunt ſplendorem, aliam autem originem, quam ſemel habuit, concedere nequeunt, quoniam veritas rerum geſtarum non amplius dependet à diſpoſitione Cæſaris, neque penes ipſum eſt, factum infectum reddere. Quinimò conſtat haud uno exemplo, Imperatores, vel potiùs ipſorum Miniſtros, in confirmandis hujusmodi privilegiis, tam ſcrupuloſos non ſemper eſſe antiquitatis Indagatores, ſed tenorem confirmationibus ſuis plerumque inſerere, prout hic ipſis à Partibus petentibus offertur. Meminit *ÆNEAS SYLVIUS in Hiſtor, Frid. III. Imp. apud. Schilter. Script. rer. German. pag.* 12. Diplomatis cujusdam, quo Imperator Henricus IV. Erneſto Auſtriæ Marggravio literas dedit, in quibus Julii Cæſaris, Claudiique Neronis privilegia in hanc fermè ſententiam referuntur: Julius avunculo ſuo, quem non nominat, terram orientalem in feudum concedit, eumque ſucceſſoresque ita in Conſilio Cæſaris eſſe jubet, ut ſine his nihil explicari queat, quod quidem grave arduumque videatur; Nero autem orientalem terram perpetua libertate donat, bannoque Romani Imperii ſubjicit, quisquis ei moleſtus fuerit. Integras haſce literas, ipſaque diplomatis verba exhibet *B. BOECLER in Notis ad Æneam Sylv. apud SCHILTER. cit. loc. pag.* 117. & 118. Idem teſtatur Fridericus III. Imperator, idem etiam teſtantur omnes Imperii Electores, tam Eccleſiaſtici, quam ſeculares, in Diplomatibus quæ Documentis Fridericianis apud eundem *Schilterum cit. volum. in Docum. pag.* 7. *ſeqq.* inſerta ſunt, & quidem his verbis: So haben wir mit Rath und Willen der Ehrwürdigen Hochgebohrnen des Heyl. Röm. Reichs Churfürſten und Fürſten, Grafen, Freyen, Herren und ander

ander, Unſer und des Heyl. Reichs lieben Getreuen des obgenanten löblichen Hauß Oeſterreich Hertzogen und Fürſten die jetzt im Leben ſein, und Unſern und ihren Erben und Nachkommen, zu ewigen Zeiten, all und jeglich Brief, Gnad und Freyheit, mit Namen *NB.* **zwen Brief von Kayſer** *Julio* **und Kayſer** *Nerono* **ausgegangen** / Item ihr Brief von Kayſer Hainrich dem Vierten --- genedigklich confirmirt. Habes hîc teſtimonium Friderici III. Imperatoris, confirmationem omnium Electorum, conſenſum Principum, Comitum, Dynaſtarum & fidelium, ipſe Henricus IV. Imperator teſtatur, ſe literas Julii Cæſaris & Claudii Neronis è lingua paganorum (rudes enim utrique erant in lingua latina) in latinum ſermonem (nam Henricns IV. procul dubio vixit ſeculo aureo) tranſtuliſſe. Et tamen non dubitat Æneas Sylvius literas iſtas Julii & Neronis, argumentis invictis impugnare; Non dubitat B. Bœclerus literarum iſtarum figmentum verbis hisce notare: *Ita mirum & novum non eſſe, peccari talia à Scribis aularum, exemplis quoque doceri poſſet, ſi res poſtularet. Seculis itaque rudioribus talis Commenti propagatio & credulitas hominum imputanda eſt. Examen enim hiſtoriæ & antiquitatis, fuit oppido perpaucorum hominum. Quid miramur? capiamus à noſtris temporibus, ubi omnes ſapiunt, omnes eruditi ſibi videntur, exemplum.* Aut ergò Æneas & Bœclerus inſigni quadam temeritate, & ſine omni judicio literas iſtas Julii & Neronis impugnarunt: Aut certè ineptum eſt, de antiquiſſimis temporibus teſtimonium è Diplomatibus recentioribus deſumtum. Poſterius improbant ipſi venerandi Practici, utpote qui eo ſaltem caſu verba enunciativa & relativa Principum probant, quando Princeps de facto ſuo, non alieno, teſtatur, aut res narratæ dependent à voluntate Principis, & nulli alii præjudicium creant, vid. *GYLMANN. Symphorem. ſupplicat. Cameral. tom. II. Part. 1. Vol. 5. num. 19. pag. 70.* Valeat ergò prius, neceſſe eſt; Valeat etiam Ordinatio illa Nobilitatis Suevicæ, valeant confirmationes Ferdinandi I. & Maximiliani II. cum Literis Matthiæ Impp., quantum apud eos, qui in rebus antiquis genuina hiſtoriæ documenta amant, valere poſſunt: Sed magis adhuc valeant Scriptores coævi, & Diplomata quæque de ſuis temporibus confecta. Si his confirmantur tradita Ordinationis Nobilit. Suev., confirmationibus utique & Literis Impp. haud parvum attribui debet pondus; Sin minùs, nec horum teſtimonia, utpote temporum noviſſimorum, multùm nos morantur.

Digitized by Google

Concluſio. Et hæc ſunt potiora Nobilitatis Immediatæ argumenta, quæ tamen paucioribus refellere poteramus, quoniam diſſentientes in deducenda hac Immedietate, vel planè nihil probationis afferunt, vel Claſſes Hominum Originarias confundunt, & ordinem ſuum Equeſtrem ſimul ad LIBEROS HOMINES, ſi quid favorabile apud hos inveniunt, ſimul etiam ad NOBILES, ubi Liberos Homines Comitibus ſubjectos obſervant, referre ſummo labore contendunt. Cæteris objectionibus ſatis factum jam eſt in præcedentibus, unde & eas, ne cramben eandem ſæpius recoquamus, ſilentio jam prætereuntes Finem huic SECTIONI PRIMÆ imponimus; Quam excipit.

SE-

Digitized by Google

SECTIO II.

explicans

DIFFERENTIAM INTER SACR. ROM. IMP.

COMITES & NOBILES

IMMEDIATOS

intuitu

POTESTATIS.

SUMMARIA.

§. I.

T*Ranſitus ad POTESTATEM, quæ fluit ex* Charactere Status.

Comites, nec non Dynaſtæ, & olim fuerunt, & hodie indubie ſunt Status; Nobiles verò Immediatos hodie Statibus non adnumerari docetur, & rejecta illa inter Status actu & potentiâ *tales deſtinctione, quid olim obtinuerit, examinatur duabus quæſtionibus, quarum.*

§. II. *Altera eſt præjudicialis:* An ſcil. olim etiam Mediati apparuerint in Comitiis? *eaque negatur ex principiis politicis, & teſtimoniis hiſtoricis temporum Merovingorum, Carolingorum, & ſequentium Imperatorum poſt Carolingos: Quo facto reſpondetur ad Object. (1) quod Hincmarus Majorum & Minorum meminerit; (2) quod Populi fiat mentio in Comitiis; (3) quod etiam Conſules ac judices interfuerint Comitiis Roncalicis; (4) refellitur ſententia* Dn. Ludewig. *quod olim omnes Mediati, & quidem vigore Landſaſſiatus, apparuerint in Comitiis, ipſe ex ſeipſo refutatur, & hæc denique omnia verbis* Schwederi *illuſtrantur.*

§. III. *Altera principalis:* An

 No-

Nobiles Immediati olim fuerint Status ? *quæ itidem negatur de temporibus.*

ANTE INTERREGNUM; quoniam tum nondum erant Immediati: Soli Principes & Nobiles apparebant in Comitiis, quæ nomina ad Ordinem Equeſtrem non extendebantur: Non erant capaces Nobiles hodiè Immediati præcipuorum Conventuum Imperii Negotiorum, v. g. Quando Judicium exercebatur in Principes & Proceres, Honores ſeculi conferebantur, & cauſæ Imperatorum, Regum, Regiarumque familiarum judicabantur.

Negatur etiam

§. IV. *De Temporibus POST INTERREGNUM; quoniam tot Comitia poſt Interregnum habita ſunt, ubi nulla planè Ordinis Equeſtris fit mentio, & ſolida ratio afferri nequit, cur Comitiis intereſſe deſierint. Nec obſtant argumenta* Treispachiana; *Reſpondetur enim* (1) *ad textum A. B., & rejectâ* Dn. Ludewig. *explicatione, docetur, per* Proceres Nobiles *ibidem non intelligi hodiernos Nobiles Immediatos, utpote quibus titulus* Nobilis *tùm neque competierat, quicquid etiam ex Editione* Thulemariana *objiciatur, neque præter Principes, Dynaſtas, & Civitates, alii ad hac Comitia fuêre vocati:* (2) *ad Conſtitutiones de reſtauranda pace publica latas, quæ quidem Ordinis Equeſtris meminerunt, ſed jus Suffragii non probant; idque ſpeciatim docetur de pace publica Rudolphi I., Actis Comitialibus Sigismundi, Reformatione Friderici III. & Conſtitutione Maximiliani I.* (3) *ad Conventus ſolennes, quibus Nobiles adfuerunt tamquam teſtes; ad quos referuntur Comitia Auguſtana de ann.* 1275. *& Acta depoſitionis Wenceslai.*

§. V. *Vigore hujus Characteris Status* Poteſtas *bifariam exercetur:* (1) *CONSULTANDO, & dicitur Jus Suffragii; quo Comites Imperii olim quidem indiſtinctè, hodiè verò curiatim, non tamen ex repræſentatione Populi, neque ob diverſitatem territoriorum, & quod ſeriùs ſe reddiderint ſui Juris, quam Principes (a) in COMITIIS UNIVERSALIBUS, & quidem in Collegio Principum gaudent, exhibendo Placito Ordinum Imperii per Deputatos adſunt, Receſſus Imperii ſubſcriptionibus ac ſigillis ſuis confirmant; Nobiles autem Immediati ab omnibus hisce ſunt excluſi:*

§. VI. *(b) in COMITIIS PARTICULARIBUS; ad quos referuntur: Deputationes Comitiorum extraordinariæ, ubi & Comites ſibi locum vindicant: Conventus Deputatorum extracomitiales, quos inter Comites iterùm ſuos habent Deputatos: Conventus circulares, in quibus Comites vota habent virilia: Conventus*

Comi-

Digitized by Google

Comitum particulares ; Nobilibus verò Immediatis cum omnibus hiſce nihil iterum eſt negotii.

§. VII. (II) *IMPERANDO, & vocatur Superioritas territorialis; quæ in L L. Imperii nemini niſi Statibus tribuitur, ac proinde neque ex ſola Immedietate Superioritas, neque ex Superioritate demum jus Suffragii cum* TITIO *derivandum, quippe cui reſpondetur, & fundamentum voti comitialis ex Statuum Libertate, hujusve incrementis deducitur, utut vota hodie plerumque ſecundum Provincias numerari ſoleant.*

§. VIII. *Hæc ergò Superioritas territorialis Comitibus indubiè competit, pariter ac Principibus, etiam ratione modi habendi ; Non vero. Nobilibus Immediatis, quia non ſunt Status, quibus ſolis I. P. tribuit Superioritatem, ac præterea poſt P. W. talia adhuc jura privilegiis obtinuerunt, quæ Status vi Superioritatis exercent, id quod verbis* Autoris Medit. ad I. P. *illuſtratur, & argumenta diſſentientium ex ipſa Experientia, Capitulationibus Cæsareis, & Inſtrumento Pacis deſumta, refelluntur, oſtensâ inter Comit. Imp. & Nobiles Immed. intuitu jurium territorialium differentiâ ; quæ ſpecialiùs adhuc docetur:*

§. IX. (I) *de JURE CIRCA SACRA; cui adnumeratur (a) jus reformandi, quod Comites æquè ac Principes exercuerunt in ſuis terris, vi ſcil. Superioritatis, & Libertatis Statuum eximia; Non verò Nobiles Immediati, utpote quibus tantam Libertatem concedere noluit Imperator, ſed beneficio Statuum Proteſtantium vix impetrarunt, ut ipſis primò Pace religioſa, & deinde Pace Weſtph. jus circa ſacra confirmaretur; quod proinde hodiè neque ſuperioritati territ. nec Libertati Statuum eximia, ſed ſpeciali privilegio & benignæ Statuum voluntati adſcribere debent.*

§. X. (*b*) *Jus Liturgiarum: (c) jus Conſiſtorii: (d) judicium cauſarum matrimonialium, ubi fundamentum fori Statuum Proteſtantium in cauſis matrimonialibus competentis examinatur, & quomodo ad Comites Imperii, vel Nobiles Immediatos applicari queat, docetur, atque in caſu divortii notabili quodam exemplo illuſtratur.*

§. XI. (II.) *de JURIBUS CIRCA NEGOTIA SECULARIA IMMANENTIBUS; quæ conſiſtunt vel in REGIMINE; ad quod refertur (a) Juriſdictio inprimis criminalis, quam Comites antiquiſſimis jam temporibus exercuerunt, Nobiles verò Immediati recentioribus demum obtinuerunt: (b) Poteſtas Legislatoria, quâ Comites ſimpliciter gaudent, Nobiles vero Immediati nonniſi ſubſecutâ Cæſaris confirmatione: (c) Jus inſtituendi Collegia & Tribunalia juſtitiæ, ubi quemadmodum*

Principes, ita & Comites ſuos habent Conſiliarios Intimos, & quidem ex ipſa interdum Nobilitate Immediata, nec non Præſides, Cancellarios, Cancellariæ Directores, Conſiliarios &c. omnes autem iſtæ dignitates apud Nobiles Immed. ignorantur: (d) Jus Archivi.

§. XII. *Vel in JURIBUS GRATIOSIS; ad quæ pertinet (a) jus reſtituendi famam & legitimandi illegitimos, (b) jus concedendi inducias moratorias, (c) jus inſtituendi Gymnaſia, (d) jus Nundinarum provincialium (e) jus inſtituendi Collegia Opificum.*

§. XIII. *Vel in JURIBUS FISCALIBUS ET CAMERALIBUS, v. gr. (a) jure Collectarum, (b) jure exigendi vectigalia, (c) jure imponendi tributa &c.*

§. XIV. (III) *de* JURIBUS CIRCA NEGOTIA SECULARIA TRANSEUNTIBUS; *ſub quibus comprehenditur (a) Jus Belli, quod Comites exercent vel ut Status, vel ut Domini territoriales; Nobiles vero Immediati neutro reſpectu, (b) Jus fœderum, (c) jus Legationum.*

§. XV. *Atque adhibito monito de catalogo jurium Nobil. Immed. cautè formando.*

§. XVI. *Refutantur objectiones FELTZIANÆ,*

§. XVII. *Deſumtæ: (1) è venerabili Metaphyſica;*

§. XVIII. *(2) ab exemplo eorum, qui jure ſuffragii gaudent, ſuperioritatem vero territorialem non habent;*

§. XIX. *(3) ab exemplo eorum, qui quidem ſuperioritatem habent territorialem, jure verò ſuffragii non gaudent in Comitiis;*

§. XX. *(4) ex Receſſu Imperii noviſſimo de ann. 1654;*

§. XXI. *(5) ex Inſtrumento pacis Weſtphalicæ;*

§. XXII. *(6) à poteſtate Statuum ſub Imperatoribus Carolingicis ſaltem magiſtratica;*

§. XXIII. *Concluſio.*

Digitized by Google

§. I.

OStenſâ hactenus inſigni, quæ inter *CO-MITES IMPERII* & *NOBILES IMMEDIATOS* interceſſerat, Differentiâ *ORIGINIS ATQUE IMMEDIETATIS*, transeundum ſecundum methodum, quam in Proœmio nobis præſcripſimus, nunc eſt ad ſecundam Tractationis noſtræ partem, nimirum POTESTATEM, ut indè ex utrisque ad DIGNITATEM, quâ Comites Imperii Nobiles Immediatos antecellunt, *Sectione III.* eò firmiora firmare queamus argumenta. POTESTAS iſta reſpicit vel negotia Imperii, vel ſpecialium Territoriorum in Imperio: Illa vocatur JUS SUFFRAGII, hæc in ſenſu eminentiori SUPERIORITAS TERRITORIALIS, utraque verò fluit ex CHARACTERE STATUS, der Reichs-Standſchafft; Hinc antequam ad ulteriora progrediamur, diſpiciendum prius eſt, an & quomodo hic Character ad Comites Imperii vel Nobiles Immediatos applicari queat. Ubi quidem nihil moramur variam vocabuli STATUS ſignificationem, ſed ad explicandam mentem noſtram ſufficere poſſunt, verba *AUTOR. MEDITAT. ad Inſtrum. Pacis in Mantiſſ. ad Spec. II. de Statib. Imp. §. 6. Strictiſſimè eſt Status, qui cum Immedietate Jus Suffragii ferendi conjunctum habet, & hæc propria eſt atque ſpecialis ſignificatio, quæ nobis hoc loco accipitur, & jure publico eſt receptiſſima. Quoties enim Status dicimus aut legimus, haud certè alios concipimus, quam qui deliberationum publicarum ſunt capaces, niſi ſubjecti qualitas aliam interpretationem nobis injungat. Reliquos enim Cives immediatos ſub aliis titulis & nominibus comprehendimus.* Quod Comites Imperii, ut & veteres Barones ſive Liberi Domini, ante interregnum ab antiquiſſimis etiam temporibus fuerint Status, & juxta cum Ducibus cæterisque Imperii Statibus, habuerint jus Suffragii ferendi in Comitiis, *Sectione I.* abundè, opinor, per ſeriem temporum edocui, utut mutatâ Reipublicæ Germanicæ formâ, mutata etiam vis atque autoritas hujus Suffragii, aliudque procul dubio dicendum ſit de temporibus Carolinis, aliud de Henricianis & Suevicis: Et quod poſt Interregnum ad hunc usque diem illum Status Characterem & Jus Suffragii ſartum tectum ſervaverint, vel ſubſcriptionibus Receſſuum Imperii facilè red-

Tranſitus ad POTESTATEM.

Quæ fluit ex Charactere Status.

Comites nec non Dynaſtæ & olim fuerunt,

& hodiè indubiè ſunt Status;

redditur manifeſtum. Comites quidem Franconiæ & Weſtphaliæ prærogativam hanc aliquandiu neglexiſſe videntur, ſed videntur ſaltem, meliora enim nunc edocti ſcimus, Comites Franconiæ & Weſtphaliæ, utut ob varia impedimenta non ſemper in comitiis apparerent, jus tamen comitiorum & ſuffragii comitialis nnnquam amiſiſſe, ſed id tantùm ſenſiſſe detrimenti, ut ad inſtar Cômitum Wetteravicorum & Suevicorum, peculiaribus tandem curiis includerentur, & ſecundum has vota ſua ferrent, atque hodienùm ferant in Collegio Principum, id quod infra §. 19. ulterius adhuc docebitur. Aliud autem omninò dicendum de Nobilibus Immediatis; Hos enim hodiè jure Suffragii non gaudere, adeoque vero ac proprio Status Charactere deſtitui, vel ii non ignorant, qui primis tantùm labris principia Juris publici guſtarunt. Sola enim Immedietas aliquem non reddit Statum Imperii, ſed tum demùm, ſi cum jure Seſſionis atque Suffragii in Comitiis eſt conjuncta, uti id contra DAN. OTTONEM ſolidè jam probavit *Conſultiſſ. Dn. FELTZ. in Diſſert. de Suffrag. Stat. Imp. §. 6. pag. 12.* Unde etiam proprius iſte Status Character Nobilibus Immediatis non ſolum expreſsè denegatur in Actis publicis, quæ excerpſit *LIMNÆUS ad Capitulat. Carol. V. Art. XV.* ſed & ipſi generali Statuum nomine regulariter non comprehenduntur, niſi ſpecialis apponatur, adjectâ Parentheſi, mentio. Teſtatur id egregiè reſponſum Imp. LEOPODI ad Memoriale Miniſtri Suecici, quod è LUNDORPIO affert *Dn. PFEFFINGER ad Vitriar. tom. 1. pag. 998.* his verbis: *Cum etiam omnibus rerum germanicarum peritis, abundè ſit cognitum, ſub nomine Electorum, Principum, & STATUUM IMPERII non alios comprehendi aut includi, quam qui voto & ſeſſione in Comitiis gaudent.* Teſtatur etiam Stylus Capitulationum, ubi poſt Status, ſi quid ad Nobiles Immediatos eſt extendendum, ſemper expreſſa fieri ſolet mentio Nobilitatis Immediatæ; Ita namque in Capitulatione AUGUSTISSIMI CAROLI VI. **Wir ſollen und wollen auch Churfüſtren, Fürſten und Ständen, die unmittelbare freye Reichs-Ritterſchafft NB. mit eingeſchloſſen ꝛc.** quod ſupervacaneum omninò foret, ſi Nobiles Immediati Statuum nomine jam comprehenderentur: Eandem etiam loquendi formulam obſervat *INSTRUM. PACIS* paſſim, & inprimis *Art. III. §. 1. Univerſi & ſinguli Sacri Romani Imperii Electores, Principes, STATUS, NB. comprehenſâ Immediatâ Imperii Nobilitate.* Ad quem locum egregia eſt anno-

Nobiles verò Immediatos hodiè Statibus non adnumerari docetur.

tatio

tatio *AUTORIS MEDITAT. ad Inſtrum. Pac. lit. e. pag.* 21. 22. *Hæc verba*, inquit, *argumento ſunt, Nobilitatem Imperii Immediatam Statuum Imperii numero non haberi. Secus enim Nobilium mentione expreſſa non opus fuiſſet, cum nec Comitum, nec Baronum, nec Civitatum, quæ Status ſunt, mentio fiat. Ut adeò ego arbitrer, ex hoc loco tanquam ex Lege aliqua pragmatica diſputari contra illos quam ſtrenuiſſimè poſſe, qui Nobilitatem Immediatam Statuum nomine & dignitate venditant. Vox enim COMPREHENSA hîc non id ſibi vult, quaſi Nobiles Statuum Claſſe comprehendantur; ſed quod ratione reſtituendorum ex Capite Amneſtiæ eodem jure agere poſſint, quo Status.* Et quid (ut verbis utar *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. lib. 4. tit. 1. §. 34. lit. a.*) tot diſputationibus opus, ſane! ſi Statuum cenſu venirent, cur tam anxiè, inter eos ut recipiantur, demum ann. 1686. Cæſari ſupplicarunt? Poſitis autem hisce facilè jam apparet, quid ſentiendum ſit de illorum opinione, qui ut Nobilitati Immediatæ Suffragii quoque intuitu Status Characterem vindicent, diſtiguere ſolent, inter Status POTENTIA & ACTU tales; Hos ita appellant, qui vel ACTU PRIMO Status ſunt, ad ſeſſionem nempe & votum in Comitiis, Decreto Cæſareo expreſſo, aut legitimâ ſucceſſione, ipſo jure admiſſi: Vel ACTU SECUNDO præter admiſſionem Suffragia haud interrupto exercitio ferentes. Illos verò, qui meritis in Rempublicam illuſtribus, & requiſitis ad ſuſtinendam tantam dignitatem idoneis, conſpicui, jus ſaltem habent petendi, ut in numerum Statuum cooptentur, ſed ad ipſam dignitatem jus proprium non habent, vide de hac diſtinctione prolixè diſſerentem *KULPISIUM de Legat. Stat. Imp. cap.* 4. *§.* 8. Ad quos etiam Status *POTENTIA* tales referunt Nobiles Immediatos contendentes hoc reſpectu ipſis Jus Comitiorum, utut actuali Suffragio hodiè deſtituantur, ad huc remanſiſſe integrum atque ſalvum. Verùm enim verò aſſertum hoc admitti, aut ad Nobiles Immediatos aptè applicari poſſe, ideo non putaverim, quoniam (1) Diſtinctionem hanc inter Status POTENTIA & ACTU TALES, Leges Imperii ignorant; Fit quidem in *R. J. de ann.* 1570. §. 163. mentio Statuum, qui ſeſſionem in Comitiis nullam adhuc obtinuerunt, quos aliqui de Statibus POTENTIA talibus interpretari voluerunt: Sed ſatisfecit ipſis jam *laudat. KULPIS. cit. loc.* §. 9. oſtenditque, Verba hujus Receſſus intelligenda eſſe de iis, qui per decretum Cæſareum ad votum ſeſſionemque admiſſi, ideoque reverâ Status, ACTU ſcil. PRIMO facti ſunt, ad quorum tamen Claſſem Nobiles Immediati

Et rejecta illa inter Status actu & potentiâ tales diſtinctione.

mediati

mediati ſecundum doctrinam etiam diſſentientium referri nequeunt, utpote qui Status ſaltem POTENTIA, & quidem REMOTA dicuntur. (2) Aſſertum illud certiſſimi fundamenti loco ponit, Ordinem Nobilitatis Immediatæ olim vero Status Charactere, ac Jure Suffragii ferendi in Comitiis fuiſſe gaviſum, quod tamen omni deſtitui fundamento, §§. *ſequentes* evincent. Unde & (3) nego, verum ipſis jus petendi ex hoc fundamento competere ad obtinendum in Comitiis votum ac ſeſſionem: Nego & (4) Nobilibus Immediatis unquam nomen Status, ſive POTENTIAM, ſive ACTUM intelligas, Suffragii intuitu (nam quod alio ſenſu interdum Status vocentur, nunc non quæritur) in Legibus Imperii fuiſſe tributum, idque tamdiu, donec contrarium melioribus mihi argumentis probetur. Et quid denique (5) multum ſoliciti eſſemus de hac inter Status Potentiâ & Actu tales diſtinctione, quoniam hoc ipſo, dum Nobiles Immediati Status ſaltem POTENTIA REMOTA tales vocantur, negatur, verum ipſis ac proprium Status Characterem competere; Quod enim, inquit *KULPIS. cit. cap.* 4. §. 9. potentiâ eſt, illud abſolutè loquendo non eſt, ſiquidem potentiâ eſſe importat negationem actus, idemque eſt, ac actu non eſſe, poſſe autem eſſe. Tacemus (6) propriam adeſſe Nobilium immediatorum confeſſionem, quâ ipſi ingenuè profitentur, ſe nunquam fuiſſe Status, neque actu, neque potentiâ tales; Cum enim ann. 1582. Caſtrum Fridbergenſe, quoniam mentio ejus fit in matricula Imperii, ad Conventum Circuli Rhenani Superioris vocaretur, reſponderunt Nobiles ejusdem caſtri: Daß die Burg Friedberg dergleichen Kreiß-Tage niemals beſucht, NB. **auch kein Standt des heiligen Reichs geweſen/ oder noch ſey/ viel weniger einich** *Seſſion* **oder Stimme darinnen habe/** ſondern ohne alle Mittel zu der freyen Ritterſchafft des Reiniſchen und Wetterauiſchem Bezircks als ein Mit-Glied gehörig &c. &c. Vide integras haſce literas in *SUPPLEM. num.* 55. id quod obſervari inprimis velim contra *Dn. FELTZ. Diſſert.* 1. *de Stat. Nobilit. immediat. pag.* 25. ubi ex eodem fundamento, matricula ſcilicet Imperii, Nobilitati immediatæ Status ἀξίωμα vindicare conatur. Rejectâ ergò hac diſtinctione, firmiſſima Legibusque Imperii fundamentalibus convenientior manet ſententia noſtra: Nobiles Immediatos Statuum propriè dictorum numero hodiè non venire. Num vero olim fuerint Status, Suffragiaque ſua tulerint

Quid olim obtinuerit.

rint:

rint in Comitiis? quæſtio eſt altioris indaginis, ideo accuratioribus pauliſper oculis examinanda, quoniam jus illud petendi ſeſſionem ac votum in Comitiis, nec non titulus ad acquirendum territorii jus ſufficiens inde à nonnullis deducitur, vid. *Dn. LANGGUT. animadv. ad Coccej. jur. prud. publ. cap. 21. §. 14. n. 3.*

examinatur duabus quæſtionibus, quarum

§. II. Antea verò quam ad eam accedamus, diſcutienda prius venit, quæſtio illa præjudicialis: *An olim quilibet etiam mediati interfuerint Comitiis, & jure Suffragii ibidem ſint gaviſi?* Quam nonnulli affirmant, alii verò iique plurimi negant. Et ſane! ſi naturam ac fundamentum Voti Comitialis ſecundum principia quoque politica intuemur, nihil obſtare videtur, quominus & nos ſententiæ negantium ſubſcribamus. Fundamentum enim Conventuum publicorum in plerisque Rebuspublicis fluit ex communicatione jurium Majeſtaticorum, ubi ſcilicet ſumma rerum penes ſolum Imperantem non ita abſolutè invenitur, ut ad nutum ipſius omnia planè peragantur, ſed Cives quoque ſive univerſi, ſive præcipui ex illis, de ſumma Poteſtate aliquid participant, & in conſortium Regiminis univerſæ Reipublicæ ſunt recepti, ita ut junctis ipſorum cum Imperante Suffragiis definiantur ea, quæ ſummam Reipublicæ concernunt. Hinc videmus Regna planè abſoluta Comitia omninò averſari, aut ſi qua habentur, plerumque nonniſi conſilii cauſa, vel etiam dicis gratiâ inſtitui ſolere: Videmus etiam, ubi forma Regiminis eſt mixta, & ſumma Poteſtas vel cum paucis, vel cum toto populo communicata, Comitia eſſe frequentiſſima, vid. *CONRING. de Comitiis Imp. Germ.* §. 4. *ſeqq.* Cives autem, qui ad Conventus hujusmodi publicos admittuntur, Immediatos nullique niſi ſummo Imperanti ſubjectos eſſe debere, ipſa Voti Comitialis natura edocet. Primò namque ad Suffragium iſtud requiritur, ut Civis aliquid de ſumma Poteſtate participet: At quomodo hæc cum eo communicata dici poteſt, qui non immediatè ſummo Imperanti, ſed Civis cujusdam intermedii poteſtati eſt ſubjectus, hujusque Imperium agnoſcere, & juſſa ſequi tenetur? Deinde etiam præſupponitur autoritas de negotiis ad univerſam Rempublicam pertinentibus deliberandi ac decernendi, à qua tamen iterum jure meritò excluditur Civis mediatus, ſimul quod votum ipſius ita ab arbitrio alterius dependeret, ſimul etiam quod iſte Dominus intermedius nunquam ipſi tantam autoritatem, & ut ſecum in Conventibus hisce publicis pari incederet paſſu,

Altera eſt præjudicialis: an ſcil. olim etiam mediati apparuerint in Comitiis? eaque negatur ex principiis politicis.

Digitized by Google

e. teſtimoniis hiſtoricis. eſſet conceſſurus. Applicemus hæc ad Statum Germaniæ noſtræ tam antiquum, quam recentiorem, & inveniemus, ſummam hujus Imperii Poteſtatem nunquam uni abſolutè, prout in Statu merè Monarchico fieri aſſolet, relictam, ſed aliqua etiam ex parte cum Civibus, non omnibus & ſingulis, ſed Principibus ſaltem, Proceribus vel Optimatibus: non mediatis, ſed ſolis immediatis fuiſſe communicatam, utut non negaverim, horum Suffragia vel majore, vel minore valuiſſe autoritate, prout autoritas ſumni Imperantis vel increvit, vel decrevit. TACITUS quidem de ſuis temporibus, cum Germania noſtra nondum uni parere, ſed in plures diviſa eſſet Reſpublicas ſpeciales, teſtatur: *De minoribus rebus PRINCIPES conſultant, de majoribus OMNES: ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur* (vel ut aliis placet *prætractentur*) ut adeò inde concludendum videatur, magnam fuiſſe PRINCIPUM, id eſt Ordinis NOBILIUM (vid. *CONRING. de Civib. Imp.* §. 16.) autoritatem in Comitiis, POPULI tamen vel Ordinis INGENUORUM non planè nullam habitam fuiſſe rationem; At mutata poſtea fuit rerum facies, priſtinaque illa Germanorum libertas in Comitiis inſignem ſenſit Cataſtrophen. *Temporum Merovingorum.* Ut enim à Francis exordiar, hi quidem in unam tandem coiêre Societatem, unius ſeſe ſubdidêre Imperio, eoque Duce maximas à finitimis Populis reportarunt Victorias: Verùm hæc ſubjectio non erat tanta, ut penes Imperantem abſoluta planè & Monarchica eſſet Poteſtas, ſed ut ipſi etiam aliquid de ſumma hac Poteſtate participarent. Hinc jam primi Francorum Reges in negotiis ad ſalutem univerſæ Reip. pertinentibus, non ſimpliciter arbitratu & nutu ſuo utebantur, ſed Conventus inſtituebant publicos, ad eosque Cives ſuos, ut de hujusmodi negotiis Suffragia ferrent, convocabant. Cives, non quoslibet, ſed Immediatos, ſed Primores, Principes, Optimates, & ut paucis me expediam, ſolum NOBILIUM VETERUM Ordinem, excluſis INGENUIS pariter ac PLEBEIIS. Quod ut aſſeram, multa me movent Scriptorum teſtimonia. Ita egregia omnino ſunt verba *AIMOINI lib. 4. de geſt Francor. cap. 1.* quæ excerpſit *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 1. pag. 74. Extincto Theodorico Auſtraſiæ Rege adnitentibus, Arnulpho atque Pipino Auſtraſiæ Primoribus Clotharius Captonnacum usque acceſſit. Brunechildis in Warmatia reſidens, ejus audito adventu, ad eum dirigit, obteſtans, ut de Regno Theodorici, quod filiis reli-*

reliquerat, ſecederet. Clotharius reſpondit: Conventum NB. NOBILIUM debere eam aggregare Francorum, & COMMUNI TRACTATU de communibus conſulere rebus: ſe vero JUDICIO ILLORUM in omnibus pariturum. De temporibus Dagoberti teſtatur *FREDEGAR. SCHOLAST. Chron. cap. 75. pag. 647. Edit. Ruinart. Dagobertus Mettis Urbem veniens, cum Conſilio Pontificum, ſeu & Procerum,* Omnibusque Primatibus Regni ſui conſentientibus, *Sigibertum filium ſuum, in Auſteris Regem ſublimavit.* Et *CAROLUS du FRESNE in Gloſſar. tom. 3. voc Placitum pag. 291.* ex *GESTIS DAGOBERTI cap.* 40. hæc annotavit: *Dagobertus Rex ---- convocatis filiis, OMNIBUSque totius Regni PRIMATIBUS 10. Kalend. Jun. in Palatio Bigargio PLACITUM GENERALE inſtituit.* Nec aliud Pipini etiam temporibus obtinuiſſe, docet *FREDEGAR. Chron. Continuat. Part. 4. cap. 125. Evoluto anno ----* Omnes Optimates Francorum *ad Dura in Pago Riguerinſe ad Campo-Madio,* pro Salute Patriæ & Utilitate Francorum tractanda, *Placito inſtituto ad ſe venire præcepit.* De Alemannis & Bajoariis à Gente Francorum devictis hanc fert ſententiam *CONRING. de Civib. Imp. §. 22. Pervenerunt autem in miſeram iſtam ſervitutem illâ Clodovæi victoriâ non Alemanni tantum, ſed & Bajoarii: quemadmodum ex Gregorio Turonenſi, Sigeberto, aliisque antiquis Francicarum rerum Scriptoribus eſt manifeſtum. Summâ rei verò totius Alemannici & Bajoarici Populi ad Francos delatâ, non illi liberi Cives Regni Francici ſunt facti, ſed potiùs ſubditi. Qui enim illis ſunt præfecti Magiſtratuum loco, Francicæ plerique proſapiæ videntur fuiſſe, non Alemannicæ aut Bajoaricæ.* Additque §. 29. *Conſtat tamen, in omnibus aliis quoque Populis Primores ad Conventus publicos eſſe accitos, ſed hi forte fuerunt Franci & aliis illis præfecti.* Hoc ultimum quidem ipſe *CONRINGIUS* pro certo affirmare non audet, verùm & noſtra parum refert, ſive indigenas hosce Præfectos dixeris, ſive Francos, quoniam ad ſcopum noſtrum ſufficit, quod etiam ex Alemannis & Bajoariis nulli niſi Immediati, niſi Proceres & Primates ad Comitia fuerint admiſſi. Carolingorum temporibus idem fuiſſe obſervatum, Annales hujus ævi ubique ferè teſtantur, ex quibus brevitatis ergò pauca ſaltem hîc adnotabimus. Ita namque de Carolo M. teſtimonium præbet notabilis ille Conventus in Theodonis Villa ann. 806. habitus, quem *MONACH. ENGOLISM. in Vita Caroli M. apud Schilter. pag. 59. & 60.* his exponit verbis: *Conventum habuit Imperator cum PRIMORIBUS & OPTIMATIBUS*

Carolingorum,

 BUS

BUS FRANCORUM de pace conſtituenda & conſervanda inter filios ſuos, & diviſione Regni facienda in tres partes. Addunt *ANNAL. FRANCOR. FULDENS. ad ann.* 806. *apud Freher. pag.* 18. *De hac partitione teſtamentum conſcriptum, & ab OPTIMATIBUS FRANCORUM confirmatum, & Leonis Apoſtolici ſubſcriptione roboratum eſt.* Confer. *THEGAN. de geſt. Ludov. Pii* §. 6. *apud Schilter. pag.* 71. De Ludovico Pio ipſiusque inprimis Conventu ann. 822. Francofurti habito, notanda ſunt verba *ADELMI*, quæ refert *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.* 1. *pag.* 80. *Ibique generali Conventu congregato, neceſſaria quæque, ad utilitatem Orientalium partium Regni ſui pertinentia, More ſolenni, CUM OPTIMATIBUS*, quos ad hoc evocare juſſerat, *tractare curavit.* Et de Conventibus à poſteris ſuis ad Ludovicum usque Infantem cum PRIMORIBUS & OPTIMATIBUS habitis, vide *REGINONEM ad ann.* 855. 861. 870. 895. 905. ut & Annales Francicos paſſim. Non ſolum autem Proceres Francorum, ſed aliorum quoque Populorum, ab his devictorum, ad Comitia & deliberationes publicas fuiſſe convocatos, breviter quidem ſed egregiè docent verba *ADELMI ad ann.* 823. quæ iterum refert *Dn. PFEFFINGER. cit. loc. pag.* 81. *Menſe Majo Conventus in eodem loco* (ſcil. Francofurti) *habitus, in quo non univerſi Franciæ Primores, ſed de orientali Francia, atque* Saxonia, Bajoaria, Alemannia, *atque Alemanniæ contermina* Burgundia, & Rheno adjacentibus, *adeſſe juſſi ſunt.* De Saxonibus inprimis notari meretur teſtimonium *POETÆ SAXON. ad ann.* 803. *apud Leibnitium tom.* 1. *rer. Brunſ. pag.* 153.

. . Huc omni Saxonum NOBILITATE
Collectâ, ſimul has pacis leges inierunt,
Ut toto penitus Cultu Rituque relicto
Gentili . . . . . .
At verò cenſum Francorum Regibus ullum
Solvere nec penitus deberent, atque tributum
Cunctorum pariter ſtatuit ſententia concors.
. . . .
Tum ſub Judicibus quos Rex imponeret ipſis

Lega-

Digitized by Google

Legatisque ſuis, permiſſi Legibus uti
Saxones patriis, & Libertatis honore.
Hoc ſunt poſtremo ſociati fœdere Francis,
Ut gens & Populus fieret concorditer unus
Ac ſemper Regi parens æqualiter uni.

Ad hæc verba egregia quidem eſt obſervatio *CONRINGII de Civib. Imp.* §. 25. *Teſtatur*, inquit, *Ille* (ſcil. Poëta) *initum fuiſſe pactum cum* Nobilitate Saxonum : *Quo nomine intelliguntur ſoli illi, qui juris dicundi poteſtate valentes vulgò* Grafen *aut* Fürſten *appellati ſunt*. Et §. 26. *Ex his autem videtur, ſolam illam Nobilitatem Francicæ tunc Civitatis jus accepiſſe, non autem Plebem reliquumque Populum Saxonicum : quippe cum quibus ſolis eſt contractum.* Verùm in eo à nobis diſſentit, quod ille differentiam quandam inter Francos & Saxones fingat, & ex his ſolum NOBILIUM Ordinem, ex illis autem & PLEBEM ad Comitia & deliberationes publicas fuiſſe admiſſam, ſtatuat ; Quod tamen falſum eſſe, loca jamjam producta comprobarunt. De temporibus poſt Carolingos ad magnum usque Germaniæ Interregnum eò minùs ſupereſſe videtur dubii, quo certiùs eſt, Proceres & Optimates maiora in dies cepiſſe incrementa, nulloſque præter Nobilium Ordinem ad deliberationes in Comitiis, & negotia Conventuum Imperii fuiſſe admiſſos. Poſſemus in eodem etiam modo per omnem temporum ſeriem facili adhuc negotio demonſtrare, cui tamen labori jam lubentes ſuperſedemus, quoniam non ſolum teſtimonia *Sectione I.* ſub Epochis 3. 4. & 5. allata, ſed & prolixus ille Comitiorum catalogus, quem *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.* 1. *à pag.* 89. *ad* 158. è Scriptoribus cujuslibet temporis coævis collegit, veritatem aſſerti noſtri oculis facilè ſubjiciunt. Nihil enim frequentiùs ibi invenies, quam Comitia habita : *Congregatis Principibus ; collecto Regni Primatu ; confluentibus cunctis Regni Optimatibus* ; Negotia Conventuum Imperii expedita : *Judicio Procerum, In Conſpectu Imperatoris & Principum ejus ; Habito cum Regni Principibus colloquio ; Habitâ cum Primoribus Deliberatione ; Communi Principum Conſilio ; Aſſentientibus & collaudantibus Regni Optimatibus.* Et quæ ſunt id genus alia. Quod ſi autem ſoli Proceres & Primates, id eſt, totus NOBILIUM Ordo, in Comitiis Imperii apparuerunt, per-

Et ſequentium Imperatorum poſt Carolingos :

perperam hæc prærogativa ad Mediatos & Ordines Nobilibus (ſcil. veteribus) inferiores extenditur, utpote qui Procerum & Principum nomine proculdubio non veniebant, adeoque neceſſario etiam à negotiis hujusmodi publicis, ad ſalutem univerſæ Reip. pertinentibus, erant excluſi. Neque ab hac ſententia nos dimovent opiniones diſſentientium, qui præter Proceres, cuncto quoque Populo jus illud Comitiorum attribuere conantur; Poſito enim ac firmato teſtimoniis Scriptorum idoneis fundamento noſtro, facilis jam eſt ad ipſorum Objectiones reſponſio. PRIMAM movet *CONRING. in Diſſert. de Civib. Imp.* §. 30. ex *HINCMARI* verbis: *Conſuetudo tunc temporis trita erat, ut non ſæpius ſed bis in anno Placita duo tenerentur. Unum quando ordinabatur Status totius Regni ad anni vertentis ſpacium ---- In quo Placito GENERALITAS UNIVERSORUM MAJORUM tam Clericorum quam Laicorum conveniebat. SENIORES propter Conſilium ordinandum: MINORES propter idem Conſilium ſuſcipiendum, & interdum pariter tractandum, & non ex poteſtate, ſed ex proprio mentis intellectu vel ſententia confirmandum.* Et paulo poſt: *Caterùm autem propter dona generaliter danda aliud Placitum à SENIORIBUS tantum & PRÆCIPUIS CONSILIARIIS habebatur, in quo jam futuri anni Status tractari incipiebatur.* Ex quibus verbis CONRINGIUS concludit, duo apud Francos fuiſſe Conciliorum genera, alterum GENERALE, alterum PARTICULARE, in hoc ſolos Proceres, in illo & Populum adfuiſſe; ad firmandam quoque ſententiam ſuam porrò ait, textum mendo laborare, & loco GENERALITAS MAJORUM, ſcribendum eſſe: GENERALITAS MAJORUM & MINORUM, cum MINORES ſtatim ſubſequantur. At reſpondeo: (1) Noſtrum non eſſe textum corrigere, propriaque autoritate ipſi aliquid inſerere, neque id etiam ſubſequens vocabulum MINORES præcisè requirere, quoniam non MAJORES & MINORES, ſed SENIORES & MINORES ſubſequuntur, & alia adhuc ſupereſt interpretatio, quæ ſalvo textu fieri poteſt: Scilicet illa GENERALITAS MAJORUM omnem quidem denotat Ordinem NOBILIUM, ſed ratione ætatis & autoritatis iterùm dividuntur in SENIORES & MINORES, ita ut ſub illis tales ex Ordine Nobilium, qui ætate provecti Officiis publicis, ubi ætatis ratio plerumque haberi ſueverat, erant præfecti, & præcipui Regis Conſiliarii; ſub his verò cæteri Nobiles intelligantur, Eſſe hanc expli-

Quo facto reſpondetur ad Objectionem: (1) quod Hincmarus Majorum & Minorum meminerit;

Digitized by Google

explicationem à Stylo iſtorum temporum non alienam, docet ipſe *HINCMARUS cit. loc.* ubi SENIORES & PRÆCIPUOS CONSILIARIOS conjungit, eosque res maximas, antequam in Placito generali proponerentur, prætractare fuiſſe ſolitos docet. Confer. *CAROLUS du FRESNE in Gloſſar. tom. 3. voce Seniores pag.* 809. (2) Aliis etiam teſtimoniis probari poteſt, ad Placita illa Generalia non omnem Populum, ſed Proceres ſaltem fuiſſe admiſſos, adeoque *HINCMARUM* ex aliis quoque hujus ævi Scriptoribus eſſe explicandum: Ita namque *POETA SAXO ad ann. 776. apud Leibnitium pag. 126.*

Hic Rumor Caroli cum primum venit ad aures
CONVENTUM PROCERUM fieri præcepit in Urbe
Wormatia.

Et *ad ann. 777. apud Eund. pag. 127.*

- - CONVENTUM PLACITI GENERALIS habere
Cum DUCIBUS ſe velle ſuis denunciat illic.

Ut & *ad ann. 782. pag. 130.*

CONVENTUM fieri PROCERUM juſſit GENERALEM
Illic diſponens complura negocia Regni.

Idem etiam docet Chart. ann. 858. apud *du FRESNE Gloſſar. tom. 3. voc. Placitum. pag. 291.* his verbis: *Congregata Compendio Palatio non minima coadunatione Epiſcoporum, ſummæ autoritatis Virorum, multorum quoque ILLUSTRIUM PROCERUM, NB. ſeu quam plurimorum NOBILIUM, utpote GENERALE PLACITUM ibidem agentium.* Imò & (3) ipſe *CONRINGIUS cit. loc.* §. 34. ex eodem HINCMARO obſervat, hunc Ludovico Balbo dediſſe Conſilium, ut Remp. adminiſtret ex PROCERUM aut PRINCIPUM Conſenſu, nusquam PLEBIS mentione factâ, atque inde veritate tandem convictus aſſerere cogitur: *Tanta verò fuit præ Plebe Procerum autoritas, ut libertate ſuâ antiquâ, rejiciendi nempe illa, quæ Principibus placuerant, nunquam uſa legatur: ſive non diſplicuit, quod illis placuit, ſive contra niti haud fuerint auſi. Hinc in antiquis Monumentis Concilia illa Populi plerumque haud alio nomine, quam* Conventus Procerum *aut* Principum *vel* Optimatum *audiunt: Omni ſcilicet Concilii poteſtate ad hos ſolos relatâ.* SECUNDA objectio inde deſumitur, quod etiam POPULI fiat mentio in Comitiis, Scriptoresve antiqui haud ſemel utantur formulâ: *Imperatorem habuiſſe GENERALEM POPULI SUI CONVENTUM*; ex qua colligi poſſe arbitrantur, non Pro-

(2) quod Populi fiat mentio in Comitiis:

Digitized by Google

ceres tantùm, ſed reliquum etiam Populum apparuiſſe in Comitiis. Verùm & ad hanc jam ſolidè reſpondit doctiſſimus & rerum Francicarum peritiſſimus *BALUZIUS in Præfat. ad Capitular. Regg. Francor.* §. 7. cujus verba jam ſupra *Sect.* 1. §. 8. *pag.* 14. dedimus, ubi præclarè oſtendit, neminem vocabulo POPULUS inſolenter debere abuti, & de hominibus etiam è trivio interpretari, ſed venire hoc nomine REGIS FIDELES, id eſt, HOMINES PRINCIPES, OPTIMATES, PROCERES, qui erant Capita Populi. Idque eò luculentiùs apparebit, ſi Scriptores Scriptoribus conferantur, & alter ex altero explicetur, quo facto inveniemus, Formulas: GENERALIS PROCERUM CONVENTUS, ET GENERALIS POPULI CONVENTUS, adhiberi promiſcuè, & alteram huic, alteram illi eſſe uſitatiorem, utriusque verò unum idemque, & ſub vocabulo POPULI, nil niſi Multitudinem quandam Procerum indicari. Liceat hoc aſſertum pauciſſimis adhuc illuſtrare exemplis. Sub Carolingis jamjam obſervavimus, Placitis generalibus nullos, niſi Proceres, interfuiſſe, eumque in finem præter cæteros etiam allegavimus *POETAM SAXONEM ad ann.* 781. ubi meminit CONVENTUS PROCERUM GENERALIS; Et tamen *IDEM POETA ad ann.* 775. *apud Leibnitium pag.* 124. hunc in modum cecinit:

Utile conſilium comitantur ſtrenua facta.
Quippe Duces, omnisque ſimul delecta juventus
Ad Duriam Vicum properant: Nam Rege jubente
Illic CONVENTUS POPULI GENERALIS habetur.

Extinctâ Stirpe Carolinâ memorabilis eſt electio Ottonis Illuſtris, de qua *WITICHINDUS lib.* 1. *Annal.* ita: *Regi autem Lothovvico non erat filius, OMNISQUE POPULUS FRANCORUM atque SAXONUM quærebat Ottoni Diadema imponere Regni.* At quod WITICHINDUS *Populo* adſcribit, *DITMARUS. lib.* 1. *Chron. apud Leibnitium pag.* 325. de PRINCIPIBUS teſtatur. dum ait: *Conradus Francorum quondam Dux egregius, & tunc Ludovici Succeſſor Pueri, Arcem tenebat Regni, quem ob meritum ſui, Otto prædictus ab OMNIBUS REGNI PRINCIPIBUS in Regem electus, ſibi quaſi ad hoc indigno prœpoſuit.* Idem obſervatur de electione Ottonis I. Imp. quam *WITICHINDUS lib.* 2. *Annal.* Omni Populo Francorum & Saxonum: *CONTINUATOR verò REGINONIS ad*

ann.

Digitized by Google

ann. 936. Conſenſui Primorum : *Et DITMARUS lib. 2. Chron. pag.* 331. omnibus Reipublicæ Principibus, adſcribunt. Poſt hæc tempora nulla ferè amplius vel rariſſima, fit mentio POPULI in Comitiis, niſi quod in electione Ottonis I. Imp. & Conradi Salici præpter Principes & Populus adfuiſſe dicatur à *WITICHINDO* & *WIPPONE.* Ille *cit. loc.* Pontificem ad Populum hæc verba dicentem producit : *En adduco vobis à Deo electum & à Domino rerum Henrico olim deſignatum, nunc verò à CUNCTIS PRINCIPIBUS Regem factum, Oddonem : ſi vobis iſta electio placeat, dextris in Cœlum levatis ſignificate.* Hic vero in *Vita Conrad. Salici apud Piſtor. pag.* 415. & 426. de controverſa hujus Imperatoris electione hæc refert : *In his duobus, id eſt, in majore Chunone, & juniore, NB. diu pendebat RELIQUA NOBILITAS; Et quanquam majorem Chunonem ſecretiori conſilio & avido deſiderio - - - penè omnes eligerent, tamen propter junioris potentiam - - - - animum ſuum ingenioſè quisque diſſimulabat. Ad extremum verò divinâ Providentiâ contigit, ut ipſi inter ſe convenirent quodam pacto in tam dubia re ſatis convenienti, ut ſi quem illorum MAJOR PARS POPULI laudaret, alter eidem ſine mora cederet - - - - Hinc ſumto indicio Concordiæ, conſedere PRINCIPES : POPULUS frequentiſſimus aſtabat - - - - Archi-Epiſcopus Moguntinus - - - - rogatus à POPULO quid ſibi videretur, abundanti corde, hilari voce laudavit & elegit majoris ætatis Chunonem. Hanc ſententiam cæteri Archi-Epiſcopi, & reliqui ſacrorum Ordinum viri indubitanter ſequebantur - - - - Tunc ſinguli de ſingulis Regnis eadem verba electionis ſæpiſſimè repetebant : Fit Clamor POPULI : omnes unanimiter in Regis electione PRINCIPIBUS conſentiebant.* At quis non videt, nullam hîc Populo electionem tribui, ſed tantùm applauſum; Qui quidem in electione Conradi Salici majorem quandam vim & autoritatem habuiſſe videtur, quoniam Proceribus in dubio hærentibus, & cuinam Chunoni accederent cunctantibus, compromiſſum in applauſum Populi factum : Cæterùm verò ab hoc exemplo, tanquam extraordinario quodam, validum non procedere argumentum, ſed electionem Imperatorum ſolis tantùm Proceribus, vel ut WIPPO, quod probè notandum, ait, NOBILITATI, excluſo Populo competiiſſe, electiones & antè, & poſt Conradum Salicum factæ, luculenter evincunt. Imò & de ipſo hoc Conrado conſtat, quod Prædeceſſor Henricus Sanctus electionem ejus non univerſo Populo, ſed ſolis Principibus, vel Proceribus, moribundus commendaverit; Qua de re *GOTFRID.*

VITERBIENS. Part. 17. *Chron. apud Piſtor. tom.* 2. *rer. Germ. pag.* 487. hunc in modum cecinit;

Cæſar ut agnoſcit ſua proxima tempora morti,
Edocuit PROCERES, Regem præferre Coherti,
Et ſimul inducit, tradere Regna Duci.
\- - - - - - -
Rex Claudus moritur, Dux à DOMINIS revocatur,
Conveniunt PROCERES, ut Rex alius ſtatuatur,
Cum quibus hic Juvenis PLEBE PETENTE fuit.

(3) *quod etiam Conſules ac Judices interfuerint Comitiis Roncalicis:* TERTIAM objectionem petunt à forma Comitiorum, quæ Imperatores noviter electi plerumque in Campis Roncaliæ habere conſueverant, quippe his non ſolum Duces, Marchiones, Comites, cæterique Proceres, ſed & Conſules & judices, adeoque præter Status, alii quoque interfuerint. Allegantur ad id probandum verba Conſtitutionis Lotharii, quæ extat *II. FEUDOR. LII. Hortatu itaque & Conſilio Archi-Epiſcoporum, Comitum, Marchionum, Palatinorum, cæterorumque Nobilium, ſimiliter etiam JUDICUM.* Conſtitutionis Friderici, quæ legitur *II. FEUDOR. LV. Habito ergo Conſilio Epiſcoporum, Ducum, Marchionum, Comitum, ſimul etiam & Palatinorum JUDICUM & aliorum Procerum*: Allegantur & verba *RADEVICI de geſt. Frid. I. lib.* 2. *cap.* 1. *apud Urſtiſ. pag.* 506. *Confluunt ex omnibus Regni partibus cum magna frequentia Archi-Epiſcopi, Epiſcopi, multique alii Eccleſiaſtici viri: Duces, Marchiones, Comites, & Proceres, CONSULES ET CIVITATUM JUDICES.* Confer. *Dn. KEMMERICH. Introd. ad jus publ. lib* 4. *cap.* 2. §. 15. Conſules hosce ac Judices non Status, ſed fortè JCtos, qui in Conſiſtorio Principis vixerint, fuiſſe autumat *LIMNÆUS de jur. publ. lib.* 6. *cap.* 3. *n.* 18. atque indè planiſſimum evadere arbitratur, non tantùm eos, quos Imperii Status dicimus, ſed & alios iisdem interfuiſſe Comitiis. At falli mihi videtur LIMNÆUS, & qui cum ipſo Conſules iſtos ac Judices, non tanquam Status, ſed nudo ſaltem nomine JCtorum, vel aliorum hominum privatæ conditionis, deliberationibus horum Comitiorum interfuiſſe putant. Fuerunt hi potius Judices & Conſules, id eſt, Magiſtratus Civitatum Italicarum, teſte ipſo *RADE-*

Digitized by Google

RADEVICO cit. loc. cap. 3. pag. 507. His omnibus cum frequentia Laicorum Principum, Ducum videlicet, Marchionum, Comitum & UNIVERSARUM IN ITALIA CIVITATUM CONSULIBUS atque JUDICIBUS, Fridericum circumſtantibus. Qui ſingulis ferè annis eligebantur, Civitatibus præerant, & nomine Civitatum Italicarum in Comitiis Roncalicis apparebant. Conditionem iſtorum Conſulum ſive Judicum ita deſcribit *OTTO FRISINGENS. de geſt. Frid. lib. 2. cap. 13. apud Urſtiſ. pag. 453. Libertatem tantopere affectant, ut poteſtatis inſolentiam fugiendo, CONSULUM potius quam Imperantium regantur arbitrio. Cumque tres inter eos Ordines, id eſt, Capitaneorum, Valvaſorum, & Plebis eſſe noſcantur, ad reprimendam ſuperbiam, non de uno, ſed de ſingulis prædicti CONSULES eliguntur, neve ad dominandi libidinem prorumpant, ſingulis pene annis variantur.* Et quod Civitates Italicæ jus habuerint comparendi in Comitiis Roncalicis, ſuoque nomine eôdem Conſules ac Judices ſuos miſerint, docet *Idem FRISINGENS. cit. loc. pag. 454. Igitur Rege apud Roncalias per quinque, ut ajunt, dies ſedente, & ex Principum, ac de UNIVERSIS PENE CIVITATIBUS CONSULUM SEU MAJORUM Conventu, Curiam celebrante diverſa hinc inde diverſis ex querimoniis emerſère negotia.* Inde autem ſatis jam apparet, Conſules hosce ac Judices, non tanquam nudos JCtos vel Privatos, ſed tanquam Legatos Civitatum Italicarum, adeoque quâ Status Italiæ, ad negotia Conventuum Roncalicorum fuiſſe admiſſos. Confer. *CONRING. de Comitiis Imp. German.*

§. 52. QUARTAM denique ac ultimam objectionem affert *Dn. LUDEWIG. in Commentar. ad A. B.* nec non in *Diſſert. de diſpari nexu Civit. Imperial. c. 4. §. 4.* aſſerens, omnes olim non ſolum Immediatos ſed Mediatos etiam & quidem VIGORE LANDSASSIATUS interfuiſſe negotiis Conventuum Imperii; Cum enim vidiſſet Vir celeberrimus, à Scriptoribus veteribus ingentem nunquam non in Comitiis Principum, Comitum, Nobiliumque veterum celebrari multitudinem, hæc autem omnia cum doctrina ſua de Archi-Principibus minimè convenirent, non poterat non hoc Immedietatis argumentum rejicere, cunctisve tam Immediatis quam Mediatis, Jus illud Suffragii in Comitiis attribuere, hac ſaltem additâ differentiâ, quod Vota olim non fuerint numerata, ſed ponderata, die Stimmen wären nicht nach den Köpffen gezehlet, ſondern nach eines jeden Macht erwogen worden. Ita enim ipſe in *Commentar. ad A. B. Proœm. §. 7. lit. y.* Weil aber gleichwol in

(4) Refellitur Sententia Dn. Ludewig, quod olim omnes Mediati, & quidem vigore Landſaſſiatus, apparuerint in Comitiis:

dem medio ævo klar iſt, daß auch (1) vor denen aufgehobenen Hertzogthümern, auf dem Reichstag (2) allemal viele tauſend Stimmen gezehlet worden, welche Anzahl, ohne die Adeliche Landſaſſen darzu zurechnen, niemand heraus bringen wird; Uber dieſes des Adels auch vor den Zeiten Conradi III. da die Provintzien noch gantz, und alle Edelleute unter ihrem Hertzog Landſäſſig geweſen/ (3) des mit-votirenden Adels auf den Reichstägen Meldung geſchiehet; Ferner die Grafen und Freyherren aus keinem andern Grund, (4) als ihrer Landſaßigkeit halben, auf die Reichs-Tage kommen ſind: Als iſt wol klar am Tage, daß der geſamte Landſaſſiſche Teutſche Adel, ſo wie in Polen, das Recht von Stimme und Stande auf dem Reichs Tage ohnſtreitig gehabt hat. Aſt contra hæc non ſolum generali nos tueri poſſumus reſponſione: Dn. LUDEWIG paucis hiſce multa aſſerere, & nihil probare, ſolam autem ipſius autoritatem in rebus tam antiquis teſtem non eſſe omni excepitione majorem: ſed nec deſunt ſpeciales. Nam (1) verba illa, vor denen aufgehobenen Hertzogthümern, ſupponunt Archi-Principatus illos, quorum modo ſex, jam ſeptem numerat, ad Imperatores usque Suevicos manſiſſe integros, ſolos hosce fuiſſe immediatos, cæteros verò Germaniæ Status ad inſtar Landſaſſiorum ipſis ſubjectos, adeoque tota hæc aſſertio fluit ex doctrina ſua de Archi-Principibus, quam tamen falſam omninò, & nullis adhuc quidem teſtimoniis idoneis probatam eſſe, *Sectione I. §. 11.* prolixè jam probavimus: (2) Vellem, paululum ſpecialiùs etiam demonſtraſſet, quinam MULTA iſthæc MILLIA Suffragiorum, & quidem SEMPER, tuliſſent in Comitiis? Valdè enim vereor, ut unum ſaltem locum, ex iis temporibus, quibus Archi-Principatus ſuos integros adhuc duraſſe fingit, ſit allaturus, qui tot millium Suffragiorum Comitialium meminiſſet. *ALBERTUS* ſane! *STADENSIS*, & *CONRADUS URSPERGENSIS ad ann.* 1106. de Comitiis Moguntinis deprædicant, tantum ibi Regni Teutonici factum fuiſſe Conventum, quantus permulta annorum curricula nunquam eſſet viſus, quoniam præter Clericos LII. ibi adfuiſſent Optimates; At quid quæſo! dixiſſent, ſi tot mille Suffragia ferentes ibidem inveniſſent? Ut ergò vel inde appareat, aſſerto illi: daß auf dem Reichs-Tag allemal viele tauſend Stimmen gezehlet worden, parùm vel nihil fidei eſſe adhibendum.

Ipſe ex ſe Quin potiùs Ipſe *Dn. LUDEWIG. in eodem Commentar. ad A. B.*

tit.

tit. 30. §. 3. pag. 1485. apertè ſibi contradicere videtur, dum ait: In den alten Zeiten hatten allein die Sechs Hertzoge in Teutſchland ſechs eintzele Stimmen: die übrige Stände alle aber wurden NB. per Curias oder Hauffen-weiſe um ihre Vota gefraget; Nahmentlich die Francken; die Schwaben; die Bayern; die Sachſen; die Thüringer; die Wenden. Non quidem prolixè jam demonſtrabo, hujus etiam aſſerti veritatem omni penitus carere fundamento, quoniam & ipſe iterum nihil affert probationis, & Scriptores id quidem temporis hunc Suffragii ferendi modum ignorant; ſed hoc ſaltem urgeo, doctrinam ipſius ita non cohærere, ſed alterutrum neceſſariò eſſe falſum. Natura enim Votorum curiatorum in eo conſiſtit, ut omnes illi, qui ad unam Curiam pertinent, unum ſaltem conſtituant Votum. Jam verò ſi omnes reliqui Status, exceptis Archiprincipibus, vota ſua per curias, & quidem ſecundum ſex illas Provincias dederunt, falſum eſt tot millia Suffragiorum numerata fuiſſe in Comitiis: Sin autem numerata ſunt, conſequitur neceſſariò, Vota reliquorum Statuum non data fuiſſe per Curias, quum alias tot etiam millia Curiarum adeſſe debuiſſent, quibus tamen, maximè ſi eas ſecundum ſex illas Provincias metiremur, tota fortè Europa non ſufficeret. (3) Confundere mihi videtur NOBILITATEM MEDII ÆVI cum HODIERNA; Quod enim Nobiles olim interfuerint deliberationibus comitialibus, ipſe *Sectione I.* multis teſtimoniis paſſim probavi: At fuerunt illi Nobiles ab hodiernis maximè diverſi, utpote qui Nobilium nomine id temporis nondum venerant, ſed Ordinem ſaltem Equeſtrem ſive militarem conſtituebant. Id quod ipſe fatetur ac exemplo Quernvordenſium illuſtrat *Dn. LUDEWIG. in dedicat. tom. 1. Reliqq. Mſtr. pag.* 9. ajens: *Illud enim ex medii ævi hiſtoria & rationibus omnino conſtat, formulam hanc: NOBILIUM VIRORUM, in vernacula* der Edlen oder Edlen-Herren --- *non vulgaris Clientelæ, ſed DYNASTIÆ aliquibus Regalibus inſtructæ, indicium & Characterem fuiſſe.* (4) Denique miror, quod Dn. LUDEWIG, qui tamen alias Archi-Principibus ſuis ferè omnia addicere, cæteris autem Statibus nihil relinquere ſolet, jus Suffragii cuilibet etiam Landſaſſio attribuat. Inter ſummas procul dubio in qualibet Republica refertur Prærogativas, de ſumma Poteſtate aliquid participare, ad deliberationes de univerſæ Reip. ſalute inſtitutas admitti, & Suffragia ſua in conſpectu totius Imperii, juxta cum ſummis Regni Statibus ferre; Quam Prærogativam aliàs nemo Dominus ſubditis ſuis,

ipſo refutatur.

ſuis, & quibus tanto dominatu, quantus de Archi-Principibus prædicatur, imperat, facilè concedere ſolet. Sane! quum *Dn. LUDEWIG. cit. Comment. ad A. B. proœm. §. 7. pag.* 49. de novis Principibus adſtruat: Daß nach den zerriſſenen und ausgetilgten Hertzogthümern, keine Landſäßiſche Grafen oder Edelleute mehr auf die Reichstäge gekommen, NB. indem die neue Fürſten mit ihnen nicht in einem Hauffen ſtehen wollen; Id multò magis de Archi-Principibus ſuis, ſi tam immenſâ valuiſſent potentiâ, aſſeri poſſe videtur. Fateor ergò, me concluſionem illam: *Cui in provincialibus cujusque Territorii Conventibus*, auf Land-Tägen *locus fuit; Illi etiam locus Suffragiumque fuit in Imperialibus Comitiis*, auf Reichs-Tägen: nondum capere, adeoque & aſſertum illud: Daß die Grafen und Freyherren aus keinem andern Grund, NB. als ihrer Landſäßigkiet halben, auf die Reichs-Täge kommen ſeyen/ tamdiu mihi eſſe VERITATEM INCOGNITAM, quamdiu meliora ſolidioribus argumentis non fuero edoctus, præſertim cum nulla appareat ratio, quæ Landſaſſios, ſi jure Suffragii unquam fuiſſent gaviſi, moverit, cur ſibi oculi quaſi ictu inſignem hanc prærogativam eripi, ſeque à Comitiis tam citò repelli fuiſſent paſſi. Præclarè hæc omnia illuſtrat celeberrimus *SCHWEDERUS in Diſſert. de pari nexu Civit. Imp. cap.* 2. §. 6. dum ait: *Quis enim Principes Imperii ita negligentes aut juris ſui oblitos fuiſſe ſuſpicaretur, ut paſſi fuerint, Urbem quandam ſuarum Municipalium pari cum ipſis paſſu incedere, &, quem potiſſimum cernimus in Comitiis, Characterem Status & Immedietatis arrogare? Quid opus fuiſſet ſeparatione Immediatorum à Mediatis, aut in quo conſtitiſſet iſtud diſcrimen, ſi non in eo, quod illi participes fuerint communium Conſiliorum, à quibus hi jure meritò excludebantur, quoniam ipſorum nihil intererat, quæcunque in Comitiis concluderentur, aut quid ipſis Votum ab alius arbitrio dependens? Vel ſi concedamus ipſis liberum Suffragium ---- quæſo, quam confuſum Chaos præſentaſſent noſtra Comitia? Nonne, cum major ſemper ſit numerus Mediatorum, quam Immediatorum, in illorum manibus ſtetiſſet, per majora horum concluſa annihilare & eludere? Sed ſiculæ Gerræ. Quid ſi etiam liquido conſtet, Mediati cujusdam fieri mentionem in Comitiis ſeu Curiis Regiis, uti antiquo Stylo vocantur, attamen exinde non ſequitur, illum Suffragii ergò ibidem comparuiſſe, ſcimus enim, olim in iſtis Curiis Regiis, non ſolum de Negotiis Imperii actum, ſed & alia ſolennia peracta fuiſſe, plerumque enim aut novus Imperator electus vel coronatus, Succeſſor decla-*

Et hæc denique omnia verbis Schvvederi illuſtrantur.

declaratus, Matrimonium Regium initum, novus Princeps creatus, aut feria ſacra celebrata fuerunt. Si ergò ſcire velis, quid ibi faceſſerint Mediati, imò & Exteri, finge tibi Actum quendam ſplendidum & ſolennem, cui animi & curioſitatis gratia, multi intereſſe ſolent, quamvis regulariter ibi nihil negotii habeant.

Altera principalis: An Nobiles Immediati olim fuerint Status?

§. III. Remotâ hac quæſtione præjudiciali, facilior jam tranſitus fit ad alteram: *Num ſcilicet* NOBILES IMMEDIATI *olim ad ferenda Suffragia ſua comparuerint in Comitiis?* vel quod idem eſt: *Num olim fuerint Status?* Mirè hîc diſcrepant Jurispubl. Dd., alii quippe eam affirmant, alii negant, vid. *KULPIS de Legat. Stat. Imp. cap. 4. §. 11.* Nos, ſicut in rebus antiquis non ad ea, quæ hic vel ille Auctor hodiernus ſtatuat, ſed quæ genuinis Hiſtoriæ documentis probari queant, animum præcipuè attendendum arbitramur; Ita etiam, ſi Hiſtoriam Comitiorum, & qualitatem Negotiorum Comitialium intuemur, aſſerere nulli planè dubitamus: *Nobiles Immediatos nec olim etiam fuiſſe Status.*

Quæ itidem negatur de temporibus ANTE INTERREGNUM. Quoniam tum nondum erant Immediati;

Et ut rationes negativæ noſtræ eò clariores appareant, tempora ante & poſt Interregnum ſeorſim conſiderabimus. ANTE INTERREGNUM Nobiles Immediatos, quâ Status, non apparuiſſe in Comitiis, neque deliberationum comitialium fuiſſe participes, ſequentibus probamus argumentis: (1) Quoniam ante Imperatores Suevicos Nobilitas Immediata eo ſenſu, quo hodiè illam intelligimus, ignorabatur, ignorabatur Corpus quoddam Equeſtre Immediatum, & veſtigia quæ de nonnullorum Libertate ſub ipſis Hohenſtauffiis inveniuntur, admodum erant exigua. vid. *Section. I. §. 24.* At inſtas: Imperatores tamen procul dubio nunquam non habuiſſe delectam quandam Militum manum præter eos, quos Duces, Comites, & Barones ipſis in expeditionibus bellicis adduxerint, adeoque ſaltem hosce fuiſſe immediatos; Reſpondeo: Quamvis & hoc conceſſerim, nihil tamen ſolidi inde ad hodiernum Corpus Equeſtre Immediatum applicari, quippe Milites iſtius temporis Jurisdictioni Ducum, Comitum, cæterorumque Procerum, in quorum Comitatibus vel terris habitabant, erant ſubjecti, & feuda, non Regalia, ſed vulgaria ſaltem poſſidebant, quæ ipſos à Jurisdictione ordinaria eximere non poterant, neque etiam hæc exemtio, & quod horum Militum cauſæ REGULARITER in Comitiis vel coram Imperatore dijudicatæ fuerint, hactenus quidem ab ullo eſt probata; Deinde ſi ab iſtis Militibus ad hodiernum Corpus

Equeſtre Immediatum argumentari liceret, hoc inde ſequeretur, primordia Nobilitatis Immediatæ poſt tempora Carolina potiùs in Saxonia, quam Franconia vel Suevia, eſſe quærenda, quod tamen nullus diſſentientium facilè eſt conceſſurus. Quod ſi ergo Ordo hodiernæ Nobilitatis Immediatæ id temporis nondum fuit immediatus, non etiam ad Suffragia Comitialia admittebatur, quia ſolos Immediatos ibi apparuiſſe, jamjam prolixè deduximus: (2) Soli Principes, Proceres, Primores, Optimates, Nobiles, Suffragia ſua, quod §. *praced.* itidem probavimus, in Comitiis ferebant, quæ nomina ex Laicis Duces tantùm, Marchiones, Landgravios, Palatinos, cæteroſque Comites & Barones, id eſt, omnes qui feuda habebant Vexilli, denotabant, vid. *du FRESNE Gloſſar. tom.* 1. *voc. Barones. pag.* 486. *& tom.* 3. *voc. Princeps pag.* 423. adeoque ad Ordinem hodiernæ Nobilitatis Immediatæ non extendebantur: Quin potiùs hi diſertè haud rarò Principibus opponuntur. Ita namque *OTTO FRISINGENS. de geſt. Frid. I. lib.* 2. *cap.* 28. *apud Urſtiſ. pag.* 470. *Eſt enim*, inquit, *Lex Curiæ, quod quisquis de ORDINE PRINCIPUM Principis ſui iram incurrens, compoſitionem perſolvere cogatur centum librarum debitor exiſtat: Cæteri* MINORIS ORDINIS *Viri, ſive* INGENUI, *ſive* LIBERI, *vel* MINISTRI *decem.* Intellexiſſe OTTONEM hìc ſub *Viris minoris Ordinis*, Ordinem Equeſtrem, verba ipſius antecedentia evincunt, ubi de Hardevico Epiſcopo Ratiſponenſi, ante accepta ab Imperatore Regalia ſui Epiſcopatus, hæc jam iterum militibus & ſubvaſallis ſuis conferente, & quomodo hanc ob cauſam cum militibus ſuis fuerit mulctatus, locutus erat. Quod ſi autem certum eſt, Ordinem hodiernæ Nobilitatis Immediatæ nominibus Principum, Procerum, Nobilium &c. (ita enim Stylus Curiæ antiquior Status Imperii indicare ſolebat) non veniſſe, certum etiam eſt, Nobiles hodiernos olim non fuiſſe Status, non fuiſſe ad CONVENTUS PRINCIPUM, PROCERUM OPTIMATUM, quâ formulâ Scriptores plerumque Comitia referunt, admiſſos: Idque eò magis, quoniam (3) præcipuorum Conventuum Imperii negotiorum ne capax quidem erat Ordo Equeſtris, utpote quî feuda Vexilli non poſſidebat, ac proinde neque JURE PRINCIPUM, quod dicunt **das Fürſten-Recht**, gaudebat, nec ſummo illi PRINCIPUM JUDICIO, quod Imperator cum Proceribus & Optimatibus in Comitiis habere, in eoque præcipua Comitiorum negotia expedire ſueverat, intereſſe pote-

Soli Principes & Nobiles apparebant in Comitiis,

Quæ Nomina ad Ordinem Equeſtrem non extendebantur:

Non erant capaces Nobiles hodiè Immediati præcipuorum Conventuum Imperii Negotiorum, ut &

Digitized by Google

poterat. Poſſemus id per plurima Conventuum Imperii negotia deducere, ſed laborem hunc nobis jam degit Diligentiſſimus *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.1. à pag. 74. ad 171.* in eleganti, quem collegit, Comitiorum catalogo, quamobrem paucis hîc eſſe poſſumus contenti. Ad negotia hæc Comitialia inprimis pertinebat (a) JUDICIUM PRINCIPIBUS & PROCERIBUS IMPERII DICTATUM; Quando enim Principes in jus erant vocandi, lites ipſorum terminandæ, & ſententia vel ultimi ſupplicii, vel proſcriptionis, pronuncianda, hoc vigore JURIS PRINCIPUM, des Fürſten-Rechts, fiebat in ſummo illo Principum Judicio, quod Imperatores cum Principibus & Proceribus Imperii, tanquam Paribus Curiæ, habere ſolebant, & ad quod nulli niſi VEXILLARII, id eſt, omnes ex Ordine NOBILIUM VETERUM, admittebantur. Confer. *SCHILTER. ad Jus feudal. Alemann. cap. 139. & 140. §. 2.* Idque non ſolum in prima & ſecunda Regum Francorum familia, verùm etiam ævo multùm poſteriori in uſu fuiſſe, ex GOLDASTO teſtatur *CONRING. de Negot. Convent. Imp. §. 61.* Ita de Taſſilone Bajoariæ Duce in *Convent. Imp. §. 61.* Ita de Taſſilone Bajoariæ Duce in *Conventu Procerum ſolenni* ad mortem damnato cecinit *POETA SAXO ad ann. 788. apud Leibnitium pag. 136. & 137.*

Quando Judicium exercebatur in Principes & Proceres:

Cum Rex in villa fieri juſſiſſet eadem
CONVENTUM PROCERUM ſolenni more SUORUM
Cum RELIQUIS etiam fuit illic Taſſilo præſens.
Quem proprius quondam Populus, cum præfuit ipſe
Criminibus magnis, Majeſtatisque Reatu
Accuſans - - - - -
Ipſe nihil horum vel cœperat inficiari,
Vel poterat, ſed convictus noxæ, capitali
Damnatur pœnâ.

De Alberto Comite Bambergenſi teſtis eſt *REGINO ad ann. 905. pag. m. 436. Ludovicus Rex CONVENTUM GENERALEM celebravit apud Triburias Villa Regia, ubi adeſſe mandavit ſæpè dictum Adalbertum, ut IN PRÆSENTIA OPTIMATUM REGNI, pro ſe*

ſe rationem redderet: De Henrico Duce Bajoariorum, Abrahamo Epiſcopo Friſingenſi, aliiſque pravum Conſilium contra Ottonem II. ineuntibus, *LAMBERT. SCHAFNAB. ad ann. 974. pag. m. 458. Imperator tali nephando comperto conſilio, congregavit OMNES PRINCIPES SUOS, & quid inde faceret, conſilium petiit. Qui dederunt ei Conſilium ut mitteret ad Ducem Heinricum & Bopponem Epiſcopum, & Gebehardum Comitem, eosque ad PLACITUM invitaret per Edictum*: De Conrado Bajoariæ Duce, *HERMANN. CONTRACT. ad ann. 1053. apud Urſtiſ. pag. 334. Conradum Bajoariæ Ducem, cui jam prius infenſus erat, incuſatum QUORUNDAM PRINCIPUM JUDICIO, Ducatu privavit.* De Henrico Leone, *GODEFRID. MONACH. ad ann. 1180. apud Freher. pag. 344. Imperator ---- in media Quadrageſima Curiam apud Geylinhuſen habuit. Ibi ſententia ipſius Cæſaris & JUDICIO CUNCTORUM PRINCIPUM Dux Saxoniæ Ducatu ſuo privatur.* De Comite Suevienſi, vel rectius Saynenſi, *IDEM GODEFRID. ad ann. 1233. pag. 399. Comes Suevienſis ſuper hæreſi falsò fuit infamatus: pro cujus expurgatione ſeu defenſione Rex Henricus CONVENTUM MULTORUM PRINCIPUM apud Moguntiam habuit.* Confer. *CONRING. de Convent. Negot. Imp. §. 61.* Condemnato ita ſecundum jus Principum, feudiſque Imperii & dignitatibus privato, alius erat ſubſtituendus. unde (b) alterum negotium Comitiale, nimirum: COLLATI HONORES SECULI; à quo Negotio, cum illud in eodem ſummo Principum Judicio perageretur, Ordinem hodiernæ Nobilitatis Immediatæ itidem fuiſſe excluſum, facilè patet. Exempla iterùm adſunt quam plurima, ſed nobis ex qualibet Epocha unum ſaltem adduxiſſe ſufficat. De ævo Carolingico id teſtatur *REGINO ad ann. 861. pag. 411. Carolus Placitum habuit in Compendio, ibique cum OPTIMATUM CONSILIO Radberto Comiti Ducatum inter Ligerim & Sequanam adverſum Britones commendavit*: De Saxonico *DITMARUS lib. 6. Chron. apud Leibnitium pag. 388. Proximum natale Domini Rex in Polithi celebravit, & ibidem Thiedrico, prædicti Comitis filio Comitatum ac omne Beneficium jure & hortatu Reginæ ac PRINCIPUM ſuimet, dedit.* Et *pag. 389. Proximâ verò meſſe interventu Reginæ & inſtinctu Cari Tagmonis, Hermanno Comiti Marchiam dedit*, & *CONSILIO* & *LAUDE PRINCIPUM eorundem*: De Franconico *ANNAL. HILDESHEIM. ad ann. 1036. apud Eund. Leibnitium pag. 728. Imperator ---- purificationem ſanctæ Mariæ Auguſtburg egit.*

Honores Seculi conferebantur:

Ubi

Ubi & PUBLICUM CUM CUNCTIS, circumjacentium Regionum PRIMORIBUS CONVENTUM habuit, in quo Patrueli ſuo Chuonrado Ducatum Carentinorum commiſit: De Suevico, diploma Friderici Barbaroſſæ, quod exhibet *CHRON. AUGUST. ad ann.* 1156. *apud Freher. pag.* 510. *Ne autem in hoc facto minui videatur honor & gloria dilectiſſimi Patrui noſtri, de CONSILIO ET JUDICIO PRINCIPUM, Wadizlao Illuſtri Duci Boëmiæ ſententiam promulgante, & OMNIBUS PRINCIPIBUS APPROBANTIBUS Marchiam Auſtriæ in Ducatum commutavimus, & eundem Ducatum cum omni jure præfato Patruo noſtro Heinrico & prænobiliſſimæ Uxori ſuæ Theodoræ in Beneficium conceſſimus.* Non ſolum autem Principum & Procerum Imperii, ſed (c) IMPERATORUM quoque & REGUM, REGIARUMque FAMILIARUM CAUSÆ in idem hoc SUMMUM PRINCIPUM JUDICIUM deducebantur; Unde aliud iterum Negotium Comitiale, ad quod Ordo hodiernæ Nobilitatis Immediatæ, utpote hujus Judicii non capax, non admittebatur, ſed ſoli Principes & Proceres, id eſt, omnes ex Ordine NOBILIUM MEDII ÆVI, quippe qui feuda habebant Vexilli, adeoque ſoli hujus Curiæ ſummæ Pares eſſe poterant. Quod ne gratis aſſeramus, paucis iterum exemplis eſt illuſtrandum: De Brunechilde & Clothario §. *præced.* jam dedimus verba AIMOINI: De Juditha, Arnulphi Imperatoris uxore, teſtantur *ANNAL. FULDENS. ad ann.* 898. *apud Freber. pag.* 68. *Tum vero multis temporibus inauditum ſcelus, & quod non oportuit facinus de Regina Otha divulgatum eſt, id eſt, ut corpus ſuum in latebroſo ac iniquo manciparet conjugio. Quod ipſum Radaſpona Urbe menſe Junio, JUXTA PRIMORUM PRÆSENTIUM JUDICIUM* 82. *jurantibus definitum comprobatur*; De Henrico IV. legi meretur ſua ipſius Epiſtola apud *URSTIS. tom.* 1. *rer. German. pag.* 396. *ſeqq.* ubi proceſſum à Sede Apoſtolica contra ſe inſtitutum prolixè exponit, & verbis tandem hiſce concludit: *Tunc cum magna contritione animi proſtratus cœpi per Deum, per ipſam conſcientiam orare, ut locus & tempus mihi daretur, ubi IN PRÆSENTIA OMNIUM PRINCIPUM, cum innocens eſſem, vellem EX JUDICIO OMNIUM me expurgare, & in quo culpabilem me recognoſcerent, EX CONSILIO OMNIUM ſanioris Sententiæ pœnitentiam & ſatisfactionem, quo Ordine juberent, quærere*: De Henrico Rege Romanorum *GODEFRID. MONACH. ad ann.* 1225. *apud Freber. pag.* 394. *Henricus Rex Curiam habuit Frankinvort, ubi quidam*

Et Cauſæ Imperatorum, Regum, Regiarumque familiarum judicabantur.

dam Epiſcopus miſſus à Rege Angliæ cum cæteris ipſius Legatis affuit, laborans ut ipſe Rex matrimonium contraheret, cum ſorore Regis Angliæ. Sed cum talis Contractus diſplicuiſſet PRINCIPIBUS, nec potuiſſet habere proceſſum, nuntii inacte revertuntur. Et *ad ann.* 1235. *Curia celeberrima in aſſumtione beatæ Mariæ apud Maguntiam indicitur, ubi ferè OMNIBUS PRINCIPIBUS REGNI TEUTONICI convenientibus pax juratur, vetera jura ſtabiliuntur, nova ſtatuuntur, & Teutonico ſermone in membrana ſcripta omnibus publicantur : NB. EXCESSUS REGIS CONTRA IMPERATOREM CUNCTIS APERIUNTUR.* Cui ultimo loco ſi jungantur verba *BRUNONIS de Bell. Saxon. apud Freher. pag.* 181. *Quum Principum feſtivitas Apoſtolorum, Petri videlicet & Pauli propinquaret, præcepit Rex, ut univerſa Principum Saxoniæ multitudo Goslariam conveniret; ut ſi quid de COMMUNIBUS REGNI NEGOTIIS agi dignum emergeret, hoc ipſe COMMUNI PRINCIPUM CONSILIO tractaret* : facilè patet, alia præter enumerata, imò & communia Regni negotia ad ſolam Imperatoris & Principum ſive Procerum Imperii deliberationem pertinuiſſe; Quæ tamen ſingula pluribus firmare exemplis ac Scriptorum coævorum teſtimoniis, pagellarum anguſtiæ nunc non permittunt. Satis erit hactenus allatis tantùm probaſſe, ex quo jam firmiſſimam hanc formare poſſumus concluſionem: Si Nobilium Immediatorum Ordo ante Interregum (exceptâ exiguâ, qua ſub Hohenſtauffiis hic vel ille fortè gaudere cœpit Libertate) non fuit immediatus, ſi ipſi nominibus Principum, Primorum, Optimatum, Nobilium, non venerunt, ſi in ſummo illo Principum judicio tanquam Pares Curiæ apparere, adeoque præcipuis Conventuum Imperii Negotiis intereſſe non poterant; Neceſſariò etiam conſequitur, Nobiles Immediatos jure Suffragii olim non fuiſſe gaviſos, neque ante Interregnum inter Status Imperii relatos.

Negatur etiam de temporibus POST INTERREGNUM;

§. IV. An verò POST INTERREGNUM tanta tam ſubitò Status publici mutatio facta, & Nobiles Immediati ad omnes, ſicut cæteri Imperii Status, admiſſi fuerint Deliberationes Comitiales, ulterius jam eſt disquirendum, & quidem de temporibus ſaltem ab Interregno ad Maximilianum I, quoniam ab hujus temporibus ad hunc usque diem Nobiles Immediatos jure Suffragii non fuiſſe gaviſos, ipſi diſſentientes non diffitentur. Negari quidem nequit, Germaniam noſtram poſt magnum illud Interregnum, magnam ſenſiſſe Cataſtrophen, Nobilesque Im-

Digitized by Google

Immediatos turbidis illis Diffidationum temporibus maxima ce piſſe incrementa ; Hæc tamen omnia non obſtare videntur, quo minus aſſeramus, Nobiles Immediatos id etiam temporis non fuiſſe Status, neque ad omnes Deliberationes Comitiales admiſſos, idque ſequentes ob rationes : PRIMO tot tamque ſolennia etiam poſt Interregnum invenimus Comitia, ubi inter Suffragantes nullibi fit Ordinis Equeſtris, ſive Nobilitatis Immediatæ mentio ; Ita namque Comitia Francofurtenſia de ann. 1274. his verbis refert *HENRICUS STERO ad h. a. apud Freher. pag.* 561. *Ad Curiam novi Regis in Franckfurt PRINCIPES evocantur* : Comitia Auguſtana ann. 1282. *HISTOR. AUSTRAL. ad h. a. apud Freher. pag.* 475. *Rudolphus Rex Auguſtæ Curiam celebravit, ibique de CONSILIO ET VOLUNTATE NOBILIUM qui aderant, Albertum filium ſuum Ducem Auſtriæ & Stiriæ conſtituit, & Rudolphum Ducem Sueviæ creavit.* Et quinam per NOBILES hîc ſint intelligendi, indicat *STERO ad ann.* 1281. *Eundem Ducatum eidem Domino Alberto & Rudolpho filiis ſuis in feudum contulit, CORAM PRINCIPIBUS SUIS ſuper hoc Auguſtæ in Curia congregatis:* Comitia Erphordenſia ann. 1290. *ADDITIONATOR. Lamberti Schafnab. ad h. a. apud Piſtor. pag.* 260. *Rudolphus Rex Romanorum, curiam ſuam Erphordiæ celebravit, ad quam vocati venerunt, de vicinis & longinquis Regionibus, multi PRINCIPES ſpirituales & ſeculares, & PLURIMI NOBILES ET BARONES, & qui venire non poterant, per ſolennes Legatos, ſuam abſentiam coram Rege excuſabant* : Ubi per NOBILES non hodiernam Nobilitatem Immediatam indicari, præter alia argumenta & inde evincitur, quod NOBILES hîc præponuntur BARONIBUS ; Comitia Norimbergenſia ann. 1299. *HENR. STERO ad h. a. apud Freher. pag.* 580. *Albertus Rex Romanorum celebravit curiam ſolennem CUM PRINCIPIBUS ALEMANNIÆ apud Nurnberch, cui interfuerunt Colonienſis, Trevirienſis, Moguntinenſis, Saltzpurgenſis, Archi-Epiſcopi, & Ratiſponenſis, Patavienſis, Friſingenſis, & alii Epiſcopi multi, item Rex Boëmiæ, Dux Bavariæ, Rudolphus Comes Palatinus Rheni, Duces Karinthiæ, & ALII NOBILES MULTI.* Per NOBILES hîc iterùm non intelligi hodiernam Nobilitatem Immediatam inde patet, quoniam nulla Comitum & Baronum hîc fit mentio, qui aliàs ita excluſi fuiſſent : Titulus NOBILIS Comitibus & Baronibus id temporis adhuc erat proprius, atque ad Ordinem Equeſtrem nondum extendebatur : E ipſe STERO hosce NO-

Qoniam tot Comitia poſt Interregnum habita ſunt, ubi nulla plane Ordinis Equeſtris fit mentio.

Digitized by Google

NOBILES initio generali PRINCIPUM nomine indicat; quod & obſervavit *HENRIC. REBDORFF. ad h. a. apud Freher. pag.* 600. dum ait: *Hic monoculus regnavit* 10. *annis, & primo anno Regni ſui ſolennem curiam habuit in Nuremberg, poſt feſtum B. Martini ad quam OMNES PRINCIPES OFFICIALES IMPERII venerunt, & ALII QUAMPLURES PRINCIPES interfuerunt.* Nullâ Ordinis Equeſtris factâ mentione. Comitia Spirenſia ann. 1309. *ALBERT. ARGENTIN. ad h. a. apud Urſtiſ. tom. 2. rer. German. pag.* 116. *Manſit verò ibi Rex ſex hebdomadibus cum PRINCIPIBUS ELECTORIBUS, ET ALIIS PRINCIPIBUS, & CIVITATUM Nuntiis, de ſuo tranſitu & de præſtandis Servitiis in Italiam, diſponendo;* Quem locum *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom.* 1. *pag.* 646. clarum vocat veſtigium diviſorum Imperii Procerum in tres Claſſes, Electorum ſcil. Principum & Civitatum: Comitia Francofurtenſia ann. 1344. Idem *ALBERT. ARGENTIN. cit. loc. pag.* 134. *Quibus articulis Principi præſentatis, ipſe eorum copiam univerſis PRINCIPIBUS, præſertim ELECTORIBUS, & MAGNIS CIVITATIBUS deſtinavit, omnes Principes & Civitates & Oppida totius Alemaniæ ad Parlamentum publicum ſuper ejusmodi facto in Franckfort convocando ---- Convenientibus autem in Franckfurt PRINCIPUM & MAGNATUM & CIVITATUM & OPPIDORUM IMPERIALIUM nuntiis &c.* De Comitiis Norimbergæ ann. 1438. inſtituendis notandæ ſunt Literæ Alberti II. Imp. ad Senatum Argentinenſem, apud Clariſſ. *Dn. WENCKER. Apparat. Archiv. pag.* 337. ibique verba: **Darumb haben wir mit Rat der egenanten unſer lieben Neven und Oheymen Sendboten beſchloſſen, daß darum ein gemainer Tag zu Nürnbe g auff Sant Margreten Tag nächſtkünfftig ſol gehalten werden,** *NB.* **darzu wir dann Fürſten/ Herren/ und Stätten** (nihil ibi de Nobilitate Immediata) **beſchaiden/ und mit unſern Brieffen verkündt haben:** De Comitiis Ratisbonenſibus ann. 1471. teſtatur *CHRON. ELWANGENS. ad h. a. apud Freher. pag.* 689. *Multi Legati, EPISCOPI, PRINCIPES, & CIVITATES IMPERIALES convenere in Civitate Ratiſpona præſente Cæſare Friderico pro liberatione Eccleſiæ, ut eam à tyrannica tribulatione eriperent & pacificarent;* Et quod nullus ibidem Nobilitati Immediatæ inter ſuffragantes fuerit locus ſpecialiùs adhuc docent acta comitialia, in iisque Receſſus horum Comitiorum §. 1. & 30. qui inſertus eſt Documentis Fridericianis apud *SCHILTER. Script. rer. German. pag.* 205. *ſeqq.*

ubivis

ubivis enim ſaltem ſit mentio : Der Chur-Fürſten / Fürſten / Grafen / Herren und Städte Botten / die alle in daß groſſer Zahle auf dem Tage jetzo zu Regenſpurg verſammlet ſind. Si integrum per hæc tempora colligere vellemus Comitiorum catalogum, longè adhuc plura producenda eſſent exempla ; At vel hisce ſatis apparet, quid de illo Status Charactere, quem Nobiles Immediati ex iisdem temporibus prætendunt, ſit ſentiendum. Sane ! ſi fuiſſent Status, ſi in omnibus negotiis Comitialibus ipſis, ut reliquis Imperii Statibus competiiſſet Jus Suffragii, eodem etiam modo omnibus Comitiis intereſſe debuiſſent, ad eaque ab Imperatoribus fuiſſent vocandi : Quod an ſit factum ? Exempla adducta teſtabuntur. DEINDE animo concipere nequeo, ſi Nobiles Immediati per hæc tempora fuiſſent Status, cur tam ſubito inſignem hanc Prærogativam cum bona gratia dimiſerint, quam tamen Seculo adhuc ſuperiori tam anxiè quæſierunt. Multæ quidem à Dd. proferuntur rationes, alii quippe Privilegium, alii voluntatem Nobilium proprium ad commodum directam, ne ſcil. Cameræ Imperialis ſumtus pro rata ferre, aliaque Statuum onera ſubire teneantur, cauſam ponunt : alii nolentibus prærogativam ademtam ſuſpicantur : Sed omnes iſtæ rationes leves ſaltem conjecturæ ſunt, nullis idoneis argumentis firmatæ, quas haud immeritò jam riſit, ſolidisque argumentis refutavit *LIMNÆUS de jur. publ. lib. 6. cap. 3. n. 21. ſeqq.* Docendum potiùs fuiſſet, quando & quam ob cauſam Comitiis intereſſe deſierint Nobiles Immediati ? Probandum etiam, utrum inviti, an volentes emanſerint ? Illud Annales, Legesve Imperii tacent, nec ipſi diſſentientes facilè ſunt conceſſuri : Hoc argumentis ſufficientibus non probant. Rationes, quas *BURGERMEISTER.* Grafen-und Ritter-Saal, *Part. 2. Sect. 47.* affert, nullius ſunt ponderis ; ait enim n. 12. Die wahre Urſach aber, daß die Reichs-Ritterſchafft ſelbſt nimmer im ſechszehenden Seculo bey Kayſers Maximiliani I. Regierung auf denen Reichs-Tägen erſcheinen wollen : war alleinig, daß damals die Geld-Contributionen und Steuren an ſtatt der Perſonal-Dienſten neuerlich eingeführet und obtrudiret werden wollen, zu dergleichen niemals obgehabten Geld-Bürden und Oblagen die Reichs-Ritter und Knecht ſich nullo modo verſtehen wollen. Verùm ad hæc regero : Nobiles Immediati vel liberi fuerunt ab hisce oneribus, vel ad ea ferenda obſtricti. Si fuêre liberi, eandemque libertatem tantâ fiduciâ, quantam *BURGERMEIST. cit. loc.* de ipſis deprædicat,

Et ſolida ratio afferri nequit, cur Comitiis intereſſe deſierint ;

contra communem Denarium opponere poterant, cauſa utique aderat nulla, quare in Comitiis apparere deſiiſſent, adeoque etiam nullam plane ob cauſam inſigni huic Prærogativæ renuntiaſſent, quod non facilè præſumendum; Si verò ad ferenda hæc onera cum cæteris Imperii Statibus erant obſtricti, docendum fuiſſet, an etiam, ut ſe oneribus hisce ſubducerent, emanere potuiſſent, & quum reliqui Status commodis ſuis eodem modo inſervire non potuerint, cur ſolis Nobilibus Immediatis tum licuerit eſſe ſapientibus? Novimus omninò multos interdum Status Comitiis ultrò abfuiſſe, & promovendæ ſalutis publicæ non ſemper debitam ſuſcepiſſe curam, ſed novimus etiam Imperatores haud rarò maximam de ipſorum negligentia habuiſſe querimoniam, ad eamque reprimendam ſancitum invenimus in *RECESS. IMP. de ann.* 1500. *tit.* 46. Nachdem auch etliche merckliche Stand des Reichs hie weder perſönlich, noch durch ihre Bottſchafft erſchienen ſeynd, ſollen dieſelben durch uns auf ein namlichen Tag gen Nürnberg für unſer Regiment erfordert und beſchrieben werden - - - - Und ob jemands in ſolchem Ungehorſam oder läſſig erſcheinen wird ---- So ſoll und mag unſer verordnet Reichs-Regiment rathſchlagen, handeln und fürnehmen, ſolche widerwärtige und ungehorſame Ständ zum Gehorſam und Vollziehung des Reichs aufgerichter Ordnung zu bringen. Quæ verba accuratius paulisper ſunt inſpicienda, ſimul quod ad eundem hunc annum tempus plerumque refertur, ex quo Nobiles Immediati à Comitiis Imperii & Suffragiis Comitialibus abeſſe cœperint: Simul etiam, quod abundè evincunt, in nullis arbitrio fuiſſe conſtitutum, utrum in Comitiis apparere voluerit nec ne? ſed omnibus Statibus comparendi neceſſitatem impoſitam, & qui emanſerunt, denuò vocatos fuiſſe. Quod cum de Nobilibus Immediatis doceri nequeat, cùm potiùs ſecundum *Eund. RECESS. tit.* 47. cum ipſis ſeparatim tractaretur, novum iterùm inde deſumitur argumentum, Nobilibus Immediatis & ante & poſt hunc Receſſum inter Status Imperii, utpote à quibus expreſsè hîc ſeparantur, nullum fuiſſe locum, adeoqueetiam perperam de ipſis dici, quod circa hæc tempora à Comitiis primum abfuerint, vel ultrò abeſſe potuerint. At profert *HIPPOLITUS* von Treyſpach im Bedencken der freyen Reichs-Ritterſchafft Stand und Seſſion betreffend *n.* 108. *ſeqq.* multa ex Actis Comitialibus loca, quibus probare conatur, Nobiles Immediatos poſt Interregnum ad Maximiliani I. tem-

Nec obſtant argumenta Treiſpachiana.

tempora indubiè fuiſſe Status ; Unde etiam ad hæc reſpondebimus, idque ut eò brevioribus fieri queat, omnia ipſius argumenta in tres diſtribuemus Claſſes. Ad PRIMAM CLASSEM refero textum A. B. ubi Imperator in Proœmio ita : *In ſolemni Curia noſtra Nurenbergenſi aſſidentibus nobis omnibus Principibus Electoribus, Eccleſiaſticis & ſecularibus, ac aliorum Principum, Comitum, Baronum, PROCERUM, NOBILIUM, & Civitatum multitudine numeroſa &c.* Ex quo HIPPOLITUS concludit, cum poſt Barones & NOBILIUM fiat mentio, non alios, niſi Nobiles Immediatos hîc intelligi, eosque cum cæteris Statibus æquali Suffragii jure in iſtis Comitiis fuiſſe gaviſos. Verùm ante omnia diſpiciendum eſt, utrum vocabula PROCERUM NOBILIUM conjunctim, an diviſim ſint accipienda, vel quod idem eſt, utrum unum tantum, an diverſos denotent Ordines? Poſteriori caſu, explicandum quoque fuiſſet, quinam ſub PROCERIBUS, & qui ſub NOBILIBUS comprehenderentur. Explicare quidem id voluit *Dn. LUDEWIG. in Comment. ad A. B. tom. 1. pag.* 45. ſed, quod pace tanti Viri dixerim, dum erranti VULGARI DOCTORUM CATERVÆ viam monſtrare vult, ipſe à tota aberrat via, & rei tenebras magis, quam lumen affundit. Audiamus ipſam explicationem : BARONEM tempore A. B. fuiſſe dicit, qui nobile poſſederit prædium, alios Nobiles habuerit Subvaſallos, & à Juriſdictione Comitis fuerit exemtus : Per PROCERES indicari autumat, qui nullos habuerint Subvaſallos, ac Baronibus hanc ob cauſam fuerint inferiores, à Comitum tamen juriſdictione itidem exemti, & ideò NOBILES DOMINI, **Edle Herren**, vel LIBERI DOMINI, **Freyherren**, vocati : Sub NOBILIBUS tandem intelligit omnes Nobiles Landſaſſios. Aſt qui Styli Scriptorum & Diplomatum medii ævi vel leviter eſt gnarus, facilè obſervabit, Dn. LUDEWIG nil niſi meras hic docere contradictiones, dum conjungenda ſeparat, & ſeparanda conjungit. Conjungit Comites, Barones, & Ordinem Equeſtrem, dum unum eundemque cunctis aſſignat Ordinem originarium, quod falſiſſimum eſſe, *Sect.* 1. prolixè jam demonſtravimus : Separat verò BARONES à NOBILIBUS DOMINIS, hosque ideò illis inferiores fuiſſe arbitratur, quoniam illi, non hi, Subvaſallos habuiſſent, & quod miramur, ad hosce Nobiles Dominos etiam refert Dominos RUSSOS ; cum tamen ignorare non debuiſſe, Dominos RUSSOS

Reſpondetur enim (1) ad textum A. B.

Et rejectâ Dn Ludewig explicatione.

SOS, die Herren von Reüß, antea etiam quam in Comitum numerum eveherentur, nunquam non magnam habuiſſe, & hodienum habere, Curiam feudalem, multosque ex Ordine hodiernæ Nobilitatis Subvaſallos. Ut adeò vel uno hoc exemplo conſtet, nullam temporibus medii ævi inter Barones & Nobiles Dominos fuiſſe differentiam, ſed omnes ante Militem mercenarium, ex Ordine Equeſtri habuiſſe ſuos Vaſallos, Milites, Miniſteriales, Caſtrenſes, quorum opera in expeditionibus ſuſcipiendis & defendendis caſtris utebantur: Quinimò & tantum abeſt, ut vocabulum BARO majorem quandam indicaverit dignitatem, quam NOBILIS vel LIBER DOMINUS, ut potiùs poſt introductum in nonnullis Provinciis Comitum atque Baronum Landſaſſiatum, illi qui immediati permanſerunt, DOMINI, vel LIBERI DOMINI vocari maluerint, quam BARONES. Rejecto ergò poſteriori ſenſu, priorem rectiùs cum ipſis diſſentientibus amplectimur, aſſerentes vocabula PROCERES NOBILES hoc loco debere conjungi, atque unum eundemque indicare Ordinem; Quæſtio ſaltem in eo adhuc verſatur: Utrum per PROCERES NOBILES Ordo Equeſtris, an verò Electores, Principes, Comites & Barones, qui ſingulatim anteà erant enumerati, intelligantur? Diſſentientes priorem, nos poſteriorem amplectimur ſententiam, atque huic ſententiæ noſtræ ſequentes adjungimus rationes: (1) Formula hæc recapitulatoria admodum conſentanea eſt ſtylo Diplomatum medii ævi, ubi in ſubſcriptionibus teſtium, multi priùs ſingulatim enumerantur, & deinde vocabulum quoddam generale vel præponitur, vel poſtponitur, prout multa hujusmodi exempla videre licet apud *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 2. pag. 860. ſeqq.* & ipſa quoque A. B. hanc formulam haud ſemel obſervat, *v. g. tit. 1. §. 2. 4. 6. &c.*

Docetur per Proceres Nobiles ibidem non intelligi hodiernos Nobiles immediatos.

(2) Certo eſt certius, titulum NOBILIS vel NOBILIS VIRI, id temporis Ordini Equeſtri, adeoque Nobilitati Immediatæ, neque ab Imperatore, nec ab alio quoquam fuiſſe tributum, ſed ſolis Baronibus, Comitibus, quin & Ducibus nonnullis. Non poſſumus hæc meliùs probare, quam ſi ab ipſo Imperatore Carolo IV. teſtimonia proferamus. Ita enim ille in Reſcripto ad Hermannum Ducem Teccenſem de ann. 1361. apud *Dn. PFEFFING. cit. loc. pag. 861.* Wir Carl ---- entbieten dem Edlen Hertzog Hermann zu Oberndorff ꝛc. Idem in Diplomate de ann. 1365. apud *EUND. d. pag.* Wir Karl ---- bekennen ---- daß

Utpote quibus titulus NOBILIS tum neque competierat.

vor

vor unſir Kaiſerlichen Wirdigkeit geweſen iſt / der Edle Ludewig der Jünger, Graff zue Oetingen ---- und hat uns gebeten, daß wir dem Edlen Ulrich dem Jüngern Grafen zue Helffenſtain ꝛc. Idem in Diplomate ann. 1349. apud *Dn. LUDEWIG. Reliqq. Mſtor. tom. 2. pag. 307.* Wir Carl -- bekennen -- wann die Edlen Heinrich Graf zu Honſtein, Herr zu Sondershauſen / Günther und Heinrich Graffen zu Schwartzburg ꝛc Alia ejusdem tenoris Diplomata & ante & poſt Aur. Bul. à Pontificibus, Imperatoribus, aliisque data, vid. apud *Dn. AUTOR.* des gründl. Berichts vom Adel in Teutſchland *pag. 253. ſeqq.* ubi titulus NOBILIS VIR, NOBILIS, nulli niſi Comitibus & Dynaſtis tribuitur, Nobiles verò hodierni, quod exemplis *ibid. pag. 287. ſeqq.* adductis, patet, & aliis adhuc innumeris probari poſſet, ſaltem die Erbare, Veſte, vocantur. Quod ſi autem tituli NOBILIS, hodierna Nobilitas Immediata tum nondum fuit particeps, ſi ipſe Carolus IV. nulli infra Barones eundem attribuit, fruſtra ſane! in ſola A. B. ad Nobiles Immediatos applicatur. Obſtare quidem videtur ipſe textus *A. B. tit. 1. §. 2.* ubi ſecundum Editionem THULEMARIANAM, quam etiam *SCHILTER. Inſtit. jur. publ. tom. 2. tit. 18.* ſequitur, hæc verba leguntur: *Omnes quidem Principes & Comites, Barones, Nobiles, Milites & Clientes, NB.* ET *UNIVERSI NOBILES contrarium facientes, Reatum perjurii & Privationem omnium Feudorum ---- incurrant.* Ex quibus colligi poſſet, cum verba UNIVERSI NOBILES ad præcedentes Principes, Comites, Barones, Nobiles, Milites & Clientes reſpectum habeant, omnes etiam Nobiles, Milites & Clientes expreſsè hîc NOBILES vocari, adeoque contra clarum textum fruſtra diſputari: Verùm adeſt lectio varians, in hac enim editione legitur UNIVERSI NOBILES: In nonnullis UNIVERSI IGNOBILES: & in aliis UNIVERSI ſimpliciter: ac proinde ſub judice adhuc lis eſt, quænam alteri ſit præferenda? THULEMARII Editio litem ſola decidere nequit, utpote quæ teſte *Dn. LUDEWIG in præfat. tom. 2. comment. ad Aur. Bullam, §. 51.* ipſa multis adhuc mendis laborat. Si ipſum contextus ſenſum conſulimus, illa mihi præferenda videtur, quæ ſimpliciter ponit: UNIVERSI; THULEMARIANAM enim ideò non admitto, quoniam Vocabulum NOBILES ad omnes præcedentes, niſi abſurdè loqui velimus, applicari nequit, poſſum quidem dicere, NOBILIS PRINCEPS, NOBILIS COMES, NOBILIS BARO,

Quicquid etiam ex Editione Thulemariana objiciatur.

BARO, ſed non NOBILIS NOBILIS: Deinde etiam hæc lectio ipſi contrariatur textui, paulò enim ante leguntur verba: *Statuimus inſuper & mandamus univerſis aliis Principibus ---- nec non Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, NOBILIBUS ET IGNOBILIBUS, Civibus & Communitatibus Caſtrorum &c.* Quæ formula haud unâ vice repetitur in Aur. Bull. eaque indicatur, quosdam ex antea enumeratis fuiſſe Nobiles, quosdam Ignobiles, quod aſſerere Imperator non potuiſſet, ſi UNIVERSI fuiſſent NOBILES.

Neque præter Principes, Dynaſtas & Civitates, alii ad hac Comitia fuêre vocati.

Præter hæc (3) inde etiam maximum contra Nobiles Immediatos deſumitur argumentum, quod non ipſi, ſed PRINCIPES tantum, DOMINI & CIVITATES, Fürſten, Herren, und Stådte, ad Comitia Norica, & ferenda ibidem de condenda hac A. B. Suffragia, fuerint ab Imperatore vocati. Probamus id Literis ipſius Imperatoris Caroli IV. de ann. 1356. quibus Civitatem Argentinenſem ad hæc Comitia invitavit, apud *Dn. WENCKER. Apparat. Archiv. n. 35. pag. 106.* Lieben getreuen, wann wir ---- NB. **alle Fürſten/ Grafen/ und Herren** in Deütſchen Landen beſant haben, darzu wir auch **ewer Gegenwurtigkeit** ſunderlich bedürffen. Darum empfelhen wir ewern trewen, und wollen ouch ernſtlich, daß ir ze vollbringen ſulche ſachen aus ewerm und ewer Stat Rate mit vollem Gewalt und Macht ze tun und ze laſſen, **glich andern Stätten**/ was wir mit in umb gemeinen Nutz ze Rate werden, zu uns gein Nürmberg, uff Sant Merteyns Tag der ſchirſt kunfftig iſt ſenden wollet und ſullet unverzogenlichen, und an alles Hindernuſſe. Geben zu Prage ꝛc. Probamus etiam Literis Legatorum Argentinenſium ad hæc Comitia miſſorum, quas ad ſenatum dedêre, apud *Eund. Dn. WENCKER. cit. loc. pag. 207. & 208.* Ir ſollent wiſſen, daß der Kayſer kam an St. Katherinen Tag zu Nurenberg, und NB. **beſante Herrn und Stätte** für ſich, der vil do was, und redet mit den — das wil er alles zu Rate werden NB. **mit Fürſten/ mit Herren/ und mit Stätten** (en! nihil de Nobilitate Immediata) Andere mere wüſſen wir jetze nit, wenne er geſchen hat, daß er die **Herren und Stätte** ein vierzehen Tag bi ime behaben welle, lieber denne er ſi aber hienach beſamen müſſe. Ir ſollent ouch wiſſen, daß in vil Jaren ſo manig **Herre und Stätte** nie zuſamen kamen. Nulla in utrisque fit mentio Nobilitatis Immediatæ, der Ritter und Knechte, quibus verbis Stylus curiæ Nobiles Immediatos alias indicare ſolet, ſed tantùm der Fürſten, Herren, und Stådte;

Stätte; Hi, non illi, ab Imperatore ad Comitia vocabantur: Horum, non illorum, Suffragiis utebatur in condenda hac Lege pragmatica; Adeoque etiam his, non illis, inter ADSIDENTES & SUFFRAGANTES tribuendus eſt locus. Eadem etiam dicenda ſunt de Bulla Sigismundi Imperatoris, ubi præter Electores, Principes, Comites, Barones, mentio quoque fit NOBILIUM; Quamdiu enim non probatur, Nobiles Immediatos id temporis NOBIIUM nomine jam veniſſe, tamdiu etiam nihil inde ſolidi contra ſententiam noſtram proferetur. Ad SECUNDAM CLASSEM pertinent Conſtitutiones & Acta Comitialia, quæ reſtaurandam pacem publicam concernunt, atque hûc refero Conſtitutionem Rudolphi I. Imp. de an. 1287. apud *LEHMANN. Chron. Spirenſ. lib. 5. cap.* 108. Acta Comitialia de ann. 1431. ſub Imp. Sigismundo apud *SCHILTER. Inſt. jur. publ. tom. 2. pag. 3. ſeqq.* Reformationem Friderici III. Imp. de ann. 1442. in *COD. RECESS. Imp. pag. m.* 37. Conſtitutionem Maximiliani I. Imp. ann. 1495. de ſervanda pace publica latam, *ibid. pag.* 48. & alias hujusmodi, quæ ex LEHMANNO, DATTIO, aliisque facile adhuc afferri poſſent, in unum tamen omnes collineant, & vel PRÆSENTIAM, vel CONSILIUM Ordinis Equeſtris teſtantur; ſed & omnes parùm vel nihil obſtant, quo minùs in veteri permaneamus ſententia. Quod ſi enim turbulentiſſimum Imperii Germanici Statum poſt Interregnum, & maximè ſub Wenceslao, Sigismundo & Friderico III. Impp. conſideramus, facile apparebit ratio, quare Ordo Equeſtris ad reſtituendam Pacem publicam interdum etiam fuerit vocatus, & ad Deliberationes Comitiales admiſſus. Vexabatur Germania noſtra bellis inteſtinis, premebatur exteris. Hîc diſſidia Statuum Imperatori maximas creabant moleſtias: Illîc Huſſitæ Sigismundo, & Turcæ univerſo Imperio, injiciebant terrorem. Magnus hinc contra exteros comparandus erat Exercitus, qui in Regno diffidationibus, rapinis, latrociniis, pleno fruſtra quærebatur: Multi colligendi ſumtus, Statusve ad ineunda pro communi ſalute Conſilia ſibi invicem conciliandi; verùm & hic opera ſumebatur inanis, niſi tranquillitas publica eſſet reſtituta, diſſidiumque inter Cives ſublatum. Nihil ergò priùs habebant Imperatores, nihil antiquius, quam ut Germaniam, quibuscunque poſſent modis, redderent tranquillam, & violatores pacis publicæ, ſi non Autoritate Cæſarea, at fœderibus,

(2) ad Conſtitutiones de reſtauranda pace publica latas quæ quidem Ordinis Equeſtris meminerant;

Sed jus Suffragii non probant:

bus, pactis, quin & promiſſionibus de ſervanda tranquillitate jurejurando firmatis cohiberent. Et quum Nobilitas Immediata omnes iſtas turbas ad commodum ſuum haud parùm traduceret, neque Autoritate Imperatoris, & Legibus, quæ tum ferè ſilebant, usquequaque ſatis poſſet coërceri; Ideò & hæc, ut Sanctiones iſtæ ſaluberrimæ eò majorem ſortirentur effectum, ad negotia illa erat convocanda, & ut pacem æque obſervaret, vel in conſortium deliberationum iſtarum aſſumenda, vel juramentis ad obſequium obſtringenda. Hæc erat ratio, quare Nobilitas Immediata, cui aliàs cum Suffragiis Comitialibus nihil erat negotii, ad deliberationes iſtas de Pace publica inſtitutas interdum vocaretur; à quo tamen particulari negotio fruſtra petitur argumentum ad univerſum jus Suffragii. Docebimus id de ſingulis, quæ adduximus, locis, ut inde ad reliqua, ſi qua fortè occurrunt, eò faciliùs applicatio formari queat. In Pace publica ann. 1287. à Rudolpho I. Imp. condita, verba: Diſſir Satzunge dieſes Friedes, und dieſes Rechtes, ſol an allen Stätten werden behalten, und ſol man och darnach richten, wand ſi vor alter herkommen ſind, NB. **und mit Rechte/ und mit Gunſte/ und mit Rate der Fürſten geſetzet ſind;** ſatis indicant, inter ſuffragantes nullos fuiſſe præter PRINCIPES, quo nomine & Comites & Barones intelligi, vel ſola relatio ibidem ad Conſtitutionem Friderici II. facta, evincit: Quinam autem ad ſervandam hanc Pacem juratò ſe obſtrinxerint, docent verba ſequentia: Sich bindet aber zu dieſem male, zu dieſem Land-friede, mit Eiden nieman, wan von hinnen untz, zu Sant Johannes des Töffers Meſſe/ und von dannen über drw Jar; NB. deß hant **die Fürſten/ Frien/ Grafen. Dienſtmann** und gemeinlich des Riches getrewen und Holden, uf den Heiligen geſchworen. En! Ordinem Equeſtrem non quidem inter Suffragia ferentes, ſed jurejurando tantùm obſequium promittentes. In Actis Comitialibus de ann. 1431. belangend den Zugh wider die Huſſen, apud *SCHILTER. cit. loc.* initio quidem hæc verba leguntur: Geratſlaget von Unſe Herren den Kurfürſten, Fürſten, Graven, Herren, Rittern, Knechten iren Reten und der Stete Frunden die itzunt hie zu Eger ſind auf die Artickel yn Unſers allergnedigiſten Herren des Römiſchen Keiſers ꝛc. Briefe begriffen ---- zum erſten das alle Reuberuen und ander unbilliche Beſchedigunge geſtellet und undergedrucket werde. NB. **Jſt der obgenannten unſer Herren der Kurfürſten/**

Idque ſpeciatim docetur: de Pace publiba Rudolphi I.

Actis Comitialibus Sigismundi:

ſten/ Fürſten/ Herren und Stete Rad und Meynung ꝛc. ſed quis non videt, Ordinem Equeſtrem nudum ſaltem adhibuiſſe Conſilium; Quoties verò ad Suffragia ferenda perveniebant, quoties alter ab altero in Suffragiis dandis diſſidebat, quoties deliberata in quoddam Inſtrumentum erant redigenda, nulla ampliùs Ordinis Equeſtris in iisdem etiam comitiis præſentis fit mentio. Tuto provocare poſſumus ad eadem Acta Comitialia, & inprimis ad Inſtrumentum illud Pacis, *ibid. pag.* 22. ab Imp. Sigismundo confectum, ubi ſi quid prohibetur vel injungitur, omnes quidem des heiligen Richs Kurfürſten, Fürſten, Graven/ Herren, Ritter, Knechte, Stette: ſi verò de ſuffragantibus agitur, tantùm die Kurfürſten, Fürſten, Graven, Herren, und Stette, nominantur; Verba ipſius Imperatoris hæc ſunt: Und wir nu mit Rate unſer Kurfürſten/ auch ander Fürſten/ Graven/ Herren/ und Stette frunden, die yetz mit in guter Meynung by uns zu Nuremberg geweſen ſint angeſlagen haben/ uf diſen zukünfftigen Somer einen mehtigen Zug uf die vorgenannten Huſſen und Ketzer zu tunde ---- Und das nu derſelben Zug deſte treffenlicher und mercklicher geſcheen und zugeen, und auch alle und jegliche unſer und des heiligen Richs Kurfürſten/ Fürſten/ Graven/ Herren/ Ritter/ Knechte/ Stette/ und alle Chriſtenglaubige deſte gerücklicher und baß darzu gehelffen und gedienen mögent, So haben wir noch Rote der obgenanten unſer Kurfürſten/ Fürſten/ Graven/ Herren und Stette frunde mit wolbedachtem Mute und rechten wiſſen, dieſe harnoch geſchrieben geſetzte Ordnunge und Gebott gemacht ꝛc. Provocare etiam poſſumus ad Conventum ann. 1429. ab Imp. Sigismundo Poſonii inſtitutum, cujus acta exhibet Clariſſ. *Dn. WENCKER. in Apparat. Archiv. n.* 60. *pag.* 320. *ſeqq.* atque ad rem faciunt egregiè; Quippe ibi inter Conſilia dantes quidem die Kurfürſten, Fürſten, Graven, Herren, Ritterſchafft und Stette: Inter eos verò, quorum Suffragia requirebantur, qui in Suffragiis dandis diſſidebant, & quibus facultas erat, die Verzeigenuſſe und Nottel off den gemeinen Frieden, zu verbeſſern, kurtzen und lengern, abe und zu zuſetzen, ſaltem die Kurfürſten, Fürſten, Graven, Herren und Stette, referuntur. Confer. *RECESS. IMP. de ann.* 1460. 1466. 1467. *apud SCHILT. citat. loc. pag.* 106. 154. 176. 185. 208. 209. 236. 238. *& alibi paſſim.*

Inde autem eò facilior jam redditur reſponſio ad verba Reformationis Imp. Frid. III. de ann. 1442. Und darum durch Anbringen, *Reformatione Friderici III.*

D d

gen, auch mit Beywesen und Rath, unser und des H. Reichs Chur-fürsten und Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Grafen, Freyen, Herrn, **Ritter/ Knecht** und Städt, die wir dann durch sie selbst, oder ihr mächtige Sendbotten, darum insonderheit her zu uns kommen, gebotten und geheissen haben. Quanquam enim vocatio ad Comitia, comparitio, & conſilium, ex æquo hic tribuatur Electoribus, Principibus, Comitibus, Dynaſtis, EQUITIBUS, & Civitatibus, ex hactenus tamen dictis ſatis apparet, alium habuiſſe effectum PRÆSENTIAM & CONSILIUM Electorum, Principum, Comitum, Dynaſtarum, & Civitatum: alium Ordinis Equeſtris. Illi, quod Acta Comitialia jamjam allegata ſingulis ferè paginis docent, Suffragia ſua quâ Status ferebant, conceptis formulis addebant, detrahebant, & tandem concludebant; Hi verò, ſi aderant, conſilia ſaltem dabant, & obſequium promittebant. Nec urgeas, velim, vocationem tamen, comparitionem, & Conſilium, pariter hîc tribui Ordini Equeſtri ac Statibus, adeoque eundem debere effectum habere; Ad hæc enim reſpondeo: In eadem etiam Friderici III. Reformatione §. 9. dici, Reformationem Sigiſmundi factam eſſe, in Beywesen vieler Grafen / Freyen / Herren, **Ritterschafft / Stulherrn / Freygrafen / und Freyschöpffen** nemo tamen adhuc, quod quidem memini, ultimis hiſce, denen Stulherren, Freygrafen und Freyschöpffen, ideò Characterem Status & Suffragium quoddam Comitiale attribuere eſt auſus, quod ex æquo hîc præſentia ipſis tribuatur: Nudis ergò verbis non eſt inhærendum, ſed interpretatio ita formanda, prout cujuslibet ſtatus & conditio, nec non reliqua Acta Comitialia eam admittunt, & ne quod inde oriatur abſurdum. Ad Conſtitutionem tandem Maximiliani I. de ann. 1495. quod attinet, ibi quidem in fine dicitur: Hiebey sind gewesen ---- Churfürsten, Fürsten, und Bottschafften, Prälaten, Graffen, Herrn, **Ritterschafft** / und der Städt Gesandten in trefflicher Anzahl; Sed quum in procemio ejuſdem Conſtitutionis mentio ſaltem fiat Statuum, his verbis: Darum mit einmühtigem zeitigen Rath, der Ehrwürdigen, Hochgebornen, unsern lieben Neven, Oheymen, Churfürsten, Fürsten, Geistlichen und Weltlichen, Prälaten, Grafen, Herrn und Stand rc. omiſſo vocabulo der Ritterschafft; non etiam eſt neceſſe, ut huic loco, cum per ſe ſit clarus, diutiùs immoremur, hoc ſaltem monentes, quod cum Imperium Germanicum, reſtaurata ſub Impera-

Et Conſtitutione Maximiliani I.

pera-

peratore Maximiliano I. Pace publica, & conſtituto judicio Camerali, in Ordinem denuo redigeretur, nulla poſthæc amplius facta fuerit mentio Nobilitatis Immediatæ in Comitiis, clariſſimo argumento, Nobiles Immediatos, ſi qui fortè turbulentis iſtis temporibus ad Comitia fuerint vocati, Pacis ſaltem publicæ intuitu apparuiſſe, adeoque ob particulare iſtud negotium, quicquid etiam autoritatis ibidem habuerint, malè ipſis univerſale quoddam jus Suffragii attribui. Idque tamdiu habeo perſuaſiſſimum, donec mihi contra ea, quæ protuli, loca melioribus teſtimoniis probabitur, quod Nobiles Immediati non ſolum ad hoc, ſed ad omnia quoque reliqua negotia Comitialia, ut cæteri Imperii Status, fuerint, & quidem ſemper, vocati. TERTIÆ denique CLASSI adſcribo, quando Nobiles Immediati in Conventibus ſolennibus tanquam teſtes fuère adhibiti; Quo pertinent Acta Comitiorum Auguſtanorum de ann. 1275. ſub Rudolpho I. & Acta Depoſitionis Wenceslai de ann. 1400. De illis præter GEWOLDUM & LAMBECIUM, Diploma exhibet *HERTIUS de renovat. Imp. Germ. & Regn. Bohem. Nex. Sect. II.* §. 9. ubi Rudolphus I. Imp. ita: *Idemque noſter filius L. coram Nobis cunctisque Principibus, Prælatis, Baronibus, MILITIBUS & univerſo Populo, qui eidem Curiæ adſidebant, extitit publicè proteſtatus, quod &c.* Quo loco ſi quis probari autumat præſentiam MILITUM, ſive Ordinis Equeſtris, me non habebit contradicentem; At ſi ab hac præſentia ad jus Suffragii, & Characterem Status argumentari vellet, aliam proponeret quæſtionem, tam facilè ipſi non concedendam. Aliud enim procul dubio eſt, dicere: Ludovicus Palatinus Comes coram omnibus præſentibus publicè proteſtatus eſt, quod Frater ipſius Dux Henricus, olim Electioni inclyti Richardi Romanorum Regis interfuerit: Aliud, ergo omnes præſentes, coram quibus id eſt proteſtatus, fuère Status, & Votum & Seſſionem habuere in Comitiis. Tali enim modo non ſolum MILITES, ſed UNIVERSUS etiam POPULUS, qui Ordinem Equeſtrem hic ſequitur, adeoque omnes Plebeji & Homines viliſſimæ conditionis, Curiæ Imperatoris adſediſſent, & Votum atque Suffragium in iisdem Comitiis habuiſſent. Si quis autem nihilominus in ſua perſiſtere ſententia malit, is mihi priùs hanc quæſtionem reſolvat: Quare circa finem ejusdem Diplomatis ſaltem Principes, Prælati, ac Barones, non etiam Milites & univerſus Populus, iterùm enumerentur?

(3) ad Conventus ſolennes, quibus Nobiles adſuerunt, tanquam teſtes;

Ad quos referuntur Comitia Auguſtana de ann. 1275.

Et Acta Depoſitionis VVenceslai,

tur? De Wenceslai Depoſitione adeſt quidem Inſtrumentum ipſius Depoſitionis, factum in præſentia non ſolum multorum Principum, Comitum, Dynaſtarum, & Doctorum, ſed & **der Beſten Ritter Syfrids von Lindau ---- und ander vil Herren, Ritter / Knechte, Lüte Geiſtliche und Weltliche in groſſer und mercliche̊r Zale,** NB. **zu Gezügen zu den vorgenanten Dingen geheiſchen und gebetten;** ſed teſtatur ſaltem ipſos tanquam teſtes, **als Gezügen,** adfuiſſe, à quo tamen actu ad jus Suffragii argumentari non licet: Quin potius reliqua Acta Depoſitionis Wenceslai, quorum copiam nobis fecit Illuſtr. *OBRECHTI Apparatus jur. publ.* abundè teſtantur, Imperatorem Wenceslaum Electores ſaltem, Principes, Comites, Dynaſtas, & Civitates, non Nobilitatem Immediatam, ad Suffragia, quæ univerſam Imperii ſalutem concernunt, admiſiſſe; Ita enim Legati Wenceslai ad Status Francofurti congregatos: **Do tud uch unſer Herre der Römiſche Künig ſagen, und ouch bitten, das ir uch dieſer ſachen nit underſtet ußzurichtende, ane yn, wanne er der ein Houpt, als ein Römiſcher Künig iſt, wann er dieſe und andere Sachen, antreffende das heilige Rich, mit uwerme Rate und andern / des Riches Fürſten / Grafen / und Städte /** NB. **die darzu gehorent tun will;** vide hanc Orationem inſertam *cit. Apparat. jur. publ. pag.* 32. & in Articulis, quos *ibid. pag.* 15. & 16. iidem Legati Statibus propoſuerunt, expreſſis verbis iterum aſſeritur, nullos niſi Principes, Comites, Dynaſtas, & Civitates, excluſâ Nobilitate Immediatâ, ab Electoribus fuiſſe ad hunc Actum Depoſitionis convocatos; **Item ſo haben die Kurfürſten ſider one willen und wiſſen Unſers Herrn des Küniges die gemeinen Fürſten / Grafen / Herren und Stete in Dütſchen Landen gefordert gen Franckenford zukommende.** Alia loca, quæ paſſim in iisdem & aliis actis comitialibus occurrunt, lubens jam prætereo, quoniam ad ea jam reſpondit *Dn. DATTE de pace publ. lib. 6. cap.* 4. & 5.

Vigore hujus Characteris Status

§. V. Cum ergò hactenus abundè ſit evictum, Nobiles Immediatos neque ante Interregnum, nec poſt illud, neque olim, nec hodie, adeoque nunquam fuiſſe Status; Hinc dilucidè jam apparet, quam inſignis etiam inter ipſos & Comites Imperii ſit Differentia intuitu POTESTATIS. Diximus hanc Poteſtatem duas habere partes, alteram conſiſtere in CONSULTANDO, & verſari circa Negotia Conventuum Imperii: alteram

Poteſtas bifariam exercetur:

Digitized by Google

ram in IMPERANDO, & occupatam eſſe circa Regimen ſpecialis cujuslibet territorii; Illam vocari JUS SUFFRAGII, hanc SUPERIORITATEM TERRITORIALEM, utramque verò fluere ex Charactere Status, der Reichs-Standſchafft. De Jure Suffragii nemo fortè id in dubium vocabit, quoniam hoc ipſo, quo quis inter Status Imperii adſcribitur, id etiam formaliter agitur, ut facultatem habeat ſuffragandi in Comitiis; quomodo autem jus iſtud ad Comites Imperii & Nobiles Immediatos applicari queat, & quænam inde oriatur inter utrosque differentia, ſpecialius jam eſt commonſtrandum. Comites atque Barones Imperii, ex quo ſcilicet Status non amplius generali, ſed ſpecialibus edictis ad comitia vocari cœperunt, non per Directoria, uti nonnulli juris publici Doctores erroneè docent, ſed ſingulos hodienùm ad Comitia vocari, docebitur teſtimonio omni exceptione majori in *SUPPL. num.* 56. ipſisve ab antiquiſſimis etiam temporibus jus Suffragii competiiſſe in Comitiis, ex iis, quæ ſupra jam latiùs probavimus, conſtat, cum hac tamen differentia, quod Comites & Barones Imperii olim indiſtinctè adfuerint, hodiè verò per Curias in Comitiis appareant, Suffragiaque ſua ferant. Quando autem, & quas ob cauſas hæc mutatio contigerit, Comitesve ac Barones ſe ita Curiis includi fuerint paſſi, difficile admodum eſt dictu, difficilius demonſtratu. Equidem *COCCEJUS in jur. publ. prud. cap.* 20. §. 14. & 15. aſſerere non dubitat, ſicut Prælati minores Clerum, & Civitatum Legati Populum in Civitatibus, ita & Comites Populum in Pagis, cui tanquam Magiſtratus præfuiſſent, repræſentaſſe in Comitiis, indeque eveniſſe, ut Principes quidem viritim, Comites verò & Civitates, nec non Prælati curiatim Suffragia ſua ferant in Comitiis. Aſt ſupponit COCCEJUS, Populum habuiſſe jus Comitiorum, quod falſum eſſe ſupra docuimus; Deinde Comites tanquam nudos Magiſtratus conſiderat, cum tamen & hi fuerint Dynaſtæ & Territoriorum Domini ratione Allodiorum ſuorum; Tum etiam nihil de Baronibus, quosnam hi repræſentaverint, adjicit, quos itidem hodie videmus cum Comitibus Suffragia curiatim ferre; Et denique quod maximum eſt, nihil omninò probat, ſed iſtam repræſentationem, quam Hiſtoriæ & Leges Imperii tacent atque ignorant, ſaltem fingit, unde & hanc doctrinam meritò prouti alia ipſius figmenta rejicimus. Alii originem votorum virilium & curiatorum in diverſitate territoriorum ponunt, & opinantur, quo citiùs quis ſui juris

(1) CONSULTANDO, & dicitur jus Suffragii;

Quo Comites Imperii olim quidem indiſtinctè,

hodie verò curiatim,

non tamen ex repræſentatione Populi,

Neque ob diverſitatem territorio-

rum & quod ſerius ſe reddiderint ſui juris quam Principes,

ris ſe reddiderit nomenque Magiſtratus deleverit, eò majorem ipſum vim atque pondus accepiſſe in Comitiis, & quum Duces reliquique Principes potentiores terras ſuas priùs jure proprio adminiſtraſſent quam Comites, hinc illis votum virile, his ſaltem curiatum fuiſſe relictum, idque tractu temporis ſic abiiſſe in conſuetudinem, ut quamvis Comitum territoria poſt etiam creſcerent, votum tamen idem ſemper maneret. Verùm & hi primò fundamentum Voti comitialis ex Superioritate territoriali deducunt, quam ſententiam erroneam eſſe infra §. 7. probabimus; Deinde ſupponunt, Duces, Comites Palatinos, Marchiones & Landgravios Officia ſua & terras, quibus tanquam Magiſtratus præfuerunt, citiùs reddidiſſe hæreditarias, quam Comites, quod itidem non univerſaliter eſſe verum *Sect.* 1. jam annotavimus; Tum etiam Duces, Comites Palatinos, Marchiones, Landgravios, & Comites, tanquam nudos conſiderant Officiales, cum tamen omnes præter Officia ſua, Barones etiam fuerint ſive Dynaſtæ, magnaque habuerint Allodia; Et denique nullam totius doctrinæ hujus video neque connexionem, neque fundamentum: Ponamus enim, fundamentum Voti virilis arceſſendum eſſe ex diverſitate territoriorum, & eo tempore, quo quiſque nomen Magiſtratus deleverat, terrasque ſuas jure proprio adminiſtrare cœperat, inde profecto! ſequeretur, quamdiu quis provinciam, cui hactenus qua Magiſtratus præfuit, jure proprio nondum adminiſtravit, tamdiu etiam votum ſaltem habuit curiatum, non virile. Jam vero certiſſimis Hiſtoriæ teſtimoniis conſtat, Duces ſub Impp. Saxonicis Officia ſua nondum reddidiſſe hæreditaria, neque etiam id ſub Impp. Franconicis usquequaque in effectum deducere potuiſſe: Ergò Duces id temporis etiam habuerint votum curiatum, non virile, neceſſe eſt. Quinimò & hoc inde ſequeretur, quod Barones, ſive omnes ex Ordine Nobilium medii ævi, qui nulla Officia publica, ſed ſua ſaltem Allodia & terras hæreditarias poſſidebant, & tamen æquè ac Duces cæterique Officiales in Comitiis apparebant, Vota habuerint virilia, non curiata (nihil enim nomine Magiſtratus adminiſtrabant) adeoque majore, quam Duces, in Comitiis gaviſi fuiſſent autoritate. Neutram ergò ſententiam, meo quidem judicio, admittendam, ſed originem Votorum Comitum curiatorum fœtum eſſe temporis recentioris arbitror, tempus autem, ex quo Comites & Barones curiatim Suffragia ſua ferre cœperint, tam accuratè determinare, nemo adhuc eſt auſus, ne ipſe quidem

quidem *Dn.* LUNIG. **in der Einleitung zu dem** *Theſauro juris* **derer Grafen und Herren des H. R. Reichs** §. 10. *pag.* 70. ut ut inter omnes juris publici Doctores proximè omninò ad rem accedat. Quam ob cauſam ipſe Acta Comitiorum ſecul. XVI. & XVII. evolvi, perluſtravi omnes, quos habere poteram Receſſus in Diætis Comitum Wetteravicorum factos, **die Grafen-Tags-Receſſe**, ex iisque meam de Origine votorum curiatorum ſententiam eâ, quâ fieri poterat, brevitate expoſui in *Diſcurſu* **von denen Reichsgräfl.** *Votis curiatis*, **und deren urſprung**, quem vide in *SUPPLEM. Num.* 57. ſufficere poterit docuiſſe, Comites & Barones Imperii hodiè in quatuor dividi Scamna, Wetteravicum, Suevicum, Franconicum, & Weſtphalicum, ipſosque quatuor habere vota curiata in Comitiis Imperii univerſalibus, & quidem in Collegio Principum. Hinc etiam Comites & Barones Imperii ad Collegia ſuperiora referuntur, Legati ipſorum ſimultaneæ Re- & Correlationi in loco tertio huic actui deſtinato, **auf dem** Re- **und** Correlations-**Saal**, in Circulo Principum ſedentes adſunt, & ad omnes Deliberationes omniaque Negotia Comitialia admittuntur, quorum ipſi Principes ſunt participes; de quibus vide *INSTRUM. PAC. Art.* 8. §. 2. ibique *AUTOR. MEDITAT. lit. k. pag.* 892. & 893. Si Placitum Imperii Ordinum, **das Reichs-Gutachten**, de Negotiis Comitialibus conceptum, Cæſari vel Commiſſario ejus per Deputatos ex ſingulis Statuum Collegiis collectos, eſt exhibendum, Deputatis hisce ſemper etiam ex Comitum Claſſe aliquis eſt adjungendus, vid. *KULPIS. Diſſert. de Placit. Ord. Imper.* §. 22. confer. *AUTOR. Diſcurſ.* **vom gegenwärtigen Reichs-Tag** apud *SCHILTER. Inſtit. jur. publ. tom.* 2. *p.* 130. Oblatum ita à Statibus Placitum, confirmatumque à Cæſare, in Receſſum per Moguntinum refertur, prælegitur, examinatur, & ſubſcriptionibus denique ac Sigillis confirmatur. Et quemadmodum ſinguli Comites hodienum ab Imperatore ad comitia convocantur, ita in ſubſcriptionibus non ſolum quatuor Scamnorum, ſed ſingulorum quoque Comitum, qui vel ipſi, vel per Legatos adſunt Negotio, fit mentio, docentibus id multis Receſſibus Imperii recentioribus: Sigillandi vero mos talis obſervatur, ut funiculum duplicem infimæ parti pergameni transfixum Sigillum Cæſaris in ſuperiore parte conjungat, poſt cujus Sigillum, funiculus in duos dividitur, & à latere dextro, primum nomine Electorum Eccleſiaſticorum, ſecundum nomine Principum Eccleſiaſticorum,

(a) In Comitiis Univerſalibus, & quidem in Collegio Principum gaudent,

Exhibendo Placito Ordinum Imperii per Deputatos adſunt.

Receſſus Imperii ſubſcriptionibus ac ſigillis ſuis confirmant;

corum, tertium nomine Prælatorum, annectitur: A latere verò ſiniſtro, primum Sigillum unus ex Electoribus ſecularibus, ſecundum unus ex Principibus Secularibus, tertium unus ex Ordine Comitum, ſubjungit; Et ultimo loco Sigillum Civitatis Imperialis, in qua Comitia habentur, funiculos ambos iterum conjungit, vid. *VITRIAR. Inſtit. jur. publ. lib. 4. tit. 1. §. 96.* Aſt cum omnibus hisce Negotiis, ſummaque deliberandi, & deliberata confirmandi poteſtate, Nobilibus Immediatis nihil planè eſt negotii, cum enim non ſint Status, ſed ſubditi ſaltem Immediati, quos Imperator adſtrictiori & peculiari quodam Vinculo ſibi vindicat, non etiam eximiâ illâ Statuum Libertate gaudent, nullus ipſis in Comitiis univerſalibus inter Suffragantes eſt locus, ad nullas deliberationes Comitiales, ne eas quidem, quæ Pacem ac ſecuritatem publicam concernunt, hodiè admittuntur; Sed gloria ſaltem parendi ipſis cum cæteris Imperii ſubditis eſt relicta, ut obſervent & ſequantur ea, quæ in Comitiis à Cæſare & Statibus ſunt concluſa atque ſancita, niſi fortè in uno vel altero Libertatem atque Immunitatem privilegiis docere queant.

Nobiles autem Immediati ab omnibus hisce ſunt excluſi.

§. VI. Præter Comitia hæc Univerſalia dantur etiam Conventus Imperii particulares, ad quos referendi: (1) DEPUTATIONES COMITIORUM EXTRAORDINARIÆ, ubi ſcilicet certi extra Ordinem Deputati ex ſingulis Collegiis, qui vocantur des Reichs Auſſchuß conſtituuntur, ut ſi vel nimia occurrant negotia, vel alia melius à paucis poſſint examinari, conventus inſtituant, negotia propoſita examinent, & quid ſibi videatur, Ihr Gutachten, Moguntino exhibeant, qui illud cum reliquis Statibus communicat, & ſi ab iisdem approbatum, vim habet Concluſi Imperialis. Sæpiùs etiam, ubi exterorum Legatorum propoſitiones audiendæ, vel Literæ ad Cæſarem & exteros Principes exarandæ, iisdem Deputatis id relinquitur expediendum. vid. *Dn. STRUVE Syntagm. jur. publ. Diſſ. 22. §. 35.* In his autem Deputationibus Comitiorum extraordinariis, & Comites ſibi locum vindicare, non ſolum *AUCTOR* **der gründlichen Vorſtellung** apud *Dn. LUNIG Theſaur. jur. Comit. part. 3. cap. 16. num. 4. pag. 789.* evidentiſſimis argumentis commonſtrat, ſed & tot exempla apud *AUTOR. MEDITAT. ad I. P. Specim. 5. Mantiſſ. 1.* abundè teſtantur, adeò ut non facilè ſe præteriri patiantur, prout notabile exemplum de ann. 1663. meminit *cit. Mantiſſ. pag. 36.* his verbis: Gleich wie auch die Schwäbiſche Grafen dem Collegio über ihr Jus zu

(b) in Comitiis Particularibus; ad quos referendi: Deputationes Comitiorum extra ordinaria.

Ubi & Comites ſibi locum vindicant:

Digitized by Google

zu richten nicht geſtattet, ſondern als Oeſterreich einen Schluß gemacht, daß dem Bono publico zum beſten Sie, Grafen, dißmalen zuruck bleiben müßten, darwider offentlich proteſtiret und declariret, ſie würden ſich de facto adjungiren. Dergleichen auch die Wetterauiſche Grafen gethan, wie dann auch hernach beede ſich de facto adjungiret haben. (2) CONVENTUS DEPUTATORUM IMPERII EXTRA-COMITIALES, Reichs-Deputations-Täge, qui iterum ſunt vel ordinarii, vel extra-ordinarii. ORDINARII, ubi Commiſſarii Imp. Electorum & certorum Deputatorum Imperii, in cauſis publicam potiſſimum concernentibus utilitatem, conveniunt & deliberant, vocantur hi Deputati Ordinarii, des Reichs deputirte Stände, quos inter & Comites duos habent Deputatos, Comitem nempe Fürſtenbergium & unum Evangelicum ex Curia Wetteravicorum, vid. *RECESS. Imp. Noviſſ.* §. 194. nec non Schema apud *AUTOR. MEDITAT. ad I. P. art.* 5. §. 51. *pag.* 744. EXTRA-ORDINARII diverſas ob cauſas inſtituuntur, v. g. ſi cum exteris nomine Imperii controverſiæ terminandæ, pax ineunda, Viſitatio Cameræ inſtituenda &c. Et tales iterum Deputati non ſolum ex Electoribus, Principibus, Prælatis, & Civitatibus, ſed Comitibus etiam deſumi, præter nuperrimam Cameræ Imp. Viſitationem, inprimis etiam Acta Pacis Ryswicenſis, ſuis id comprobant exemplis; Definitis enim hujus Pacis præliminaribus, Imperator Statibus de negotio Pacis in Comitiis denuntiavit, quo facto, deliberatio de Adlegatione in Belgium adornanda facta, decretumque fuit, ut quatuor ex Electoribus, quatuor & viginti ex Principibus, quos inter Deputatus Comitum Wetteravicorum, & quatuor ex Civitatibus Adlegationis munera obirent, vid. *STRUVE S. I. P. Diſſ.* 23. §. 23. quo ſimul exemplo docemur, Comites etiam ad inſtar reliquorum Statuum in Negotiis hujusmodi gaudere Jure adlegandi. (3) CONVENTUS CIRCULARES, Crayß-Täge; Quando Status unius Circuli convocati per Principes convocantes, die Crayß-ausſchreibende Fürſten, ad deliberandum de ſervanda Pace publica, Circuli defenſione, & Statu militari, der Crayß-Verfaſſung, Conſtitutione Officialium Circuli, cauſis matricularibus, monetalibus, aliisque quæ Circuli Politiam concernunt, conveniunt. Ad quos Conventus Comites etiam atque Barones Imperii vocari, docet *RECESS. IMP. de ann.* 1532. *tit.* Ringerung der Anſchläg betr. §. 2. Es ſoll auch der Oberſt eines jeden Krayß den andern Prälaten, Grafen, und Städten, in demſelben

Conventus Deputatorum extra-Comitiales; quos inter Comites iterum ſuos habent Deputatos.

Conventus Circulares; In quibus Comites vota habent virilia.

ſelben Krayß begriffen, den angeſetzten und fürgenommenen Tag anzeigen und zu erkennen geben, damit ein jeder deß Wiſſens haben, und auf demſelben Tag ſeine nothdurfft fürbringen möge. Idque eò magis, cum non ſolum ſingulæ Comitum atque Baronum familiæ in Conventibus hisce Circularibus, pariter ac ſummi ejusdem Circuli Status, Vota habeant virilia, ſed præterea in Circulo quoque Suevico aliisve, tot ſibi attribuant Vota virilia, quot ex ſingulis familiis proprio utuntur Regimine, ſo viel regierende Herren in einem jeden Hauſe ſind, docentibus id Literis Comitum atque Baronum Circuli Franconici ad Imperatorem de ann. 1582. apud *LIMNÆUM tom. 1. Addition. ad lib. 9. de jur. publ. cap. 1. n. 242. pag. 431.* Daß auch nicht allein im Schwäbiſchen, ſondern in andern Krayſen mehr, als Rheiniſchen, Weſtphäliſchen, und faſt durchaus im Heiligen Römiſchen Reich, auf Crayß-Verſammlung, ein jeder regierender Graf ſeine ſonderbare Stimm hat, und gebrauche, darüber könten Ew. Majeſtät, wol ſchrifftliche Schein und Urkund exhibirt und fürgelegt werden.

Conventus Comitum particulares:

(4) Quemadmodum Status Imperii ſecundum diverſas Claſſes ſua inſtituunt Comitia particularia, & Electores quidem die Churfürſten-Täge, Principes die Fürſten-Täge: Ita etiam Comites ſuos habent Conventus, dictos die Grafen-Täge, eosdemque vel generales omnium ſcil. Collegiorum, vel particulares, certi ſaltem Collegii, in quibus non ſolum cauſæ particulares de Statu, Prærogativis, & ſalute Illuſtriſſimi Comitum Ordinis in conſultationem veniunt; ſed præconſultationes quoque, qua ratione in Comitiis univerſalibus ſe gerant, capiuntur, aliaque Negotia publica, ſalutem univerſi Imperii concernentia, tractantur.

Nobilibus verò Immediatis cum omnibus hisce nihil iterum eſt negotii.

At hæc omnia, quæ de Conventibus Imperii particularibus diſſeruimus, nihil iterùm omninò ad Nobiles Immediatos ſpectant, nullus ipſis in Conventibus hujusmodi particularibus eſt locus, ad nullas, quæ ibidem inſtituuntur, deliberationes admittuntur; Et quanquam ſuos etiam habeant Conventus peculiares, die Ritter-Täge, hi tamen ad illos ne comparandi quidem ſunt, quoniam nulla in Diætis hisce Nobilium negotia in deliberationem veniunt, niſi quæ vel generaliter ſtatum ac intereſſe omnium Nobilium Immediatorum, vel in ſpecie hujus vel illius loci ſive diſtrictus neceſſitates directò vel per conſequentiam concernunt, vid. Generoſ. *Dn. PHILIPP. FRID. de BERCKHEIM. Diſſert. de Comitiis Nobilium cap. 9.* Adeoque vel inde iterum apparet, quam inſignis etiam ratione POTESTA-

TIS

TIS CONSULTANDI ſit differentia inter S. R. I. Comites & Nobiles Immediatos; & quam præcipua in Comitiis cum univerſalibus, tum particularibus Imperii, Illuſtriſſimi Comitum Ordinis habeatur ratio; Ut enim taceam, Comites in Conventibus Circularibus gaudere Votis virilibus, in Comitiis etiam univerſalibus, licet vota ſaltem curiata ibidem habeant, tanti tamen æſtimantur, ut in Deputationibus aliisque actibus, quibus ſinguli ex Collegio Principum adeſſe nequeunt, præter Principes quosdam ad hæc negotia ſelectos, ſemper etiam unus vel plures ex Ordine Comitum, præteritis reliquis Principibus, ſint adjungendi. Quæ ſi majore, quà eum decuiſſet, modeſtiâ, & minori erga Illuſtriſſimum Comitum Ordinem odio, perpendiſſet *BURGERMEISTERUS*, procul dubio non ſcripſiſſet fronte adeo inverecundâ **im Grafen- und Ritter-Saal** *part. 3. cap. 38. n. 6.* **Daß die Grafen unter den Reichs-Ständen mit ihren vier** Votis Curiatis **nicht ſondere Figur machen können.** Alitèr omninò, atque honorificentiùs de votis hisce curiatis ſentire Status Imperii, teſtantur literæ, à Legatis Electorum atque Principum Evangelicorum ad Collegium Wetteravicum ann. 1678. miſſæ, quas lege in *SUPPLEM. num. 58.* Et hæc de *Jure Suffragii,* ceu priore parte Poteſtatis, quæ derivatur ex Charactere Status.

§. VII. Altera eſt SUPERIORITAS TERRITORIALIS, quæ itidem ex ſolo deducitur Charactere Status, & propria affectio atque eſſentiale conſecutivum Statuum Imperii haud immeritò vocatur à Dd. Jurispublici, ita ut poſita vel negata Qualitate Status, ponatur vel negetur Superioritas territorialis, & vice verſa. Rationem haud difficulter ex antiquitate ſecundum Originem & incrementa Superioritatis territorialis deducere poſſemus, ſi prolixum conſcribere Tractatum nobis eſſet animus: Verum anguſti Diſſertationis limites, propiùs ad rem ipſam ſtatim accedere nos jubent. Scilicet cùm certius ſit certo, Jus iſtud Superioritatis per temporum ſpiramenta creviſſe, & Pace tandem Weſtphalicâ maximum accepiſſe complementum; Non etiam meliùs, quam ex ipſa hac Lege pragmatica firmare poſſumus ſententiam noſtram. Ita autem *INSTRUM. PACIS art.* 8. §. 1. *Ut autem proviſum ſit, ne poſthac in Statu publico controverſiæ ſuboriantur, OMNES ET SINGULI ELECTORES, PRINCIPES, ET STATUS IMPERII ROMANI in antiquis ſuis juribus, Prærogativis, Libertate, Privilegiis, LIBERO JURIS TERRITORIALIS TAM IN ECCLESIASTICIS*

(II) IMPERANDO, & vocatur Superioritas territorialis;

Quæ in LL. Imp. nemini niſi Statibus tribuitur.

QUAM POLITICIS EXERCITIO, Ditionibus, Regalibus, horumque omnium poſſeſſione, vigore hujus tranſactionis ita ſtabiliti firmatique ſunto, ut à nullo unquam ſub quocunque prætextu de facto turbari poſſint vel debeant. Et quinam ſub Vocabulo STATUS hîc comprehendantur, docet connexio §phi proximè ſequentis: *Gaudeant* (ſcil. illi quos §. præced. meminerat) *ſine contradictione JURE SUFFRAGII in omnibus Deliberationibus ſuper negotiis Imperii &c.* Videmus hîc ſub STATIBUS nullos intelligi, niſi qui gaudent JURE SUFFRAGII in Comitiis: Videmus, jus iſtud Suffragii & jus territoriale arctiſſimo conjungi vinculo, ac de iiſdem ſaltem perſonis deprædicari: Videmus etiam, nullis niſi Statibus tribui jus territoriale; Et quum omnia iſthæc verba ſint clariſſima, firmiſſimam etiam inde formare poſſumus Regulam, non ſolum affirmativè: *Quicunque eſt Status Imperii, & jure Suffragii gaudet in Comitiis, illi etiam competit Superioritas territorialis*; Sed & negative: *Quicunque non eſt Status, non habet Superioritatem territorialem.* Atque hæc Superioritas territorialis adeò annexa eſt Characteri Status, ut hoc ipſo, quo quis creatus eſt Status, conceſſa quoque Ipſi intelligatur Superioritas territorialis, utut fortè id literis expreſsè dictum non fuerit; Quam conceſſionem tacitam appellat *AUTOR MEDITAT. ad Inſtr. Pac. Specim. 4. Mantiſſ. 1. de Superiorit. territ. §. 13.* dum ait: *Adſcriptio inter Status Imperii etſi vi ſua jura territorialia non tribuat: Non enim hoc actu formaliter id agitur, ſed ut quis facultatem habeat ſuffragandi in Comitiis, tamen cum Status omnes eo jure in territoriis ſuis uti poſſint, dicendum videtur, dum quis creatus eſt Status, conceſſum quoque intelligi Jus territorii, etſi forte illud expreſsè Literis dictum non fuiſſet. Qua ratione hanc Conceſſionem tacitam appellare licebit.*

Ac proinde neque ex ſola Immedietate Superioritas:

Aliter quidem haud parùm rationes ſubducere video nonnullos Jurispublici Dd. ſtatuentes: Ex Immedietate Superioritatem territorialem, atque ex hac demum jus Suffragii eſſe derivandum. Verum enim vero, utut de priori non diffiteamur, Immedietatem omninò præcedere debere, antequam aliquis in numerum Statuum cooptari & Superioritatem territ. obtinere queat, ideò tamen pro fundamento adæquato eam nondum agnoſcimus, ſiquidem & territorium præcedere debet immediatum, vid. *CAPITULAT. CAROLIN. Art. 1.* conf. *R. I. noviſſ. §. 197.* at neque ex Immedietate, neque è Territorio immediato ſtatim producitur Superioritas territorialis, niſi etiam acceſſerit Character Status. Ponamus: Principem Landſaſſium ſuum in Immedietatem dimittere, eique omnia conce-

concedere jura, quæ ipſe antea vi Superioritatis territorialis ibidem exercuit, is quidem Immediatus erit, juraque Principis ſui habebit, ſed hæc non amplius erunt Superioritatis, niſi etiam novus iſte Immediatus Qualitatem Status conſequatur, & in numerum Statuum recipiatur; Alias enim ſequeretur, quod vel Princeps ei Superioritatem territorialem conferre, vel ipſe ſibi eam attribuere poſſet, quem tamen ab auſpiciis ſuperioribus dependere ſcimus, vid. *AUTOR. MEDIT. ad I. P. cit. loc.* §. 19. Deinde ſi ex ſola Immedietate derivanda eſſet Superioritas territorialis, ſequeretur, eam nec PAGIS IMMEDIATIS, quos paſſim in Germania videmus, poſſe denegari, quod tamen juſto eſſet humilius ſentire de ſublimi hoc Territorii jure Majeſtati analogo: Denique etiam hæc ſententia apertè repugnare videtur expreſſo, quem jamjam allegavimus, textui Inſtrumenti Pacis, quippe ibidem non omnibus Immediatis, ſed ſolis tantùm Statibus, qui jure Suffragii gaudent in Comitiis, firmatur ſublime illud jus territoriale, adeoque noſtrum non eſt, quod Statibus tantùm tribuitur, ad reliquos etiam extendere Immediatos. Ad firmandam poſteriorem ſententiam, quod ſcil. ex Superioritate derivandum ſit jus Suffragii, *TITIUS Specim. jur. publ. lib. 3. cap. 1. §§. 27. 31. & 32.* varia profert, & totam denique doctrinam ſuam in *Vind. Vitriar. caſtigat.* §. 126. verbis hiſce includit: *Temporibus Carolingorum Duces & Comites, in provinciis conceſſis fuêre MAGISTRATUS, ergò Votum eorum Comitiale tum fuit ſaltem CONSULTATIVUM, ſed temporibus Ottonum & ſequentibus, Territoria PROPRIO JURE regere cœperunt, tum igitur ex JURE MAGISTRATUS fieri cœpit SUPERIORITAS TERRITORIALIS, & Votum CONSULTATIVUM mutari quoque cœpit in DECISIVUM. Interim iſta omnia hactenus valdè erant dubia ac controverſa, donec præcipuè Inſtrumento Pacis definirentur.* Sed nec hæc ſententiam noſtram multum infringere poſſunt; Nam (1) falſum eſt, Votum Comitiale temporibus Carolingorum unicè fundatum fuiſſe in Officiis, cum Duces & Comites non nudi fuerint Magiſtratus, ſed etiam Dynaſtæ, & præter ipſos alii quoque Nobiles iſtius temporis, ſive Barones, nullis planè Officiis præfecti, apparuerint in Comitiis: (2) Falſum eſt, Duces & Comites Ottonum temporibus Provincias ſibi commiſſas jam proprio jure regere cœpiſſe, cum Officia iſthæc quod ſupra latè jam evicimus, id temporis à nudo adhuc dependerent Cæſaris arbitrio: (3) Hæc planè non cohærent: Duces & Comites poſt Carolingos territoria proprio

neque ex Superioritate demum jus Suffragii cum TITIO derivandum;

Cui reſpondetur,

Digitized by Google

jure regere cœperunt, ergò tum ex jure Magiſtratus fieri cœpit Superioritas territorialis, votumque conſultativum mutari quoque cœpit in deciſivum, & tamen omnia iſta adhuc valdè erant dubia. Non ſolum enim eodem modo argumentari poſſem: Barones ſive Dynaſtæ jam Carolingorum temporibus Terras & Allodia ſua proprio jure rexerunt, ergò id temporis jam habuerunt Superioritatem territorialem, & inde ſecundum hypotheſin TITII profluens votum deciſivum; Sed præterea quoque quærere mihi liceret: Utrum mutatio hæc facta tum fuerit in totum, an ſaltem pro parte? Si priùs affirmaveris, ſequitur, quamprimum Duces & Comites provincias iſtas proprio jure regere cœperint, hoc ipſo etiam ipſis totam competiiſſe Superioritatem territorialem, totum jus Suffragii deciſivi, idque non amplius fuiſſe dubium, neque ad Inſtrumentum usque Pacis incertum, cum ad minimum de temporibus poſt Interregnum conſtet, Duces & Comites tum Officia ſua indubiè jam reddidiſſe hæreditaria; Sin poſterius, & votum deciſivum gradibus ac incrementis Superioritatis territorialis præcisè metiri velis, concedas neceſſe eſt, quoties pars aliqua Superioritati acceſſerit, toties etiam partem quandam deciſivam, ut ita loquar, acceſſiſſe voto Comitiali, adeoque vota Statuum Comitialia modò multis partibus conſultativis & paucis deciſivis, jam multis deciſivis & paucis conſultativis, fuiſſe compoſita; At tale monſtrum voti Comitialis Hiſtoria Comitiorum & Leges Imperii ignorant. Nihil ergò eſt, ut tantis ſubtilitatibus, tantisque anfractibus præter neceſſitatem nos intricemus, cum recta ac ſimplex pateat via. Scilicet Reſpublica Germanorum nunquam fuit abſolutè ac merè Monarchica, nunquàm Ordines Imperii, id eſt Nobiles veteres, Dominio unius ita ſe ſimpliciter ſubjecerunt, ut omni planè obſequio imperata ipſius facerent, ſed per omnem temporis decurſum, quod frequentiſſima illa Comitia ſatis indicant, ſemper aliquid de ſumma Poteſtate participarunt, ſemper aliquid habuerunt autoritatis in Comitiis, utut hæc ipſorum autoritas varias experta fuerit mutationes & viciſſitudines, varia incrementa & decrementa, prout autoritas & potentia ipſius ſummi Imperantis vel increvit vel decrevit; Sic v. g. ſub Carolo M. procul dubio non tanta fuit Statuum autoritas, quam ſub Ludovico Pio, hujusque Poſteris; Sub Ottone M. non tanta, quam fortè ſub Henrico Sancto: Sub Conrado Salico & Henrico III. non tanta, quam ſub Henricis IV. & V. Sub Friderico Barbaroſſa non tanta, quam

Et fundamentum Voti Comitialis ex Statuum Libertate, hujusve incrementis, deducitur.

quam ſub Philippo Suevo & Friderico II. Adeoque vel inde redditur manifeſtum, autoritatem, quâ Status Imperii in Comitiis valuerunt, non præcisè ad certum quoddam tempus poſſe adſtringi, neque de ea ſub Carolinis ſimpliciter & indiſtinctè Votum conſultativum, de poſterioribus verò deciſivum rectè prædicari; cum jam antè & ſub Carolingis, Status talia interdum ſibi attribuerint in Comitiis, quæ nemo facile votis ſaltem conſultativis eſt adſcripturus, vide teſtimonia apud *CONRING. de negot. Convent. Imp.* §. 20. ibique notabilem de Carolo Calvo AIMOINI Locum: *Regni Primores indignati, quia quibusdam honores dederat SINE ILLORUM CONSENSU, & ob id adverſum ipſum conſpirarunt, & Conventum ſuum in Villam Vitmariam conduxerunt.* Confer. *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. 1. pag.* 226. ubi ſententiam noſtram multis à Merovingis ad Henricum usque Aucupem exemplis firmat, additque egregiè: *Subſequenti tempore, nactos Status laxiorem modo Poteſtatem, modo reſtrictiorem, ex habitu Rei Imperatoriæ, quatenus ſcilicet Imperatorum Potentia comparata fuerit, Hiſtoria coæva teſtantur*: Redditur etiam inde manifeſtum, in ſolo jure territoriali jus Suffragii deciſivi nequaquam eſſe quærendum, aderant potiùs aliæ cauſæ, turbæ ſcil. Anticæſarum, diſſenſiones & rebelliones filiorum, anathemata Paparum, fœdera Statuum inter ſe inita, & quæ ſunt id genus alia, quæ ſingula Statibus autoritatem & in Comitiis, & domi conciliaverant, Imperatorum verò potentiam atque autoritatem mirum in modum labefecerant: Hæc priùs erat labefactanda, & in anguſtum quaſi Orbem contrahenda, majorque Statibus autoritas in Comitiis acquirenda, antequam ſibi domi multa arrogare potuerint; Adeoque fundamentum Voti deciſivi nonniſi præpoſterè ponitur in jure territoriali. Nec obſtat, quod tamen hodie in Comitiis potiſſimùm reſpiciatur ad territoria & ditiones, harumque intuitu ab uno interdum Statu diverſa dentur Vota; Reſp. enim, ſingulos Status olim ſingula tantum habuiſſe Vota, quotquot etiam poſſederint Provincias, paucis verò abhinc temporibus invaluiſſe, ut de ſingulis provinciis ſingularia etiam dicerentur Vota, cujus uſus primordia in med. demum Seculi XVI. quærit, eumque tempore Pacis Weſtphalicæ nondum adeò fuiſſe frequentem teſtatur *Dn.* *..UVE S. I. P. Differt.* 22. §. 24. Tantùm ergò abeſt, ut mos .ecentior applicari queat ad tempora antiquiora, ut potius ex .em meliori nobis argumentari liceat fundamento: Si olim in ferendis

Ut hodie vota plerumque ſecundum Provincias numerari ſoleant.

ferendis Suffragiis nullus habitus eſt reſpectus ad diverſitatem provinciarum, ſi etiam hodie adhuc reſpectus iſte, ut vel uno exemplo Domus Auſtriacæ docemur, non usquequaque obſervatur; Fruſtra quoque fundamentum Voti Comitialis deciſivi quæritur in Territoriis. E contrario cum ſoli olim Status (quo nomine omnes ex Ordine Nobilium veterum intelligo) ad ferenda Suffragia apparerent in Comitiis, & feudis Vexilli, Poteſtateve Gladii, ceu primo ac præcipuo Superioritatis territorialis fundamento, gauderent, uti id *Sect.* 1. per ſeriem temporum deduximus: Cum etiam ſolis tantum Statibus & jus Suffragii deciſivi, & Superioritatis territorialis, quæ progreſſu temporis in hodiernum tandem coaluit Complexum, confirmatum ſit per *INSTRUMENT. PACIS Art.* 8. §. 1. *&* 2. Manifeſtum, credo, jam erit, utrumque etiam ex ſolo Charactere Status, & Libertate illa Statuum eximia, eſſe derivandum.

Hæc ergò Superioritas territorialis Comitibus indubiè competit, æquè ac Principibus,

§. VIII. Præmiſſis autem hisce, ſua jam ſponte conſequitur, quod Comitibus & Baronibus Imperii, utpote qui olim fuere Status, & hodiè adhuc inter Status haud infimum obtinent locum, citra omne quoque dubium competat SUPERIORITAS TERRITORIALIS, quam etiam nullus ipſis hactenus denegare eſt auſus. COCCEJUS quidem, ſicut multa aliàs juri publico intrudere conatus eſt figmenta, ita etiam in ſua *Jur. publ. prud. cap.* 14. §. 5. 6. *& alibi paſſim*, differentiam quandam ratione MODI HABENDI fingere non dubitavit, inter Superioritatem territorialem Principum & Comitum Imperii; Illam, ait, Principes habere jure proprio, hanc verò Comites exercere nomine tantùm alieno, & tanquam Procuratores in rem ſuam. Verùm argumenta ipſius ficulnea ex indole Superioritatis territorialis, Legibus fundamentalibus, & obſervantia Imperii, ſolidè jam ſunt deſtructa in *Diſſertat. de Superiorit. territorial. Comitum Imper. Sect.* 2 *&* 3. quam ſub *Conſultiſſ. Dn.* BOECLERO ann. 1710. publicè heic locorum ventilandam ſuſcepit *Dn. JOH. TOB. MEEL*; adeoque his etiam figmentis diutius non immoramur, quin potius COCCEJANA ſaniorem & Legibus ac Obſervantiæ Imperii magis conſentaneam amplectimur ſententiam *AUTORIS MEDITAT. ad I. P. Mantiſſ. de Superiorit. territ.* §. 17. dicentis: *Voces illas,* Land-Fürſtliche hohe Obrigkeit, *&* Lands-Obrigkeit, *ſive* Lands-Hoheit, *non ſubſtantia & rebus ipſis differre, ſed ſaltem à Subjecto perſonali adjunctam accipere denominationem. Pro Superioritate enim territoriali utrinque uſurpantur, ſaltem verò, dum hæc Principi competit, inde adjectam*

etiam ratione modi habendi:

appella-

appellationem ſortiuntur. Errant igitur, qui voce Lands-Fürſtliche Obrigkeit, *plus juris aut poteſtatis in Regionem intelligunt, quam Comiti aut Civitati nomen illud confert*: Die Gräffliche oder Stättliche Lands Hoheit. *Æquè certè, ac Comes pari jure cum Principe eſt Status Imperii. Etſi hic ſit* ein Fürſtlicher Stand, *ille* ein Gräfflicher. De Nobilibus verò immediatis aliud planè dicendum videtur, quoniam, an habeant Superioritatem territorialem, quæſtio eſt inter Dd. quam maximè adhuc controverſa. Nos ante omnia triplicem Nobilium Immediatorum conditionem accuratè ſeparandam arbitramur; Alii enim controverſiam ſtatus, utrum Immediatis accenſendi ſint, nec ne? adhuc patiuntur: Alii ratione perſonæ quidem ſunt Immediati, nulla tamen Bona habent immediata, de quibus vid. *HUGO de Stat. Region. German. cap.* 5. §. 6. Alii denique & Immediati ſunt, & bona poſſident immediata. Duobus prioribus ipſe aliàs diſſentiens *HERTIUS de Special. Rebuspubl. Sect.* 1. §. 8. Superioritatem territorialem tribuere non audet, ſed tantùm ultimis, qui ſcil. Immediati ſunt, & Bona habent immediatè Imperio ſubjecta. Verum ſicut non diffiteor, Nobiles Immediatos eximia ab Imperatoribus recentioribus obtinuiſſe Privilegia, multaque exercere jura in ſuis terris, quæ ipſis in dubium vocare nec poſſum, nec volo; Ita tamen his non obſtantibus aſſerere non dubito, iis etiam qui Immediati ſunt, & bona habent Immediata, Superioritatem territorialem non competere, ſed quicquid habent Jurium territorialium, ipſos non vi Superioritatis, ſed ſpecialium privilegiorum exercere, idque ſequentes ob rationes: Primò namque Nobiles Immediati neque olim, neque hodiè, adeoque nunquam fuerunt Status, nullis autem niſi Statibus Superioritatem territorialem tribui in Legibus Imperii fundamentalibus, §. *præced.* jam evicimus, quamobrem *Inſtrum. Pacis art.* 8. §. 1. ubi liberum juris territorialis tam in Eccleſiaſticis quam Politicis exercitium confirmatur, unicè tantùm Statuum facit mentionem, non etiam Nobilitatis Immediatæ, neque hanc ibidem ſub Statuum appellatione contineri, ex relatione §. 2. *Gaudeant*, ad priorem, conſtat. Deinde etiam poſt Pacem Weſtphalicam talium adhuc jurium privilegia petierunt ab Imperatoribus, quæ tamen Status vi Superioritatis territorialis ſibi optimo Jure vindicant. Uno id confirmabimus exemplo: Comitibus Imperii cæterisque Statibus ſine dubio competit jus erigendi Collegia Opificum, ita ut Opifices eorum nullibi exagitari queant, ſie können nirgends aufgetrieben werden. At Nobilitas Immediata Franconica & Suevica ab Imperatore de-

Non verò Nobilibus Immediatis;

Quia non ſunt Status quibus ſolis I. P. tribuit Superioritatem,

Ac præterea poſt Pac. Weſtphal. talia adhuc jura obtinuerunt, quæ Status vi Superioritatis exercent.

mum LEOPOLDO impetravit privilegium: **Daß hinfüro an und zu fortwährenden Zeiten, alle unter der Reichs-Ritterſchafft ... angeſeſſene Künſtler und Handwercks-Leute, ſie haben Namen wie ſie immer wollen, denen in der Churfürſtlichen, Fürſten, Ständen, und Städten, auch unſerer Erb-Königreich und Landen ſich befindenden, oder wohnenden Künſtler und Handwerckern, NB. durchgehends gleich gehalten, geſetzt und geacht, auch die von ihnen gelertne Jungen, und beförderte Geſellen, ungehindert, ungeſtrafft, und unaufgetrieben paſſiret werden ſollen.** vid. **Ritterſchafftliche Ordnungen und** *Privileg.* **der ſechs Ort in Francken**, *pag.* 231. Certiſſimo iterum argumento, Nobilibus Immediatis per Inſtrumentum Pacis Superioritatem territorialem non fuiſſe conceſſam, quippe alias ut ſpeciali hoc loco munirentur privilegio, non fuiſſet opus. Illuſtrationis ergò ſubjungam verba Doctiſſimi & in Praxi Imperii verſatiſſimi *AUTORIS MEDIT. ad I. P. Mantiſſ. de Superiorit. territ.* §. 15. ubi ita: *Immediatæ igitur*, inquit, *Nobilitati & liberis quibusdam atque Immediatis Canonicorum Collegiis & Teutonici Ordinis Communitatibus jus territoriale plerique tribuunt. Quod haƐtenus verum eſſe puto, cum jus territorii in genere Poteſtatem ſignificat, in territorio ſeu diſtrictu quodam terræ immediato. Cæterum quin hoc ipſum Jus Statibus Imperii ſtrictè ita dictis quodammodo plenius & perfectius tribuatur, adeoque de illis per excellentiam prædicetur, non dubito. Ejus quod dico argumentum eſt haud leve, quod Inſtrumento Pacis Osnabrugenſis art. 8. dum liberum juris territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis, exercitium confirmatur, Statuum unicè fiat mentio, cum tamen aliis in rebus, & ubi Nobilitatis intereſt, eam comprehendi conditionibus convenits, illius etiam meminiſſe non ſit infrequens: Vereor etiam an Civibus Immediatis, qui non ſunt Status, majora illa jura territorialia, ut eſt Jus Belli, Jus fœderum ineundorum, Jus Legationis, Jus legum ferendarum, Jus tributa imperandi, Jus extruendorum fortalitiorum &c. tribuere fas ſit.* Atque ex eodem etiam fonte, eximia ſcil. illa Statuum Libertate, *IDEM AUTOR MEDIT. ad I. P. art. 8. §. 4. lit. N. pag.* 1308. differentiam inter Status Imperii & Nobiles Immediatos egregiè obſervat, & negat Nobilibus Immediatis tribui poſſe Regalia, quatenus intellectu proprio & excellentiore ſumuntur, hanc inter alias addens rationem: *Præterea notum eſt vulgare dictum, Status eſſe inſtar Regum, quibus Imperator præſit, & quemvis ex Statibus in ſuo tantundem aut plus poſſe, quam poteſt Imperator in Imperio, qua prærogativâ Ordo Equeſtris nullo modo dignus*

id quod verbis Autor. Meditat. ad I.P. illuſtratur,

eſſe

eſſe poteſt, NB. cum peculiari nomine Nobiles Imperatori ſint proprii, vocenturque PECULIUM EJUS, Cammer-Guth, *nec non SERVI aliquando, appellatione longè infra Regalem dignitatem habita.* Neque etiam argumenta diſſentientium, quibus Nobilitati Immediatæ Superioritatem territorialem vindicare conantur, tanti ſunt ponderis, ut ab hac ſententia nos dimoveri queant. *Primum* deducunt ex ipſa experientia, quam docere opinantur, Nobiles Immediatos in terris ſuis omnia Superioritatis territorialis jura exercere, NB. quæ præter diuturnam poſſeſſionem, antiquis novisque Impp. Diplomatis ſunt ſtabilita; At & nos ad eandem provocamus experientiam, & §§*phis ſequentibus* docebimus, quamplurima Nobilitati Immediatæ non competere jura, quæ tamen Status Imperii vi Superioritatis optimo jure exercent: Quid? quod ipſi diſſentientes, dum ad verba: *Omnia jura*, notabilem addunt limitationem: *Quæ præter diuturnam poſſeſſionem antiquis novisque Impp. Diplomatis ſunt ſtabilita*, hoc ipſo ſuam doctrinam deſtruunt; Adſtruunt enim, non omnia jura territorialia Nobilibus Immediatis competere, ſed ea ſaltem, quæ per diuturnam poſſeſſionem & privilegia Cæſarea obtinuerunt, adeoque ad titulos tantum ſingulares provocant: Cum tamen Superioritas territorialis ſit titulus univerſalis, cujus vi Status Imperii non ad poſſeſſionem ſingularis hujus vel illius juris, neque ad Privilegia Cæſarea provocare tenentur, ſed omnia poſſident jura territorialia, quatenus contrarium ex Lege publica vel pactis probari non poteſt, atque ita in Superioritate territoriali jam ſatis ſe tutos arbitrantur. *Secundum* deſumitur ex Legibus Imperii fundamentalibus: Allegantur hanc in rem *Capitulationes AUGUSTISS. IMPP. LEOPOLDI, JOSEPHI, & CAROLI VI*, ubi Status & Nobiles Immediati conjunguntur, & utrisque jura ſua ac privilegia eâdem formulâ ex æquo tribuuntur; Ita enim in *CAPITULAT. CAROLIN. art.* 1. Dann auch die Fürſten, Prälaten / Grafen / Herren und Stände (die unmittelbare freye Reichs-Ritterſchafft mit begriffen) bey ihren Hoheiten, geiſt- und weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, ſonſt auch einen jeden bey **ſeinem Stand und Weſen** ... laſſen; Et paulò poſt: Wir ſollen und wollen auch Chur-fürſten / Fürſten und Ständen (die unmittelbare freye Reichs-Ritterſchafft mit eingeſchloſſen) ihre Regalien, Obrigkeiten / Freyheiten, Privilegien / die vor dieſem unter ihnen / denen Reichs-Conſtitutionibus gemäß, gemachte Uniones, zuforderſt aber die unter

Et argumenta diſſentientium ex ipſa experientia,

Capitulationibus Cæſareis,

Digitized by Google

Churfürſten, Fürſten und Ständen aufgerichtete Erb-Verbrüderungen, Reichs-Pfandſchafften, ſecundum Inſtrumentum Pacis Gerechtigkeiten, Gebrauch, und gute Gewohnheiten .... confirmiren. Verùm reſp. Capitulationes Cæſareæ poſt Pacem Weſtphalicam conditæ præter alias Conſtitutiones Imperii, pro fundamento ſemper habent Inſtrumentum Pacis, ſecundum hoc Jura Statuum confirmantur, adeoque ex hoc etiam interpretatio petenda; Jam verò Inſtrumentum Pacis ſolis tantum Statibus, non item Nobilitati Immediatæ, concedit Superioritatem territorialem, ergò & idem ad Capitulationes recentiores applicandum, niſi luculenter doceatur, per has diſpoſitioni Inſtrumenti Pacis in ſpecie quoad hunc paſſum fuiſſe derogatum. Deinde etiam vim inferre videntur ipſi ſenſui, qui ex jamjam allegatis verbis aliquid Superioritatis territorialis pro Nobilitate Immediata elicere volunt; Si quid enim intelligo, verbis hiſce nihil aliud indicatur, quam Imperatorem in iis, quæ jura Statuum & Nobilitatis Immediatæ concernunt, nihil mutationis ſuſcipere, ſed Electoribus ſua, Principibus cæterisque Statibus ſua, & Nobilitati etiam Immediatæ ſua jura, quæ ſcil. quisque ante ipſius Electionem exercuerit, velle ſalva atque intacta relinquere, id quod etiam verba, einen jeden bey ſeinem Stand und Weſen laſſen, apertè ſatis innuere videntur. Verba ergò non ſunt captanda, ſed res ipſa inſpicienda, & confirmata hæc atque enumerata jura ita ad præcedentia Subjecta applicanda, uti quodlibet eorum ſecundum Conſtitutiones & Leges Imperii, nec non cujusvis ſtatum capax eſſe poteſt. Quod ſi feceris, invenies, argumentum illud deſumtum à formula, quâ Statibus Imperii & Nobilitati Immediatæ, Ihre Hoheiten, geiſt- und weltlichen Würden, Gerechtigkeiten, Macht und Gewalt, ut & Regalien, Obrigkeiten, Freyheiten, Privilegien, eodem tenore relinquuntur & confirmantur, parùm habere in receſſu, niſi verba Geiſtliche Würden, quæ eodem etiam tenore proferuntur, ad ſingula ſubjecta præcedentia applicare, ac ſtatuere velis, Nobilibus Immediatis eadem competere jura, quibus ipſi Electores gaudent, quoniam cum his conjunguntur, ac eâdem ipſis formulâ de conſervandis juribus proſpicitur. Nam ſi opponeres: Aliter enumerata jura ac Privilegia applicanda eſſe ad Electores, aliter ad Nobiles Immediatos, cum hi ab illis quam maximè ſint diverſi; Eodem ego modo regererem: Aliter etiam eadem jura applicanda eſſe ad Status Imperii, aliter ad Nobles Immediatos, cum

Digitized by Google

cum hi eodem cum illis Charactere Status non gaudeant, ac proinde Superioritatis etiam territorialis non ſint participes. Præterea quoque allegatur *INSTRUM. PACIS art.* 5. §. 28. ubi Nobilibus Immediatis in Juribus NB. RELIGIONEM concernentibus & Beneficiis inde promanantibus idem jus conceditur, quod Statibus Imperii competit, atque inde ipſis Superioritatem territorialem tribuit COCCEJUS; Recte tamen jam monuit *Dn. STRUVE S. I. P. Diſſert.* 28. §. 8. & verba ipſa quoque teſtantur, ſolum ibi jus Sacrorum ipſis tribui, non etiam reliqua Superioritatis territorialis jura, quippe alias opus non fuiſſet, ut hic ſeparatim ac nominatim Nobilitatis Immediatæ fieret mentio. Et quamvis regeri poſſet, Nobiles Immediatos jam generali Statuum nomine comprehendi, ſpecialem vero hanc mentionem majoris ſaltem cautelæ ergò, & ut omni dubio præcluderetur via, eſſe factam; Supra tamen jam ſatis evicimus, Inſtrumentum Pacis illis tantùm Statibus concedere Superioritatem territorialem, qui jure Suffragii gaudent, quod cum Nobiles Immediati ſibi tribuere nequeant, perperam quoque generale Status nomen ad ipſos ibidem applicatur. Confer. *RHET. de jur. Stat. Imper. circa ſacra cap.* 2. *n.* 17 & 18. Inde autem facillima jam redditur concluſio, quam inſignis inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos, ſit differentia intuitu Jurium territorialium; Comites namque Imperii quicquid habent juris territorialis, illud exercent vi Superioritatis territorialis: Nobiles verò Immediati vi Privilegiorum. Quæ differentia utique non planè eſt de nihilo, ſed in eo maximum oſtendit effectum ſuum, ut pro Comitibus ſemper adſit præſumtio, omnia ad ipſos pertinere jura Superioritatis territorialis, niſi contrarium à contradicente doceatur; Nobiles vero Immediati tantùm ſaltem habere præſumantur, quantum probant. Quam differentiam quoque ii agnoſcere coguntur, qui tamen alias Nobilitati Immediatæ Superioritatem quandam tribuunt; Ita enim *AUTOR MEDITAT. ad Capitulat. Joſeph. Art.* 3. *lit. I. pag.* 76. *In eo quoque*, ait, *ab Imperii Statibus differunt, quod pro hisce perpetua præſumtio ſit, omnia nempe jura Superioritatis per complexum ad eos ſpectare, niſi contrarium à contradicente ex Lege publica vel pactis doceatur. Nobiles verò tantum ſolum habere præſumuntur, quantum probant.* Ut autem differentia iſthæc eò magis reddatur perſpicua, ad ſpeciales nobis Superioritatis territorialis partes jam eſt progrediendum, atque oſtendendum, quomodo hæ Comitibus Impe-

Et Inſtrumento pacis, deſumta refelluntur:

Oſtenſâ inter Comites Imp. & Nob. Immed. intuitu jurium territorialium differentiâ.

Quæ ſpecialius adhuc docetur:

rii vi Superioritatis: Nobilibus verò Immediatis, ſi quas earum exercent, per modum privilegii, aliisve titulis ſingularibus competant.

(1) De IURE CIRCA SACRA; Cui adnumeratur: (a) Ius Reformandi, Quod Comites æquè ac Principes exercuerunt in ſuis terris vi ſcil. Superioritatis, & Libertatis Statuum eximia:

§. IX. Superioritas hæc territorialis verſatur vel circa negotia Eccleſiaſtica, vel Secularia: Illa vocatur JUS CIRCA SACRA, ſive SUPERIORITAS SACRA, ad eamque refertur (1) JUS REFORMANDI; Quod Comites Imperii haud ſecus ac potentiores Status vi Superioritatis territorialis optimo ſibi jure circa initium ſtatim Reformationis vindicarunt, & pro parte Poteſtatis Civilis agnoverunt. Inſtituta namque à LUTHERO Reformatione, quamplurimi non ſolum Principes, ſed & Comites Imperii doctrinam ipſius ſunt amplexati, ac proinde cultum Religionis Catholicæ in terris ſuis abrogarunt, Lutheranam introduxerunt, à Jure Diœceſano vicinorum Epiſcoporum ſeſe ſuosque Subditos magis atque magis liberarunt, Cœnobia ac Monaſteria in terris ſuis, quoad ejus fieri poterat, ſeculariſarunt, & vel in uſum Scholarum converterunt, vel ad proprium commodum traduxerunt, atque in omnibus hisce eodem, quo potentiores Imperii Principes, jure, vigore ſcil. Superioritatis territorialis ſunt uſi. Confer. *RHET. de Seculariſatione cap.* 4. §. 23. Hinc etiam Comites æquè ac potentiores Principes, ad deliberationes comitiales de componendo Religionis diſſidio fuêre admiſſi, & Defenſôres Religionis, Schützer und Schirmer des Glaubens, cum cæteris Statibus vocati, in *R. I. Noric. de ann.* 1524. §. 28. Eadem ipſis cum Principibus & reliquis Imperii Statibus Libertas ab Imperatore conceſſa in *R. I. Spir. de ann.* 1526. §. 4. Daß ein jeglicher (ſcil. Chur-Fürſten, Fürſten und Stände) in Sachen, ſo das Edict, durch Kayſerl. Majeſt. auf dem Reichs-Tag zu Worms gehalten ausgangen, belangen möchten, für ſich alſo zu leben, zu regieren und zu halten, wie ein jeder ſolches gegen GOtt und Kayſerl. Majeſt. hoffet und vertraut zu verantworten: Eademque cura relicta, ne alter alterum Religionis intuitu turbaret, vid. *R. I. Spir. de ann.* 1529. §. 10. Wir auch, Churfürſten, Fürſten, Prälaten, Grafen, und Ständ, haben uns einmüthiglich verglichen, und einander in guten Wahren und Treuen zugeſagt und verſprochen, daß keiner von geiſtlichen oder weltlichen Stand den andern Glaubens halben vergewaltigen ſolle. Et ut paucis rem abſolvam, omnia, quæ Exercitium & Libertatem Religionis concernebant, Comitibus cum Principibus cæterisque Statibus erant paria, teſtantibus id paſſim

Digitized by Google

paſſim *RECESS. IMPER. de ann.* 1541. 1542. 1544. 1545. *aliisque.* Hinc etiam Imper. Carolus V. cum ann. 1548. Conſtitutionem illam interimiſticam, dictam vulgò das INTERIM, Statibus Imperii in Comitiis commendaret, omnemque ut executioni mandaretur operam impenderet, formulam hanc fidei non ſolum cum Principibus, ſed Comitibus etiam Imperii communicavit; Adſunt enim, ut unum ſaltem afferam exemplum, Literæ, quas vide in *SUPPLEMENT. num.* 59. & 60. ejusdem Imperatoris ad COMITES YSENBURGICOS ſcriptæ, quibus ipſis iteratâ vice injunxit: **Daß ſie die Ordnung des** Interims **betreffend annehmen, ihre Unterthanen und furnemlich die Prädicanten dazu anhalten, daß ſie vermög des Buchſtabens darwider nicht reden, predigen oder ſchreiben, ſondern ſich demſelbigen gemäß halten, und erzeigen ſollen.** Subſecutâ dein *Transactione Paſſavienſi* & *Pace Religioſâ*, Comitibus haud ſecus iterum, ac Principibus potentioribus cæterisque Statibus, Libertas iſta Religionis, & jus reformandi, quod hactenus vi Superioritatis territorialis exercuerunt, relinquebatur, vid. *R. I. Auguſt. de ann.* 1555. §. 15. *ſeqq.* Neque unquam ipſis poſthæc etiam jus iſtud ſpeciatim in dubium vocari poterat: Quin potius poſt Pacem religioſam, factâ etiam inter Proteſtantes diſſenſione, non ſolum Principes quidam potentiores, Palatini ſcil. Brandenburgici, Haſſo-Caſſellani, Anhaltini &c. relictâ Religione Lutherana, Reformatam in terris ſuis introduxerunt; Sed multi quoque Comites eodem jure uſi, & Reformatam Religionem amplexi, cultum Lutheranæ in terris ſuis abrogarunt; Unde tandem etiam Comitibus Imperii *INSTRUM. PACIS OSNABR. Art.* 8. §. 1. liberum juris territorialis tam in Eccleſiaſticis, quam Politicis exercitium, eodem tenore, eâdemque formulâ; quâ potentioribus Imperii Statibus, fuit conceſſum. Verùm aliter omninò ſe res habuit cum Nobilibus Immediatis, utut enim multi etiam eorum Religionem Catholicam relinquerent, & Lutheranam profiterentur, ad Deliberationes tamen Comitiales, de tollendo Religionis diſſidio, & firmando Statibus Jure reformandi, inſtitutas non admittebantur, neque tantam unquam ipſis Libertatem concedere voluit Imperator: Quin potius ægrè ſatis conceſſit, ut ipſorum etiam in deliberationibus Comitialibus haberetur ratio. Cum enim Principes & Status Proteſtantes ann. 1555. in Comitiis proponerent: **Es ſollen auch in dieſem Frieden, die von der Ritterſchafft, Hanſee und andern Städten, aller-maſſen**

Non verò Nobiles Immediati;

Utpote quibus tantam Libertatem concedere noluit Imperator.

maſſen und geſtalt, wie andere Stãnd, von mehrers Friedens wegen, auch mit begriffen ſeyn, und bey der Augſpurgiſchen Confeßion gelaſſen werden; vid. *LEHMANN. Act. Pac. Religioſ. lib.* 1. *capp.* 6. 8. 10. & 15. Hoc ipſis Rex Ferdinandus I. in Replica apud *EUND. cit. lib.* 1. *cap.* 16. dedit reſponſum: Nun will ſich aber nicht gebühren, der freyen Ritterſchafft halben NB. **auf einem Reichs-Tag**, wie anderer Reichs-Stände halb, **Satzung oder Ordnung zu machen/** in Betrachtung, daß ſie nach ihren habenden Freyheiten, und ihren löblichen alten Herkommen nach NB. **allein Römiſchen Kayſern und Königen unterworffen/** und daß ſolches nicht allein hochbemeldter Kayſerlichen und Ihrer Königl. Majeſt. an ihren habenden Hochheiten und Obrigkeiten zu Schmählerung, ſondern auch derſelben Ritterſchafften zu Abkürtzung ihrer Freyheiten nnd altem Herkommen gelangen wollte; Et paulo poſt: Dieweil dann dem alſo, und ſonſt offenbar, wann die freyen Ritterſchafften, der Kayſerl. Maj. oder Ihrer Königl. Majeſt. des Religions- oder Prophan-Frieds halb, Beſchwehrung haben, daß ſie derhalb, bey ihren M. wie in andern ihren Obligen gebräuchlich, und von Alter herkommen, wol ſelbſt anzuſuchen und herwiederum auch Ihr Kayſerl. und Königl. Majeſt. ſich gegen ihnen, als Pflantzer und Handhaber des Adels, mit allen gebührenden Vätterlichen Gnaden zu erzeigen wiſſen werden, ſo bedarff es ihrenthalb ſolches Anhangs und Vermeldung gar nicht. At Statibus Proteſtantibus propoſitioni ſuæ ſtrenuè inhærentibus, vix tandem impetravit Nobilitas Immediata, ut ipſius etiam in *Pace Religioſa* §. 6. ſeparato quodam poſt Status articulo, & quidem his verbis fieret mentio: Und in ſolchem Frieden ſollen die freyen Ritterſchafft, welche ohne Mittel der Kayſerl. Majeſt. und uns unterworffen, auch begriffen ſeyn, alſo und dergeſtalt, daß ſie obbemeldter beyder Religion halben, auch von niemand vergewaltiget, bedrängt, noch beſchwert ſollen werden. Ita quidem Nobilibus Immediatis Exercitium Religionis ratione Perſonarum ſuarum ſatis erat tutum, ſed an idem ipſis, quod Statibus Imperii, Jus reformandi intuitu quoque Bonorum in Subditos, hâc Pace fuerit conceſſum, extra controverſiam nondum videbatur poſitum. Acta ſane! & Conſilia, quorum magnam partem vel unus exhibet *LEHMANN. cit. tr. de Pace religioſ. lib.* 3. *paſſim*, abundè teſtantur, quam variis titulis Nobiles Immediati poſt Pacem etiam Religioſam à vicinis Epiſcopis & Statibus Catholicis, adhuc fuerint vexati. Modo enim dicebant Catholici, ipſos non comprehendi

Sed beneficio Statuum Proteſtantium vix impetrarunt ut ipſis primò Pace Religioſa,

ſub

ſub nomine Statuum: Jam negabant, jus territoriale iis competere, à quo jus reformandi dependeret: Nunc etiam Dominus directus ſibi in Bonis feudalibus arbitrium Religionis arrogabat, atque Pacem Religioſam allegantibus reſpondebatur, contineri Nobiles Immediatos iſtâ Pace, & ex illa Libertatem Religionis habere, ratione ſaltem perſonarum ſuarum, non etiam bonorum, ſeu territorii: Adeoque ipſorum quidem perſonas à reformatione Catholicorum fore tutas, ſed hoc nunquam iri conceſſum, ut ſuis in pagis, ſæpè in territoriis aliorum Statuum ſitis, ipſi jus reformandi, quod ad Dominos territorii potiùs ſpectet, exercere poſſint. vid. *AUTOR. MEDIT. ad I. P. Art. 5. §. 28. lit. A.* Hinc cum Status Evangelici apud Trac̃tatus Pacis Weſtphalicæ ann. 1645. hanc etiam controverſiam inter Gravamina ſua referrent, Catholici in reſponſione ſua inter alia, quod ad Ordinem Equeſtrem attinet, hæc propoſuêre: Weniger nicht haben die Catholiſche ſich vorhin mehrmalen beſchweret, und noch, daß die von der freyen Ritterſchafft Augſpurgiſcher Confeßion, welche der Kayſerl. Majeſt. ohne Mittel unterworffen, dero ihnen im Religions-Frieden indulgirten Freyheit des Glaubens, ſich dahin zu miß rauchen unterſtanden, daß ſie in ihren angehörigen Dorffſchafften die Catholiſche Religion abzuſchaffen, und die Augſpurgiſche Confeßion in Ubung zu bringen, Macht haben ſollten: **da doch der Religions-Frieden ihrenthalben nur** *perſonal* iſt/ und ſie darinnen anderer Geſtalt nicht, als daß ſie der Religion halber von niemanden vergewaltiget, bedrängt, r der beſchwert werden ſollten, begriffen. vid. *AUTOR. MEDITAT. ad I. P. cit. loc.*

Et deindè Pace Weſtphalica Ius circa ſacra confirmatur;

Inſtantibus autem Statibus Evangelicis, fortiterque cauſam pro Nobilitate Immediata dicentibus, controverſia iſta ſic tandem eſt compoſita, ut in Pace Weſtphalica, ſeparato iterum articulo, *Libera & Immediata Imperii Nobilitas, omniaque & ſingula ejus Membra, una cum ſubditis & bonis ſuis feudalibus & allodialibus, niſi fortè in quibusdam locis ratione bonorum & reſpectu territorii vel domicilii aliis Statibus reperiantur ſubjecti, in juribus Religionem concernentibus & beneficiis inde promanantibus idem jus acceperint, quod Electoribus, Principibus, & Statibus Imperii competit.* vid. *INSTRUM. PACIS OSNAB. Art. 5.* §. 28.

Quod proinde hodiè

neque Superioritati territ.

Hac igitur Pace Nobilibus quidem Immediatis ſatis eſt proſpectum, ſed ex Actis, quæ allegavimus, comitialibus conſtat, quam ægrè, ut res ipſorum ageretur in Comitiis, tulerit Aula Cæſarea, & quod proinde JUS iſtud SACRORUM Nobiles Immediati non ex Superioritate quadam territoriali, uti quidem Comites cæ-

Digitized by Google

nec Libertati Statuum eximia, terique Status Imperii: Neque etiam ex Libertate illa Statuum eximia, quam Imperator Nobilitati Immediatæ non concedit, ſed adſtrictiori quodam, præ Statibus, vinculo ſibi ſoli eam vindicat, atque ſatis accuratam inter libertatem Statuum & Nobilitatis Immediatæ diſtinctionem ipſe nunquam non obſervare ſolet: Sed ex ſpeciali quodam privilegio derivare, ac quicquid hac in re Libertatis habent, id benignæ Statuum Proteſtantium voluntati, quâ partes ipſorum in Comitiis, ubi nullus Nobilitati erat locus, & ſancienda Pace religioſa ſuſceperunt, maximam partem acceptum referre debeant. Præclarè hæc jam obſervavit *Dn. J. J. MULLER.* vom *Diſpenſations*-Recht in verbottenen Ehen *lib.* 3. *cap.* 17. *§.* 6. dum ait; Die der Augſpurgiſchen Confeſſion zugethane unmittelbare Reichs-Ritterſchafft, wie auch andre Reichs-Glieder, ſo dem Reich ohne Mittel unterworffen, jedoch nicht in Conditione Status ſtehen, haben ſich zwar auch der Religions-Libertät zu erfreuen, allein ſelbige iſt weder aus vorangeregter Libertate Statuum eximia, noch der Superioritate territoriali, ſonder ex ſimplici & perſonali privilegio zu deriviren. Dann gleich wie ſothane Libertas eximia, welche eine groſſe Aſſimilation mit der Majeſtät hat, niemanden, als denen Reichs-Ständen attribuirt wird, alſo kan auch kein Reichs-Glied ſich Superioritatem territorialem zuſchreiben, wann er nicht zugleich ein Reichs-Stand iſt. Alldieweilen nun die Immediate Reichs-Ritterſchafft in ſolcher Condition nicht begriffen, ſo können ſie auch das Jus Sacrorum weder ex Libertate Statuum eximia, noch Superioritate territoriali propriè & formaliter tali, qualem Status Imperii, vi ſpecialis ſui axiomatis ſeu jure Status ſibi vindicant, prætendiren. Dahero von dem Wort Landes hohe Obrigkeit hactenus allerdings zu abſtrahiren, und das ihnen zuſtehende Jus Sacrorum nur mit dem Prædicat eines Privilegii perſonalis, welches ſie durch den Religions-Frieden erlanget, zu belegen, oder allenfals das Wort Regale, welches man ihnen ex uſu loquendi in Legibus Imperii recepto einſtehen kan, zu gebrauchen iſt. Confer. *RHET. de jure Stat. circa Sacra cap.* 2. *n.* 18. *& de Seculariſat. cap.* 4. §. 24. *Dn. STRUVE S. I. P. Diſſert.* 26. §. 22.

Sed ſpeciali Privilegio & benignæ Statuum Voluntati adſcribere debent.

§. X. Ex hoc autem jure reformandi, variæ iterùm derivantur Juris circa ſacra partes, quæ tamen, quo reſpectu Comitibus Imperii, & quonam Nobilibus Immediatis, ſint attribuendæ, ex iis quæ jamjam docuimus, facillimo colligere eſt negotio. Huc referendum (II) JUS LITURGIARUM, de quo Themate elegan-

(2) Jus Liturgiarum:

elegantiſſimè, ut ſolet, egit *Dn. BOEHMER. in Diſſert. prælim. de jure Liturgiar. Eccleſ. tom. 3. Jur. Eccleſ. Proteſt.* præfixa. Quemadmodum enim in qualibet Societate Ordo ad conſervandam integritatem Corporis illius eſt neceſſarius; Ita inprimis etiam Princeps ad Cæremonias & Ritus in Eccleſia adornandos haud immeritò curam intendit, & providet, ne quid per tumultum agatur, ſed omnia Ordine ac decenter in externo cultu divino fiant: Quam curam Comites Imperii juxta cum potentioribus Statibus, vi Superioritatis territorialis iterum ſibi optimo jure in terris ſuis vindicant; Nobiles verò Immediati non niſi ſpeciali, ut diximus, pacto, ac proinde jure valdè ſingulari ſibi adſcribere poſſunt. Qua de re *Dn. BOEHM. cit. Diſſ. de jure Liturg.* §. 75. ita: *Præterea quoque*, inquit, *ex I. P. art. 5. §. 28. conſtat, Liberæ & Immediatæ Imperii Nobilitati in Juribus, Religionem concernentibus idem jus eſſe indultum, quod Electoribus, Principibus & Statibus competit, & conſequenter huic denegari nequit jus Liturgica adornandi in ſuis Eccleſiis, non tanquam PATRONIS, nec ex SUPERIORITATE quadam, quam non habent, ſed ex PACTO IMPERII PUBLICO, atque adeò JURE VALDE SINGULARI. Equidem Pace religioſa jam comprehenſa erat, ſed cum jus reformandi in pagis propriis quodammodo ei in dubium vocaretur, tandem res planè in I. P. compoſita.* (III) JUS CONSISTORII, quod circa Cauſas Eccleſiaſticas ſit occupatum, de quo idem videtur dicendum, utut ſpecialis quædam adhuc ratio adſit, quæ nobis inſignem iterum inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos præbet differentiam; Comites enim ad inſtar Principum, Conſiſtoria ſua habent ordinaria, ex Politicis pariter ac Theologis ſuis Miniſtris conſtituta, quibus unum plerumque è Conſiliariis dant Præſidem, ut nomine ipſorum huic Collegio præſit, & Judicium illud Eccleſiaſticum dirigat: At Nobiles Immediati, cum neque Conſiliarios habeant, neque tanta cuilibet Theologorum ac Politicorum ſuppetat copia, aliter etiam judicia iſthæc Eccleſiaſtica formare tenentur. Non enim ſunt apud ipſos, neque ob rationes adductas eſſe poſſunt, Conſiſtoria hujusmodi ordinaria, ſed ſi quid ardui eſt decidendum, quilibet ipſe huic judicio tanquam Præſes præeſſe, & unum atque alterum Eccleſiæ Paſtorem & Jureconſultum ad ſe evocare ſolet, qui ipſi velut Aſſeſſores præſtò ſint, ortasque lites dirimant; Cujus praxin de ſuis jamjam temporibus teſtatur *BIDEMBACH. Quæſt. Nob.* 9. §. 5. *apud Burgermeiſt. Bibliothec. Equeſtr. tom. 2. pag.* 480. ajens: *Ad præcavendas itaque illas difficultates ratione Appellationum, tam in*

(c) *Jus Conſiſtorii;*

civilibus quam etiam matrimonialibus cauſis, optimè ſane! Nobiles ſibi ipſis conſulerent, ſi, ubi opus foret, ſingulis annis Nobiles Amicos, unum atque alterum Eccleſiæ Paſtorem & Jureconſultum ad ſe evocarent, qui Nobili, tanquam Appellationis Judici, veluti Aſſeſſores praſtò eſſent, ortasque lites dirimerent: Daß die von Adel ſelbſten ein Hoff- oder *Appellation*-Gericht hielten. *Id quod laudabiliter admodum à nonnullis factum, & utiliter practicatum memini.* Objecta horum Conſiſtoriorum vel Judiciorum Eccleſiaſticorum ſunt varia, quæ tamen ſingula perluſtrare, noſtri non eſt inſtituti, maximè quum differentiæ, ſi quæ fortè in uno vel altero occurrant, ex iis, quæ hactenus poſuimus, fundamentis, haud difficulter colligi queant: Unum quod accuratiote pauliſper contemplatione expendi meretur, procul dubio eſt (IV) JUDICIUM CAUSARUM MATRIMONIALIUM, non quidem illud, quod Status Imperii cum ipſa Nobilitate Immediatâ in ſuos exercent Subditos; ſed quod ſuam ipſorum perſonam concernit. Quæſtio hæc admodum quidem eſt delicata, adeoque maturæ omninò cogitationi ſubjicienda, nulli tamen aſſerere dubitamus, Comites Imperii Proteſtantes ad inſtar cæterorum Statuum potentiorum in cauſis matrimonialibus nullum agnoſcere Judicem ſuperiorem: Quod an eodem modo de Nobilibus Immediatis Proteſtantibus dici queat? ex jamjam dicendis apparebit. Fundamentum hujus aſſertionis tam in conditione ſummæ Poteſtatis & Libertatis eximiæ, quâ Status Proteſtantes, vi ſuſpenſæ, vel potiùs abrogatæ Jurisdictionis Eccleſiaſticæ in terris ſuis gaudent, tum etiam in qualitate Judiciorum Superiorum, quæ Status aliàs agnoſcere tenentur, eſt quærendum. Quamvis enim inter Perſonas Illuſtres forum Auſtregarum, & ſumma Imperii Tribunalia, Camera ſcil. Imperialis & Judicium Imperatoris Aulicum, aliàs ſint fundata, nullum tamen eorum in Cauſis Principum, & Comitum Proteſtantium matrimonialibus, locum obtinere poteſt: Non AUSTREGÆ, quoniam hoc forum introductum eſt, ut cauſæ Statuum, tanquam in prima inſtantia, coram hoc Judicio peragerentur, & ab hoc demum ad ſumma Imperii Tribunalia provocaretur; ob quas ergò cauſas ad ſumma hæc Tribunalia non datur recurſus, earum quoque nomine provocari nequit ad Auſtregas: Non CAMERA, quia cauſæ matrimoniales ſecundum principia juris Canonici Spiritualibus accenſentur, adeoque eo tempore, quo Jurisdictio Cameralis ſtabilita eſt, in Cameram prædominantibus principiis juris Pontificii transferri non poterant, neque poſt Reforma-

(d) Iudicium Cauſarum matrimonialium;

Ubi fundamentum Fori Statuum Proteſtantium in cauſis matrimonialibus competentis examinatur,

formationem ſcena hoc in caſu mutata reperitur; Non denique JUDICIUM AULICUM, quippe quod itidem ſecundum principia Religionis Catholicæ eſt efformatum, adeoque eatenus ſaltem Illuſtri huic Judicio cauſæ Eccleſiaſticæ ſubeſſe poſſunt, quatenus Judicia reliqua de iis cognoſcendi facultatem habent, h. e. quando de poſſeſſione, non verò ſi de jure in petitorio agitur, vid. *Dn. BOEHMERI Jus Eccleſiaſt. Proteſt. lib. 1. tit. 2. §. 17. & 18. Dn. PFEFFING. ad Vitriar. tom. 3. pag. 283. ſeqq.* Confer. *LUDOVICI Diſſert. de judice in cauſ. Princip. Proteſt. matrim.* §. 18. *ſeqq.* ubi ſententiam hanc contra diſſentientes prolixè defendit. Vigore ergo eximiæ iſtius Libertatis, & ſummæ circa ſacra Poteſtatis, Status Imperii Proteſtantes, in iisque & Comites, nullam præter jus naturale & divinum, neque Juris Civilis, nec Canonici prohibitionem graduum agnoſcunt, aut huic ſe obnoxios exiſtimant, ſed Matrimonia Legibus civilibus aut canonicis prohibita liberrimè contrahunt, & nulla planè diſpenſatione indigent, ne eo quidem caſu, ſi dubium quoddam oriatur, utrum Matrimonium ſit contra Jus divinum, nec ne? Memorabile haud ita pridem exemplum contigit in Wetteravia, ubi Comes quidam Imperii Immediatus, Sororis Germanæ filiam ducturus, propoſitum priûs cum ſuo ipſius Conſiſtorio, aliisque Jurisconſultis extraneis, THULEMARIO, ſcil. & RINTHELENSIBUS communicavit, quibus factum approbantibus, ipſe ſine ulla neque à ſuo Conſiſtorio, nec ab aliis impetrata diſpenſatione, ad ipſam Matrimonii conſummationem proceſſit. Nobilibus quidem Immediatis eadem reſpectu Graduum prohibitorum Libertas aſſerenda, ipſique à vinculo Legum Civilium & Canonicarum liberi hoc caſu omninò dicendi; ſed quænam inter utramque Libertatem ſit differentia, inculcat *Dn MULLER.* vom *Diſpenſations*-Recht *lib. 3. cap. 13. §. 2.* dum ait: Dieſe hohe Befügnüß iſt nun nicht allein denen Proteſtirenden Reichs-Ständen, ſondern auch andern der Augſpurgiſchen Confeßion zugethanen **unmittelbaren Reichs-Gliedern** zuzuſchreiben, jedoch mit dieſem Unterſcheid, daß man ſelbiges quoad Status aus der eximia illa Statuum Libertate, quoad reliquos aber ex ſimplici perſonali jure derivirer. Hæc differentia eò magis reddetur perſpicua, ſi ulterius progrediamur, & controverſias matrimoniales, ac in ſpecie, caſum Divortii, conſideremus. Cum enim Comites Imperii, cæterique Status potentiores Proteſtantium Religioni addicti in cauſis, quæ Religionem & Conſcientiam

Et quomodo ad Comites Imperii,

Vel Nobiles Immediatos applicari queat, docetur,

atque in caſu Divortii

tiam concernunt, nullum, uti jamjam oſtendimus, Judicem agnoſcant Superiorem; Hinc ſi qua fortè inter ipſos & Conjuges oriuntur diſſidia, quæ ad diſſolvendum Matrimonium ſufficiunt, ipſi quidem propria autoritate ſibi jus dicere poſſent, ſed ad ſedandam eò magis conſcientiam, vel ex ſuis Conſiliariis & Theologis, quos hujus actus intuitu Sacramento exſolvunt, Judicium quoddam extraordinarium conſtituunt, vel cauſam ad extraneos Theologos & Jureconſultos transmittunt, eorumque Deciſioni ſeſe ſpontè ſubmittunt, adeò ut ipſa etiam uxor hoc forum, adjunctis iis, quos ipſa nominaverit, declinare nequeat, *Dn. BOEHMER. cit. loc.* §. 18. An verò de Nobilibus Immediatis idem ita ſimpliciter ſit aſſerendum, multis adhuc ſubjacet dubiis: Sane! quamdiu eadem apud ipſos militat ratio, quamdiu ipſi pariter ac Status Proteſtantes in tali caſu Judicem idoneum habere nequeunt, tamdiu etiam ſecundum I. P. idem omninò de ipſis eſt affirmandum; At ubi hæc ratio deficit, ubi Judex adeſt idoneus, & in Caſibus, quando quis in matrimonialibus etiam à recto virtutis tramite deflectit, haud ſimpliciter incompetens, ibi aliud quoque procul dubio ſtatuendum videtur. Et ita diſtinguendum haud ſine ratione putaverim, utrum Nobilis Immediatus ad diſtrictum Catholicum, an verò ad Evangelicum pertineat; Priori caſu, quoniam Directores cum ſubjunctis Deputatis & Conſiliariis Religioni Catholicæ ſunt addicti, adeoque in cauſis matrimonialibus Judices eſſe nequeunt, Nobilis iſte Evangelicus, cum nullum ita Judicem habere poſſit, rectè cauſam divortii deciſioni extraneorum Theologorum & Juriſconſultorum committit; Quemadmodum circa finem Seculi adhuc ſuperioris, ſingularis in Suevia caſus accidit, ubi Nobilis quidam Evangelicus, des Orts Donau, variis de cauſis ſeparationem ab uxore quæſivit, ac primò à Miniſterio Ulmenſi Informationem, an juſta adſit divortii cauſa, petiit, dein impetrato à Facultate Juridica Jenenſi Reſponſo, poteſtatem ſibi addictam accepit, ſine ulla formali ac judiciali ſeparatione, priorem Uxorem, quæ Catholicæ addicta erat Religioni, relinquendi, aliasve ubicunque vellet contrahendi Nuptias; Quam cautè verò hac in cauſa proceſſerit, refert *L. B. de LYNCKER. Reſp.* 14. *pag.* 158. *ſeqq.* his verbis: Nachdem jedoch der Herr von N. in letzt-ermeldtem Reſponſo (ſcil. Miniſterii Ulmenſis) auch ad tentandam reconciliationem & Judicem competentem, mit verwieſen worden, er auch wünſche, weil um vieler faſt unglaublicher urſachen willen, abſolutè

Notabili quodam Exemplo illuſtratur.

kein

kein Mittel zur Reconciliation abzuſehen geweſen, und noch nicht iſt, daß in dem Heil. Römiſchen Reich ein ſolch allerhöchſtes Matrimonial-Gericht zu finden ſeyn möchte, dabey ein purer Evangeliſcher Reichs-Cavallier einer erſprießlichen Sentenz in dergleichen Fall ſich zu getröſten hätte; Sintemal an dem höchſt-preißlichen Kayſerlichen Reichs-Hof-Rath zu Wien, nachdem des Kayſerl. Cammer-Gerichts zu Wetzlar Juriſdiction in matrimonialibus notoriè nicht fundiret, propter diſparitatem Religionis & non ignota Catholicorum Principia dergleichen nicht zu gewarten; NB. **Von der Reichs-Ritterſchafft Donau Vierthels auch**/ darunter dieſer Cavallier geſeſſen, **ohne dieß nichts zu hoffen**/ **weil ſie biß auf zwey oder drey Herren Catholiſch**/ **und ſich alſo ſelbige keiner Ehe-Sache unternehmen kan**; So hat er von N. anfangs bey einer vornehmen Evangeliſchen Reichs-Stadt, und hernach bey einem Evangeliſchen Hochfürſtlichen Hoff gantz angelegentlich nachgeſuchet, daß man eine gewiſſe Deputation von Geiſt- und Weltlichen Herren Räthen niederſetzen möcht, welche die Sache unterſuchen, und ſie beyde Ehe-Leute darauf, wann ſie genugſame Urſache darzu finden etiam quoad vinculum ſepariren möchte. Inter rationes decidendi inprimis referebant Juriſconſulti Jenenſes: Weil in einem Fall, da auf der Welt kein Richter zu erlangen, ein bedrängter Theil, ihm ſelbſt dergeſtalt Recht zu nehmen und zu verſchaffen befugt, wie ihme ſeine Vernunfft und Gewiſſen, wann jene gegründet, und dieſes dabey getröſtet ſeyn kan, an hand giebet. Quæ ratio, cum poſteriori caſu, ubi Director cum Deputatis & Conſiliariis ſunt Evangelici, ceſſet, viderint ſeparationem talem inſtituentes, annon iidem tali caſu exiſtente cognitionem ſibi ſint ſumturi? maximè quum Deputatorum Collegiis aliàs in reliqua membra ordinaria competat Juriſdictio, non ſolum cauſarum civilium, ſed quodammodo etiam earum, quæ ad vitæ honeſtatem, & eliminanda vitia aliquem habent reſpectum, vid. Fränckiſche Ritter-Ordnung *tit.* 2. Confer Generoſ. *Dn. PHILIPP. REINH. GEYLING ab ALTHEIM Diſſert. de Convent. Deputator. Nobilit. cap. 4. pag. 21. & cap. 8. pag. 53. & 54.* Huic tamen liti nos nunc non admiſcemus, ſed ſatis erit, præcipua ſaltem capita Juris circa Sacra attigiſſe, præcipuasque in iis annotaſſe Differentias, quæ inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos obſervari merentur.

§. XI. Altera Pars ſuperioritatis territorialis verſatur circa Negotia ſecularia, quæ iterum dividuntur in IMMANENTIA & TRANS- *(II) De Juribus circa Negot. ſecular.*

Immanentibus; Quæ conſiſtunt vel in REGIMINE: ad quod refertur (a) Iuriſdictio, inprimis Criminalis, Quam Comites antiquiſſimis jam temporibus exercuerunt.

TRANSEUNTIA. Immanentia conſiſtunt vel in REGIMINE, vel JURIBUS GRATIOSIS, vel FISCALIBUS & CAMERALIBUS. Ad ea quæ Regimen cujuslibet Territorii ſibi vindicat, haud immeritò refertur: (I) JURISDICTIO, maximè CRIMINALIS, ſive Bannum Regale, quod non ſine ratione pro præcipuo ſuperioritatis territorialis fundamento, vi cujus Status Imperii reliqua ſibi ſenſim arrogaverint, agnoſcit *AUTOR MEDITAT. ad I. P. Mantiſſ. de Superiorit territ. §. 34.* eoque nomine omne interdum jus territoriale olim fuiſſe indicatum, pluribus exemplis comprobat *HERTIUS de ſuperiorit. territor. §. 2.* Competiiſſe hanc Jurisdictionem criminalem Comitibus ab antiquiſſimis etiam temporibus, & quidem haud ſecus, ac cæteris Principibus, nemo fortè in dubium vocabit, qui non ignorat, quod Comites habuerint *Feuda Vexilli*, Officiumque ipſorum maximam partem in jure dicendo fuerit occupatum; Quamvis enim *COCCEJUS Jur. publ. prud. cap. 15. §. 13.* exiſtimet, Comites olim tantùm jurisdictione aliqua ſimplici, mit Zwing und Bann, fuiſſe inveſtitos, eumque in finem alleget Sigism. Imp. *Reformat. polit. cap. 9.* Non ſolum tamen *Dn. de PLOENNIES in Differt. de Miniſterial. Theſ. 22. pag. 25.* ſed & poſt eum *Dn. LANGGUT. in Animadverſ. ad Coccej. Jur. prud. publ. cap. 21. §. 12. n. 4.* optimè jam notavere, Cocceji interpretationem nec verbis, nec ſententiæ Sigismundi convenire, neque huncetiam ibidem Jurisdictionem, mit Zwing und Penn, ſolis Comitibus cæterisve tribuiſſe, ſed tenacem ſaltem Comitum aliorumque animum retinendæ adhuc in terris ſuis ſervitutis, ipſis exprobraſſe. Nobilibus verò Immediatis eadem, quæ de Jurisdictione Comitum diximus, tam facile non ſunt concedenda, utpote qui olim feuda vexilli non habebant, ſed Loricæ ſaltem, Clypei, quæ plus nihil continebant, quam ut Milites ad Edictum præſtò eſſent Loricis, Equis, Clypeis ſuetoque armorum genere inſtructi, *Dn. GUNDLING. de Feud. Vexill. §. 24.* Quicquid ergò habent jurisdictionis criminalis id temporibus recentioribus, & ſingularibus Cæſarum Privilegiis eſt adſcribendum, ne ſub ſpecie Centenariæ aut ſupremæ Jurisdictionis, Principes Comitesve vicini Libertati ipſorum præjudicium afferrent. Haud difficulter id eſt colligere, è Privileg. Rudolphi II. Imp. den Blutbann betr. de ann. 1609. Nobilitati Suevicæ conceſſo, apud *BURGERMEIST. Cod. Diplomat. Equeſtr. tom. 1. pag. 291.* ex quo inſimul apparet, ad quænam tempora Jurisdictio hæc Nobi-

Nobiles verò Immediati recentioribus demum obtinuerunt.

Nobilium Suevicorum Criminalis, & conceſſio des Blut-Bañs, ſit referenda: Utut enim ibidem prætendant, daß ſie je und allwegen die hohe Obrigkeit für ſich ſelbſten und jure proprio gehabt, und die Maleficanten in ein Halß-Gericht, wohin ſie gewollt, ihres Gefallens haben fuhren, und daſelbſt auf ihren Unkoſten berechtigen laſſen; Statim tamen ſubjiciunt, als hätten ſie bey weyland Kayſer Friderich dem Dritten, ſonderlich aber Kayſer Maximiliano dem Erſten, und den darauf gefolgten Römiſchen Kayſern und Königen, NB. **um Verleyhung des Blut-Banns** / und alſo die Signa executiva, damit das Ubel um gehörter Urſachen willen nicht ungeſtrafft bleibe, angehalten: Et exempla ab ipſo *BURGERMEIST. cit. tom. 1. pag. 1137. ſeqq.* allata, ſatis ſuperque oſtendunt, quomodo verba: Je und allewege, ſint intelligenda. Egregiè ad rem facit *Dn. GUNDLING de Feud. Vexill. cit. §. 24. pag. 48. & 49.* ajens: *Nobiles inferiores nunquam olim altâ Juriſdictione pollebant. Judicabantur iis ſubditi à Præfectis Imperatorum & Principum. Saltem notum eſt, quando in Bavaria & Saxonia, ſeu Miſnia, Equites acceperint Bannum Sanguinis, & qua occaſione - - - Antiquis temporibus ejus generis facultas CHARACTER LIBERTATIS ERAT AC POTESTATIS, quâ Servi Regni Principumque carebant. Nec credas, omnibus Imperii Nobilibus tale jus aut competiiſſe ab antiquo, aut hoc ab omnibus adſirmari - - - Quod nunc habent Cæſarum beneficio adepti ſunt, ne ſub obtentu Centenariæ, aut ſupremæ Juriſdictionis Principes ac Comites vicini eorum libertati periculum intentarent - - - - In variis tamen locis adhuc Judiciis Provinciæ ſubſunt, eorumque ſubjecti, ac Ruſtici in Centena, cum delinquunt, judicantur, condemnantur, & pro re nata abſolvuntur.* Ad hoc Regimen cujuslibet territorii refertur (II) POTESTAS LEGISLATORIA, quæ quidem olim ad Impp. pertinebat, poſtea verò ſenſim ad Principum & Statuum Poteſtatem pervenit, & quamvis nonnunquam confirmationem Legum ſuarum petierint Status, vid. *HERTIUS de Superiorit. territ. §. 25.* hæc tamen poſterioribus temporibus omiſſa, neque hodiè amplius neceſſaria eſt, utpote quam Status ſibi nunc proprio jure & vi Superioritatis territorialis attribuunt. Derivatur ergò hodiè Poteſtas hæc Legislatoria ex ipſa Superioritate, adeò ut Legem territorialem nemo regulariter condere queat, niſi etiam habeat Superioritatem territorialem in ſtrictiori ſignificatu ita dictam, *JOH. EHRENFR. MAYER de jure Stat. Imp. legislator. cap. 6. §. 2. & 3.* Quâ cum Comites indubiè gaudeant, Jus etiam condendarum Legum liberrimè in territoriis ſuis exercent,

(b) Poteſtas Legislatoria.

Quâ Comites ſimpliciter gaudent.

cent, Ordinationes provinciales & formam Proceſſus, & jus ſtatutarium ſubditis ſuis præſcribentes edunt, conſtitutiones publicant, iisque Ordinationibus ſuis vel addunt, vel derogant, nullâ adhibitâ omninò neque Cæſaris, neque aliùs cujuscunque confirmatione, id quod Ordinationes Comitum provinciales Seculo jamjam XVI. paſſim typis excuſæ abundè comprobant: At Nobiles Immediati, quoniam Superioritatem territorialem non habent, eâdem etiam Libertate jus iſtud Legum ferendarum non exercent, ſed ſi qua Statuta condere, aut Ordinationes Proceſſus ſancire volunt, ſpeciali Cæſaris confirmatione utique habent opus; Teſtatur id Ordinatio Proceſſus Nobilitatis Suevicæ, die Gerichtliche Proceſs-Ordnung der 5. Theile in Schwaben apud *BURGERMEISTER. Cod. Diplom. Equeſtr. tom. 1. pag. 203. ſeqq.* quam poſt alios Imperator etiam LEOPOLDUS peculiari Privilegio ann. 1672. non ſolum confirmavit, ſed confirmationi ſuæ hanc quoque addidit Declarationem: jedoch mit der Erläuterung, wie unſer Kayſerlich Confirmation derſelben Ritter-Ordnung, bey dem fünff und zwantzigſten Articul ausweiſet, daß auch derjenige, welcher wegen der Formula Juramenti, ſo in dieſer Gerichts-Ordnung enthalten, Bedenckens trüge, ſolches nach Inhalt, unſerer Kayſerlichen Kammer-Gerichts-Ordnung abſtatten möge: Teſtantur etiam Privilegia, die wucherliche Contracte der Juden betreffend, Nobilitati Suevicæ & Franconicæ ab Impp. conceſſa, & ab AUGUSTISSIMO adhuc CAROLO VI. confirmata, apud *BURGERMEIST. cit. loc. pag. 219.* & Ritterſchafftl Ordnung und *Privil.* der ſechs Ort in Francken *pag. 120. ſeqq.* quibus Imperatores prohibent, quominus Judæi non ſolum cum ipſis Nobilibus, ſed, quod maximum eſt, ſubditis etiam ipſorum contrahant, vel fœnus quoddam faciant; Cujus tamen generis Conſtitutiones contra Judæos, à Principibus & Comitibus propriâ autoritate ſubinde ſancitas invenimus. Ut autem Leges iſtæ ſtrictè obſerventur, atque Executioni mandentur, requiritur (III) JUS INSTITUENDI COLLEGIA & TRIBUNALIA JUSTITIÆ, geheime Raths-Collegia, Hof-Gerichte Cantzleyen ꝛc quæ Prærogativa Comitibus iterùm cum Statibus Potentioribus eſt communis, utut Collegia iſthæc Electorum, Principumque potentiorum, cum ampliora habeant territoria, majori etiam Splendore coruſcent. Olim quidem Status Collegia illa, quæ geheime Rath-Stuben vocantur, ſtata & Ordinaria habuiſſe non videntur,

Nobiles verò Immediati nonniſi ſubſecuta Cæſaris confirmatione.

(c) Jus inſtituendi Collegia & Tribunalia Juſtitiæ;

Ubi quemadmodum Principes,

dentur, ſed uno alterove ſpectatæ fidei adminiſtro utebantur, quod de Electoratu Saxoniæ teſtatur WECKIUS, cujus verba refert *HERTIUS de Conſult. Leg. & Jud. Spec. Rerumpubl.* §. 2. So viel das geheime Raths-Collegium belanget, obwolen Hertzog Henrich, Hertzog George, Hertzog Albrecht, Churfürſt Friedrich der Ander, und die übrige Chur- und Fürſtliche Vorfahren des Hauſes zuruck in die Zeit zu rechnen, **einen oder ſelten zween heimliche Räthe**, und ſolche Beſtallung zum öfftern auch wol ein und der ander der fürnehmſten Gräflichen Perſonen, ſo Fürſtliche Vaſallen waren, auf ſich hatten, ſo war doch bey Chur-Fürſten Moritzens Regierung noch keine ſonderbare Rath-Stube aufgerichtet. Idem etiam de Comitibus Imperii Immediatis eſt aſſerendum, utpote qui jam Seculo XV. ſuos habuerunt Conſiliarios Intimos, heimliche Räthe, è Nobilitate Mediata pariter ac Immediata deſumtos. Laudare hanc in rem poſſum Teſtamentum LUDOVICI COMITIS YSENBURGICI ann. 1488. conditum, apud *Dn. LUNIG* **Reichs**-*Archiv part. ſpec. continuat.* 2. **von Grafen und Herren** *pag.* 606. cujus hæc legitur ſubſcriptio: Und zu mehrerm Glaub und Bekenntnüß, ſo haben Wir gebeten **Unſere heimbliche und lieben Getreuen**, Caſpar Reiprechten von Buedingen, und Diethern von Yſenburgk, daß ſie jr Inſiegell zue Ende dieſer Schrifft, bey unſer Inſiegell haben getruckt, deß Verſiegell Ich Caſpar und Ich Diether ehegenant, bekennen, daß Wir alſo verſiegelt haben, von beede wegen, des ehegenanten **Unſers gnedigen und lieben Herrn.** Quorum poſterior erat ex familia quadam Nobilium, qui plerumque dicebantur: Die Eiſenberger; Prior verò jam ann. 1472. inter Nobiles Gelnhuſanos claruit, vid. *LIMNÆ. de jur. publ. lib. 7. cap.* 20. Hodiè proinde, quemadmodum Principes, ita & Comites ſecundum proportionem terrarum ſuarum, hujusmodi inſtituunt Collegia, & Miniſtros, quos ipſis præficiunt, haud ſecus ac Principes, cohoneſtant Titulis: Der Präſidenten, Cantzlarn, Cantzley-Directorn, Geheimbden-Hof-Gerichts- und Regierungs-Räthen. Non quidem diffiteor, diverſa iſta Collegia, non apud omnes omninò inveniri Comites, neque etiam Titulos iſtos omnes, in omnibus Comitum Aulis ſemper & ubique audiri, ſufficere tamen poterit, quod in quibusdam conjunctim inveniantur, & reliqui Comites, ſi terrarum amplitudo id permittat, eadem diverſa inſtituere poſſint Collegia, eademque diſtribuere Prædicata,

Ita & Comites ſuos habent Conſiliarios Intimos, & quidem ex ipſa interdum Nobilitate Immediata.

Nec non Præſides, Cancellarios, Cancellaria Directores, Conſiliarios &c.

Omnes autem iſta Dignitates apud Nobiles Immed. ignorantur. ut dicunt, honorifica: Nobiles verò Immediati neque talia Collegia & Tribunalia Juſtitiæ habent, neque tantas Dignitates Miniſtris ſuis conferre poſſunt, utpote qui nullos habent Conſiliarios (Illi enim qui Directorio cujuslibet Diſtrictus ex ipſa Nobilitate Immediata aſſident, huc non pertinent) ſed quos adminiſtrandæ Jurisdictioni præficiunt, Nomine ſaltem der Amt-Leute, Vögte, Gerichts-Halter ꝛc. veniunt; Qua tamen in re nihil præ Nobilibus Mediatis habent præcipui, ſiquidem & hos eosdem Titulos inter Miniſtros ſuos diſtribuere ſubinde videmus. Denique ad Regimen pertinet (IV) JUS ARCHIVI, quod Comitibus Imperii, quocunque illud modo intueare, competere, extra controverſiam, credo, erit, vid. *AHASV. FRITSCH. de jur. Archiv. cap. 3. num. 13.* Num verò & Nobilibus Immediatis? controverſa eſt inter Dd. Quæſtio. Nos, ſi vocabulum Archivi ſumitur pro quolibet Scrinio, ubi Diplomata vel Acta, cujuscunque ſint generis, reconduntur, nullum dubium ſupereſſe arbitramur, quin ſingulis Nobilibus Immediatis competat, quoniam hoc ſenſu & Landſaſſiis, Collegiis, imò Familiis, à Dd. tribuitur, vid. *Dn. STRUVE S. I. P. Diſſert. 26. §. 51.* Sin autem Archivum in ſenſu eminentiori intelligitur, ubi Acta Comitiorum tam univerſalium quam particularium, nec non Regiminis, Curiæ feudalis &c. ſub cuſtodia Archivarii adſervantur: Si ad id porrò requiritur, ut quis facultatibus polleat ſuſtentandi id, quod ad Archivum eſt neceſſarium, utque tot ſit Expeditionibus occupatus, quarum acta mereantur Archivum: Vereor ut hoc ſenſu Jus Archivi ſingulis Nobilitatis Immediatæ Membris rectè tribui poſſit, maximè quum Acta & Privilegia, quæ integrum Corpus Equeſtre concernunt, in Scriniis communibus apud Directorium cujuslibet Diſtrictus, vel plerumque in Imperiali aliqua Civitate, ubi & conveniunt, cuſtodiantur; Quamobrem plurimi etiam Dd. Scrinia tantùm hæc communia, non verò quæ ſingula fortè Membra habent, nomen demum Archivi mereri docent. vid. *RUTGER. RULAND. de Commiſſar. lib. 5. cap. 4. num. 51. FRITSCH. de jur. Archiv. cap. 3. num. 29.*

(d) Jus Archivi.

Vel in IURIBUS GRATIOSIS; ad qua pertinet; §. XII. Negotia Superioritatis territorialis, quæ Juribus gratioſis adnumerantur, varii iterum ſunt generis, in iisque præcipua: (1) JUS RESTITUENDI FAMAM & LEGITIMANDI ILLEGITIMOS; Quod Comites Imperii ad inſtar Principum potentiorum, in territoriis ſuis vigore Superio-

perioritatis territorialis optimo Jure exercere, nemò fortè jurium Statuum non ignarus in dubium vocabit, idque ſi neceſſarium foret, quotidianâ etiam praxi facillimo comprobari poſſet negotio: Verùm de Nobilibus Immediatis tam tutò id affirmare non auſim, ſiquidem hi tantum ſaltem jurium territorialium habere præſumuntur, quantum probare poſſunt, nulla autem in omnibus iſtis Privilegiis, quæ tanto numero typis paſſim excudi curarunt, de hoc jure famam reſtituendi & maculam Natalium abſtergendi, inveniuntur veſtigia, adeoque etiam tamdiu dubitationi hic eſt inhærendum, quamdiu jus iſtud non probaverint, maximè ſi diverſi caſus, quibus infamia irrogatur, benè diſtinguantur; Irrogatur autem infamia (a) *in ſummis Imperii tribunalibus*, & tunc nonniſi Cæſaris auctoritate ea iterum tolli poteſt: vel (b) *ex Receſſibus Imperii aut Jure Romano*, ubi eadem adeſſe videtur ratio, niſi quod circa hanc tollendam fortè Statuum quoque auctoritas in ſuis territoriis aliquid valeat: vel (c) *Lege provinciali: aut ſententia in judiciis Statuum lata*, & tunc reſtitutio famæ à Domino territoriali fieri non ſolum poteſt, ſed etiam debet, ita ut Imperatoris gratia hoc caſu non ſufficiat, vid. *Dn. KEMMERICH. Introd. ad jus publ. lib. 5. cap. 9. §. 33. & 34.* Confer. *Dn. PFEFFINGER ad Vitriar. tom. 3. pag. 122. & 123.* quod ultimum ſane! de Nobilitate immediata affirmari nequit: Nobiles enim immediati arctiori quodam peculii vinculo Cæſari ſunt ſubjecti, leges ipſorum provinciales ex confirmatione Cæſarea perfectam demum obligandi vim nanciſcuntur, quicquid habent juris territorialis, id privilegiis Cæſareis acceptum referre debent, & quicquid privilegiis hisce non acceperunt, id Imperatori & imperio relictum cenſetur, tantùm ergò abeſt ut reſtitutio famæ legibus provincialibus amiſſæ ab ipſis fieri poſſit vel debeat, ut potius ſola hoc caſu gratia Imperatoris & ſufficiat, & requiratur. Nec obſtat *R. J. Spir. de ann. 1526. §. 6.* ad quem provocat *HIPPOLITUS* von Trelſpach im Bedencken der Reichs-Ritterſch. Stand ꝛc. b'tr. *Quæſt. 2. n. 165.* Nam reſp. Licet etiam conceſſerim, vocabulo eine jede Obrigkeit, Nobilitatem quoque Immediatam comprehendi, caſus tamen ibidem aderat planè ſingularis, nimirum cruentus ille Ruſticorum tumultus, quibus gratia delictorum erat facienda, & pœna Rebellionis cunctis in locis condonanda, ut Germania tumultibus hisce mirum in modum lacerata, quieti publicæ tandem reſtitueretur; Unde à ſingular;

(a) Ius reſtituendi famam & legitimandi illegitimos.

gulari hoc caſu, malè aliquis ad reliqua jura reſtituendi famam, & maximè, legitimandi Illegitimos, argumentabitur, neque etiam Status Juris iſtius fundamentum in hoc Receſſu quærere ſolent, ſed Superioritate ſua ſatis tuti ſunt. (II) JUS CONCEDENDI INDUCIAS MORATORIAS, quod Principes & Status Imperii, in iisque & Comites, vi Superioritatis territorialis, quocunque ſe fines territoriorum ſuorum extendant, ſibi attribuere conſtat, idque de ſuis jam temporibus, ingenti Dd. caterva ſtipatus teſtatur *FREUNDEBERG. de Reſcript. morat. Concl. 12. num. 2. ſeqq.* Nobilibus verò Immediatis, ni Privilegia Cæſarea produxerint, ex eadem ratione eſt denegandum: (III) JUS INSTITUENDI GYMNASIA, quo Jure Comites iterùm, prout cæteri Status Imperii liberrimè utuntur, Profeſſores conſtituunt, Jurisdictionem ipſis particularem attribuunt, ut Studioſos recipiant, Collegia aperiant, & omnia peragant, quæ ad uſum Gymnaſiorum pertinent, id quod hodienum ILLUSTRIS GYMNASII HANOVIENSIS exemplo facilè dare poſſumus probatum: Sed an etiam Nobiles Immediati idem jus unquam exercuerint, & Gymnaſia hujusmodi inſtituerint, vel propria Autoritate inſtituere potuerint, adhuc quidem me legere vel audire non memini: (IV) JUS NUNDINARUM PROVINCIALIUM, Jahr-Märckte anzulegen; Olim quidem Comites confirmationem hujus juris nonnunquam ab Impp. petiiſſe, certum eſt, & exemplis ab initio Seculi XIV. adhuc deſumtis probari poſſet; Sed *Exempla hac* (ut verbis utar *Dn THOMASII in Diſſert. de jur. dand. Civit. §. 46.*) *pertinent ad ea tempora, quibus etiam exteri Principes titulum Regium petebant ab Imperatore Romano, quibus Principes Imperii petebant conceſſionem Privilegii, ut iis liceret Molendina extruere &c. Expirarunt illa tempora diu, & hodie cùm alia rerum facies ſit, aquè apte in Scenam producuntur, ac ſi quis Senem ex geſtis in Juventute laudare, atque exinde de adhucdum præſentibus viribus eidem perſuadere vellet.* Hodiè ergo Comites Imperii vigore Superioritatis territorialis propriâ Autoritate Nundinas iſtas minùs ſolennes inſtituunt, omniaque Privilegia neceſſaria Emtoribus ac Venditoribus ibidem liberrimè concedunt, neque ullo hac in re Privilegio habent opus, uti vel ex ſola Wetteravia haud pauca, eaque noviſſima adhuc Exempla exerciti iſtius Juris, & inſtitutarum hujusmodi Nundinarum, facillimè afferre poſſemus; Sed Nobilibus iterum Immediatis,

(b) Ius concedendi Inducias moratorias:

(c) Ius instituendi Gymnaſia:

(d) Ius Nundinarum Provincialium:

Digitized by Google

mediatis, cum Privilegia ipſorum hac de re ſileant, nemo quoque idem jus tam facile eſt conceſſurus; (V) JUS INSTITUENDI COLLEGIA OPIFICUM, idque Comites itidem vi Superioritatis, quâ pollent, territorialis ſibi pleno jure attribuere, nemo neſcit; Siquidem Collegia iſthæc Opificum nova propriâ autoritate in territoriis ſuis inſtituunt, inſtituta confirmant, Statuta ipſorum Opificiaria approbant, vel ſi quid abſurditatis contineant aut publicæ utilitati adverſentur, abolent, omniaque diſponunt, quæ Principes aliàs in terris ſuis de Collegiis hisce diſponere aſſolent: Nobiles Immediati hodiè quidem eodem etiam jure utuntur, ſed quo titulo, ſupra jam brevibus eſt adnotatum. Scilicet arrogarunt ſibi etiam jus propriâ autoritate inſtituendi Collegia Opificum, ſed experti, vel ut ipſi loqui malunt, veriti, ne hæc ſua Collegia Status Imperii, & inprimis Civitates Imperiales, à gratiis & beneficiis artis præcluderent, Tyronesve ac Boëthos, qui ſub hisce Collegiis opificia ſua vel exercuerint, vel didicerint, è Conſortio ſuorum Opificum expellerent, & ita ſtatum ipſorum pacatum diſturbarent, ad Aulam Cæſaream ſeſe converterunt, ibique ann. 1688. ſpeciali obtinuerunt privilegio, ut tales Opifices iis, qui in Statuum territoriis habitarent, per omnia pares haberentur, iisdem gauderent juribus ac beneficiis, & Boëthi Tyronesve nullibi exagitarentur, daß ſie nirgendswo ſollen aufgetrieben werden. Verba ipſius Diplomatis ſupra §. 8. jam dedimus ex *BURGERMEIST. Cod. Diplomat. Equeſtr. tom.* 1. *pag.* 311. & Fränckiſche Ritter-Ordnung und *Privileg. pag.* 231. Quantoperè autem Statuum & maximè Civitatum Imperialium Collegia Opificiaria Nobilibus Immediatis jus iſtud, antequam Privilegio Cæſareo confirmaretur, in dubium vocaverint, ipſa ejusdem Diplomatis verba haud obſcurè innuunt, utpote in quo circa initium ſtatim refertur: Allerunterthänigſt vorgetragen, was geſtalten ſie NB. gemeint (ergò verba, quæ ſequuntur ſecundum opinionem Nobilium ſaltem concepta referuntur ab Imperatore, ac proinde ad probandam Superioritatem quandam, cum non diſpoſitiva ſed relativa tantum ſint, perperam omninò à nonnullis allegantur) Krafft undiſputirlich poſſidirender Regalien, Jurisdiction, auch Ihro und deren Mitgliedren Immedietät, privativen Erbhuldigung der Unterthanen, und der daraus ſich ergebenden Lands-Obrigkeit, ohnbetracht, ob ein oder das ander Mitglied die malefiziſche hohe Obrigkeit, oder das Marck-

(*e*) *Ius inſtituendi Collegia Opificum.*

Recht

Recht habe, oder nicht, in ihren Städten, Flecken, Märckten und Dörffern, theils alt oder vor dieſem ſchon geweſene Zünfften zu erneuern, theils aber von neuem in allerley Handwerckern und Künſten aufzurichten, NB. dabey doch nicht unzeitig beſorgten, es dörfften die Zünffte, ſonderlich die Reichs-Städten, nach ihren auf offenen Reichs-Tägen vielfältig vorgekommenen Exceſs und Mißbräuchen, ſolche unter der Reichs-Ritterſchafft ſich niederlaſſende, oder ſeßhaffte Künſtler und Handwercker, denen Ihrigen nicht gleich halten, und ihre Zünfftig-gelernte Jungen, oder niedergeſetzte Geſellen, unaufgetrieben paſſiren laſſen.

Vel in Iuribus Fiſcalibus & Cameralibus v. g. (a) Iure collectarum:

§. XIII. Ad Fiſcalia tandem & Cameralia pertinet inprimis: (I) JUS COLLECTARUM, quas ſinguli Comites juxta cum Principibus vi Superioritatis territorialis exigunt à ſubditis, non ſolum quando in Comitiis ſunt decretæ, ſed & quoties ſalus ac evidens cujuslibet territorii neceſſitas id exigit, ita tamen, uti LL. Imperii, Conſuetudines, & pacta cum ſubditis fortè inita id admittunt: Nobiles Immediati vi ſpecialium privilegiorum quæ *BURGERMEISTER. Codici ſuo Diplom. Equeſtr. tom.* 1. larga manu inſeruit, jus iſtud collectandi etiam in Corpore, ut ajunt, exercent, & quidem per Directoria & Capitaneatus cujuslibet loci ſive diſtrictus, ad ſolvendum ſubſidium Charitativum, & ferenda onera publica: Num vero quodlibet Membrum aliis etiam de cauſis id in oppidis, vicis, pagis, aut prædiis ſuis immediatis exercere queat? Mihi non conſtat, neque etiam verba Capitulationum Cæſarearum, utpote quæ generaliter ſaltem loquuntur, multò minus allegata *HIPPOLITI* von Treißbach, *cit.* Bedencken. *Quaeſt.* 2. *n.* 150. *ſeqq.* id mihi facile perſuadebunt:

(b) Iure exigendi Vectigalia:

(II) JUS EXIGENDI VECTIGALIA, non quidem ea, quæ Mercium nomine ſolvuntur, de quibus intelligenda *CAPITULAT. CAROLIN. Art.* 8. §. Wann auch einige ꝛc. ſed quæ ad reficiendos Pontes, viasque publicas reparandas, pro equis & rhedis à transeuntibus exiguntur; Hæc enim Statibus Imperii, in iisque & Comitibus per *d. Capitulat.* non prohibita, ſed Superioritati ipſorum territoriali relicta fuiſſe, optimè jam notavit *Dn. KEMMERICH Introd. ad jus publ. lib.* 5. *cap.* 10. §. 66. *& lib.* 7. §. 63. Nobiles Immediati & hoc jure interdum utuntur, non tamen omnes, ſed unus ſaltem vel alter: Non ubivis, ſed ubi id ſpeciali privilegio, uſu, vel alio titulo ſingulari, obtinuerunt: Neque etiam tanta Libertate, ut Comites cæterique Status Imperii.

Hi

Hi namque ſi quid abuſus in exigendo eo committitur, nemini niſi Cæſari & ſummis Imperii tribunalibus rationem reddere tenentur; At Nobiles Immediati, quemadmodum in reliquis rebus ſuis œconomicis, ita & hoc caſu Curæ Deputatorum ſuorum Directrici ſunt ſubjecti, qui providere debent, ne vel ipſi hoc jure abutantur, vel ipſorum Publicani plùs juſto à transeuntibus exigant. Qua de re *Dn. GEYLING. ab ALTHEIM laud. Diſſertat. de Convent. Deputator. Nobilit. cap.* 8. *pag.* 58. *&* 59. præclarè ita diſſerit: *Cum Nobiles Imperii Immediati non minùs ac alii Status in auctoramentum & compenſationem ſumtuum viis publicis, quas tutas commeantibus præſtare tenentur, pontibusque reficiendis impendendorum jus exigendi in Ditionibus ſuis Vectigalia NB. SÆPENUMERO habeant, Curæ Deputatorum Directrici incumbit, quovis modo providere, ut Vectigalia debito loco exſolvantur, ac ne vel novorum teloniorum erectione, vel aliâ quavis ratione, à vicinis potentioribus Nobilium juribus præjudicetur. Caveant porrò, ne publicani plus æquo tributa exigentes & lucrum ex omni cauſa quærentes præponentium Dignitatem fœdent, & pecuniis acerbè conquirendis, plus invidiæ, quam virium colligant.* Confer. Fränckiſche Ritter-Ordnung *tit.* 9. *&* 10. (III) JUS IMPONENDI TRIBUTA ob diſtractionem vini, cereviſiæ, frumenti, carnis, aliarumque rerum, Umgeld, Frucht-Fleiſch- und Krämer-Accis; Quæ Principes, Comites cæteroſque Status Imperii, jure Superioritatis territorialis imponere, nullum ſupereſſe dubium teſtatur *RHETIUS de jur. Acciſar. cap.* 2. *§.* 13. & quidem tali iterum Libertate, qualem Nobiles Immediati, ſi qui fortè eorum juribus hisce gaudent, de ſe prædicare non poſſunt; Quoniam itidem hic præſtò eſt Officium Directorii & Deputatorum Nobilitatis, qui intra terminos ipſos continent, ne ſubditi iſtiusmodi tributis juſto durius premantur, aut facultatibus nimis emungantur: Unde egregiè iterum *Dn. GEYLING ab ALTHEIM cit. cap.* 8. *pag.* 60. *Omnia hæcce*, inquit, *in tantum Deputatorum fidei ac diligentiæ commiſſa cenſemus, ut in exigendis ac colligendis illis auxiliatrices manus Membris præbeant, ne verò hæc citra definitam quantitatem ſubditos premant, & cum lachrymis & Sanguine eorum privatum rerum ſuarum commodum quærant, ſummo ſtudio provideant.* Taceo alia generis ejusdem jura, quæ Status vel ex Superioritate territoriali, vel ſpecialibus Cæſarum Privilegiis derivare ſolent, Nobiles autem Immediati rarò ſibi tribuere poſſunt: Taceo etiam, quod Comites Imperii ad inſtar Principum ſua

(c) Iure imponendi tributa &c.

Digitized by Google

habeant Collegia Cameralia, ſuosque Cameræ Directores, Conſiliarios, Secretarios &c. qui apud Nobiles Immediatos iterùm ignorantur.

(III) De Iuribus circa Negot ſecular. transeuntibus; Sub quibus comprehenditur; (a) Ius Belli, quod Comites exercent, vel ut Status.

§. XIV. Reſtant Negotia Superioritatis territorialis transeuntia, quæ itidem inſignes nobis exhibent Differentias inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos. Huc refertur (I) JUS BELLI; ubi tamen ſermo nobis non erit de temporibus iſtis turbulentis, quibus JUS MANUARIUM, das Fauſt- und Kolben-Recht, uſu adhuc valuerat, ſed de Statu Imperii præſenti, quem Comitibus jus iſtud belli duplici reſpectu tribui videmus. Vel enim conſiderantur ut STATUS IMPERII; Et tunc ſi Bellum Imperii nomine decernendum, quod Imperator nonniſi conſenſu Statuum comitiali ſuſcipere poteſt, inter Suffragantes Status & Comites Imperii ſibi locum vindicant. vid. *I. P. Art.* 8. §. 2. Confer. *CAPITULAT. CAROLIN. Art.* 4. ibique: Wir ſollen und wollen auch . . kein Gezänck, Vehde, noch Krieg, in- und auſſerhalb des Reichs von deſſelben wegen, unter keinerley Vorwand, wie der auch seye, oder Bündnüß mit ihnen machen, es geſchehe dann ſolches mit der Churfürſten / Fürſten und Ständen Conſens auf offenem Reichstag / oder zum wenigſten der ſämtlichen Churfürſten Vorwiſſen. Confer. *EYBEN. de jur. Belli* §. 2. *lit. e.* Si ad ſuſcipiendum iſtud bellum Exercitus Imperii nomine eſt colligendus, delectusve Militum per Circulos inſtituendus, cuique Statuum, in iisque & Comitibus, Portio ſua vel numerus Militum, das Reichs-Contingent, aſſignatur. Confer. *AUTOR MEDITAT. ad I. P. Art.* 8. §. 2. *lit. G. pag.* 884. Et ſi contra Statum Imperii vel Subditos ejus refractarios Executio ab Imperatore decernitur, eaque vel eidem Circulo, vel præter eum vicino quoque demandatur, inter Copias iſtas Circulares, denen Crayß-Trouppen, Comites etiam certum ſuum Militum numerum habere, vel noviſſimâ adhuc contra Subditos Naſſovio-Sarapontanos Executione factâ docemur: Vel conſiderantur ut DOMINI TERRITORIALES; Et ibi iterùm Jus iſtud belli ſecundum proportionem terrarum ſuarum, & modum in LL. Imp. præſcriptum, vigore Superioritatis territorialis exercent, Milites in territoriis ſuis conſcribunt, iisque varios, quantum opus eſt, Officiales ex ipſa plerumque Nobilitate tam immediata quam mediata præficiunt: Fortalitia in territoriis ſuis, niſi id fiat in æmulationem vel aliud quid obſtet, liberè extruunt, atque mu-

vel ut Domini territoriales;

muniunt, vetera reficiunt Præſidiisque firmant, vid. *AUTOR. MEDITAT. ad I. P. cit. loc. lit. H. Dn. THOMAS. de jure dand. Civit.* §. 37. ad eaque perficienda ac conſervanda Subditos, ut contribuant, jure Superioritatis cogunt, idque ſecundum *R. I. noviſſ.* §.180. Sonderlich aber ſollen jedes Churfürſten und Stands Landſaſſen, Unterthanen und Burger zu Beſetz- und Erhaltung der einem oder andern Reichs-Stand zugehörigen nöthigen Veſtungen, Plätzen und Guarniſonen, ihren Lands-Fürſten, Herrſchafften und Obern mit hülfflichem Beytrag gehorſamlich an Hand zu gehen ſchuldig ſeyn. Confer. *AUTOR. MEDITAT. ad Capit. Joſeph. Art.* 3. *lit. rr. pag.* 81. Et ut omnia paucis comprehendam: Comites haud aliter, ac cæteri Status Imperii, jus iſtud belli, & quæ porrò inde derivantur, vi Superioritatis territorialis hodienùm eatenus exercent, quatenus illud ad conſervationem & ſecuritatem terrarum ſuarum, utile judicant ac neceſſarium: At Nobilibus Immediatis jus belli neutro reſpectu eſt tribuendum. Non PRIORI, quoniam non ſunt Status, neque præter ſubſidium ſuum Charitativum, quicquam oneris ferunt, adeoque etiam in bello Imperii nomine decernendo, vel Executione contra Statum refractarium ſuſcipienda, nulla ipſorum habetur ratio: Non POSTERIORI, ſiquidem LL. Imperii, quoties de hoc loquuntur, Statuum ſaltem faciunt mentionem, jus verò Belli & Armandiæ Nobilibus Immediatis nullibi tribuitur, unde & ipſi neque Fortalitia, neque Militem perpetuum habent, ſed Directores & Deputati, in exigendo ſubſidio Charitativo executionem contra moroſa Membra ſuſcepturi, vel delinquentem quendam Nobilem cuſtodiæ tradituri, Milites plerumque ab ipſo Imperatore petere ſolent, qua de re noviſſima adhuc, ſi opus eſſet, exempla producere poſſem. Nec obſtat, quod tamen olim, cum turbida illa Diffidationum tempora adhuc durarent, jus iſtud belli ſatis ſuperque exercuerint, & Caſtella nonnunquam habuerint haud vulgariter munita; Deſiêrunt enim illa tempora jam diu, expirarunt ſtabilitâ Pace publicâ Diffidationes, Caſtella montana, quæ tamen nomen Fortalitiorum hodiè vix merentur, ſunt diruta, Statusque Imperii in Ordinem redactus, quam ob rem hodiè fundamentum hujus juris, vel in Legibus Imperii, Statibus Superioritatem territorialem confirmantibus, vel in Privilegiis Cæſareis quærendum, quibus hoc loco de Nobilitate Immediata tacentibus, & nos tacere oportet. Affine huic eſt

Nobiles vero immediati neutro reſpectu.

(b) *Ius Fœderum;* (II) JUS FOEDERUM, quæ Status Imperii ſinguli pro ſua conſervatione ac ſecuritate, non ſolum cum aliis Imperii Statibus, ſed exteris etiam, modo ne ſint contra Imperatorem & Imperium, liberè hodiè ineunt, adeò ut ne conſenſus quidem Cæſaris requiratur, idque in *CAPITULAT. CAROLIN. Art. 6.* his firmatur verbis: So viel aber **die Stände des Reichs insgemein** be⸗langet, ſolle denenſelben allen und jeden das Recht Bündnüß unter ſich und mit Auswärtigen zu ihrer Sicherheit und Wohlfarth zu ma⸗chen, dergeſtalt frey bleiben, daß ſolche Bündnüſſe nicht wider den regierenden Römiſchen Kayſer und das Reich, noch wider den all⸗gemeinen Land⸗Frieden, und Münſter⸗ und Oßnabrückiſchen Frie⸗dens⸗Schluß ſey, und daß diß all nach laut deſſelben und unver⸗letzt des Eyds geſchehe, womit ein jeder Stand dem regierenden Römiſchen Kayſer und dem Heiligen Römiſchen Reich verwand iſt. Eandem verò Libertatem de Nobilibus Immediatis affirmare non auſim. Provocat quidem *HIPPOLITUS* von Treißpach *cit. Quæſt. 2. n.* 159. ad Ordinat. Equeſtr. Suev. art. 34. Sollen und wollen wir unſern Ausſchuß, NB. **doch anders nit/ dann auf der Röm. Kayſerlichen Majeſtät allergnedigiſt** Ratification **und Wolgefallen**/ weiter berathſchlagen und erwegen laſ⸗ſen, wie und welchermaſſen wir uns zu recht aufhalten/ unſer Noth⸗durfft verantwortlicher Weiß, bedencken, und ob ſich alsdann **mit Ihrer Kayſerlichen Majeſtät oder auf derſelben allergne⸗digiſte Bewilligung**, einem oder mehr Fürſtlichem Hauß, ein Anzal F: r ⸗ • • in ein Verſtentnüß zu begeben ſey. Sed eadem verba ſatis clarè innuunt, Nobilitatem Immediatam jus fœderum ineundorum tum non aliter, niſi accedente Cæſaris conſenſu & confirmatione, exercuiſſe: Neque mutatum quicquam hac in re in Legibus Imperii recentioribus invenitur, quippe & *INSTRUM. PACIS Art. 8. §. 2.* nec non *CAPITULAT. JOSEPHIN. Art.* 10. &, quam jamjam allegavimus, *CAROLIN. cit. Art. 6.* Statuum unicè faciunt mentionem, omiſsâ illâ, qua Nobilitas Immediata aliàs includi ſolet, Parentheſi: Deinde etiam id tam facile non eſt præſumendum, ſupra enim ex Actis pacis religioſæ jam obſervavimus, & ipſa quoque verba Literarum AUGUSTISS. CAROLI VI. Imper. ad Status, Circuli Rhenani ſuperioris de ann. 1716. apud *BURGERMEIST. Cod. Diplom. Equeſtr. tom. 1. pag.* 1303. Daß man unſere und des Reichs ohnmit⸗telbare Ritterſchafften, deren Unterthanen und Vermögen, welche NB. **Kundbarlich einem jeden Römiſchen Kayſer ſelbſt**

und

und allein gehörig: Docent, Nobiles Immediatos eximiæ iſtius Libertatis, qua Status Imperii gaudent, non eſſe participes, ſed adſtrictiori omninò Vinculo, ceu ſingulare quoddam peculium, vindicari ab Imperatoribus, qui ſane! tantam in fœderibus ineundis Libertatem, tam facile ipſis non ſunt conceſſuri, ut ea inſciis quoque Imperatoribus cum aliis panpere, adeoque laxius quodammodo Vinculum iſtud reddere queant. Sequitur denique (III) JUS LEGATIONUM, ſive mittendi & recipiendi Legatos; (c) Quod Comites Imperii & ſinguli & conjunctì, & quâ Status & quâ Domini territoriales, Legatos ſuos ad Imperatorem, Status, nec non exteros Reges & Reſpublicas mittant, quotidiana Praxis, & infinita exempla paſſim obvia, abundè teſtantur, idemque non ſolum egregiè atque ſolidè edocuit Collegii Wetteravici Legatus Per-Illuſtris Dominus *Fridericus Chriſtianus L. B. ab Edelsheim* b. m. ann. 1710. ad Congreſſus ſolennes condendæ pacis cauſa in Hollandia inſtitutos miſſus, in Deductione Gallico idiomate conſcripta, & pleno Ordinum generalium conventui oblata, quam vide apud *Dn. LUNIG Theſaur. jur. Comit. part. 3. cap. 16. num. 7. pag. 791. ſeqq.* adeò ut Fœderati Belgæ in Declaratione, qua ipſum ad Tractatus pacis admiſerunt, his uterentur verbis: *Is goed gefanden, en de verſtaen, dat gemelte Vryheer van Edelsheim in de voorſc. qualiteyt van ENVOYE van gem Wetterauſche Gravenſtand ſal vverden erkent, en aen denſelven Commiſſariſſen toe gevolght, als hy die ſal verſœcken.* Sed & Decreto Cancellariæ Imperialis Aulicæ de 5 Jun. 1722. die Sperr-Freyheit am Kayſerl. Hof betr. upud *Dn. LUNIG cit. loc. num. 8. pag. 801.* noviſſimè & quidem his verbis confirmatur: Indeme nun denen Reichs-Grafen und Ihren bey dem Kayſerlichen Hoff-Lager seyenden Abgeſandten ſolche Freyheit, da zumahln ihnen ſelbige vor dieſem geſtattet worden, aus denen in oben angezogener Bylage enthaltenen Reichs Stand-mäßgien und andern erheblichen Urſachen ohne anderweite Beklagung nicht wohl wird verſaget werden können, und ſie dißfals gleichſam **aus berg brachter** *Collegiat*-**Fürſten**-*Prærogativ* an dem Kayſerlichen Hof-Lager und Thron, in ihrem Jure ablegationum geſetzet zu ſeyn, ſich würden zu beſchweren haben; Als wird der Löbliche Kayſerliche Hof-Kriegs-Rath die Billigkeit und Folge ſolches Reichs-Gräflichen Collegial-Geſuchs von ſelbſt zu betrachten und gehöriger Orthen zu verfugen belieben, damit ins künfftig die regierende Reichs-Grafen und ihre am Kayſer-

(c) *Jus Legationum.*

 ſer-

ſerlichen Hof-Lager ſtehende Abgeſandte und deren Bediente denen Fürſtlichen in der Sperr-Freyheit bey denen Stadt-Thoren gleich gehalten werden. Et quod eodem etiam modo ab ipſis Legatos recipiant, nullum ſupereſſe dubium arbitratur *KULPIS. de Legat. Stat. Imper. cap.* 23. §. 8. ajens: *Singulos Status ab Imperatore, Regibus, Principibus, Rebuspublicis, omnibus, ad quos illi ſolent mittere, recipere viciſſim, notius eſt, quam ut amplius debeat explicari.* Idque quam plurimis, ſi opus eſſet, de Comitibus confirmare poſſemus exemplis, ſed uno jam ex Hiſtoria patria deſumto quod vide in *SUPPLEM. num.* 62 & 63. nobis liceat eſſe contentis: Anno 1632 & 1634 REX CHRISTIANISSIMUS LUDOVICUS XIII. Legatum ſuum *Dominum de la Grange* iterata vice miſit ad WOLFGANGUM HENRICUM COMITEM YSENBURGICUM, quem ipſe Comes non ſolum Offenbaci recepit, ſed in Literis etiam, ut dicunt, Credentialibus, à Rege his cohoneſtatus eſt verbis: *Il vous aſſurera au reſte de mon affection & bienveillance en voſtre endroit, ſur quoy & ſur tout ce qu'il Vous dira de ma part, Je vous convie de prendre en luis creance entiere, priant ſur ce Dieu, qu'il vous aye, MON COUSIN, en ſa St. Garde.* Quo Honore, an Nobilis quidam Immediatus, quâ Nobilis, unquam fuerit affectus? haud immeritò dubito; Et licet jus mittendi Legatos ipſis non ſit negandum, inſignis tamen adhuc inter eos & Comites Imperii obſervatur Differentia. Comites enim jus iſtud non ſolum univerſi, ſed & ſinguli exercent; Nobiles verò Immediati ſaltem in Corpore, h. e. vel univerſum Nobilitatis Corpus, vel ſingulæ Claſſes Legatos mittere poſſunt, *KULPIS. cit. tr. cap.* 8. §. 17. Illis jus mittendi Legatos competit vi Superioritatis territorialis. *KULPIS. d. l. cap.* 6. §. 9. His verò peculiari obſervantia; niſi ſtatuere velis, Nobiles Immediatos etiam Superioritatem territorialem ſaltem exercere in Corpore. Aliam denique adhuc Differentiam vide apud *AUTOR. MEDITAT. ad Capitulat. Joſeph. Art.* 38. *lit. a. pag.* 319.

Adhibito monito de catalogo Iurium Nobil. Imm. caute formando.

§. XV. Atque ſic etiam potiora Superioritatis territorialis Jura, quæ paululum accuratius examinanda erant, abſolvimus; Potuiſſemus utique prolixiores eſſe, & longè adhuc plura Jurium territorialium exempla afferre, niſi vel hactenus adducta ſufficerent ad probandum id, quod probare ſuſcepimus. Nimirum diu multumque diſputatur inter Dd. Juriſpublici, an Nobiles Immediati habeant Superioritatem? multa ſpecioſa, vel ex Immedietate,

Digitized by Google

dietate, vel è Capitulationibus Cæſareis, vel etiam aliunde afferuntur argumenta: Prolixus inde formatur diſcurſus, & numeroſâ Doctorum conſentientium allegatione firmatur; Sed omnia hæcce tamdiu gratis omninò dicuntur, quamdiu circa generalia ſaltem ſubſiſtimus, quamdiu ad ſpeciales Superioritatis territorialis partes propiûs non accedimus, aut in ipſos inquirimus fontes, unde hoc vel illud jus ſit derivandum: Hos ergò, eâ quâ fieri potuit, brevitate indicare neceſſarium duximus, ut inde conſtet, multa, quæ Comites Imperii vi Superioritatis territorialis ſibi vindicant jura, Nobiles Immediatos vel plane non habere, vel ſi qua habent, ea tamen Privilegiis Cæſareis aliisve titulis ſingularibus unicè eſſe adſcribenda, adeoque regulam *HERTII de Sp. Reb. publ.* §. 8. *Quod res morales, non melius, quam ex operationibus cognoſci poſſint*, in iis, quæ Originem reſpiciunt, admodum eſſe debilem & infirmam, nec ullum hîc invenire locum, aut ſi inveniret, eandem tamen meliori adhuc jure contra ipſos Nobiles Immediatos retorqueri poſſe. Confer. *Dn. MULLER.* vom *Diſpenſations-*Recht *lib.* 1. *cap.* 17. §. 6. Operoſi alias ſunt *HIPPOLITUS* von Trenßbach & *LENDERSHEIMIUS* in dilatando Catalogo Jurium ac Privilegiorum Nobilitatis Immediatæ: Facile ab ipſis aſſeritur, Nobiles Immediatos tantùm poſſe in ſuis terris, quantum Imperator in Imperio, quantum alii Principes & Status in ſuis territoriis; Sed æquè facile ipſi hactenus adductis ſui, ut modeſtè loquar, Erroris convincuntur, quippe qui fontes ſæpiùs adeunt non adeò limpidos, & Doctorum, quos conſulunt, Sententiis falſum nonnunquam affingere ſenſum non dubitant. Uno id demonſtrabimus exemplo: Jus condendi Leges ac Statuta adſcribunt Nobilibus Immediatis, eumque in finem præter alios etiam allegant *FICHARDI Conſil. latin.* 2. *n* 2, cum tamen FICHARDUS ibidem ſaltem agat de pactis familiarum ſucceſſoris; Ut adeò aſſerere non dubitem, ſi accuratiori pauliſper oculo examinetur, non quid *JASON, BARTOLUS, RAPHAEL, JACOBINUS de S. GEORG.* & alii hujus farinæ ſexcenti, ſed quid Leges Imperii, Privilegia Cæſarea, & fundata in ipſis Praxis, loquantur, multa forſitan ex eorum Catalogis adhuc eſſe expungenda. His ergò nequicquam obſtantibus, regula manet firmiſſima: *Quemadmodum Comites cæterique Status Imperii Superioritate territoriali Legibus Imperii fundamentalibus conceſſa ac firmata gaudent, ejusque vi præſumtionem poſſeſſionis omnium*

jurium

Digitized by Google

jurium territorialium pro ſe habent, niſi quatenus contrarium ſpeciatim doceatur; Ita contra Nobiles Immediati neque eandem Superioritatem Legibus firmatam habent, nec eandem ſibi tribuere poſſunt præſumtionem, ſed in genere tantum ſolummodo jurium territorialium poſſidere cenſentur, quantum probant.

Refutantur objectiones FELTZIANÆ,

§. XVI. Hâc proinde regulâ contentus tutò hîc iterum ſubſiſtere, & ad SECTIONEM ULTIMAM progredi poſſem; Verùm novus interim prodiit ANTAGONISTA, qui novis, ut ait, argumentis integram hanc SECTIONEM SECUNDAM deſtruere, & Nobilitati immediatæ ſuperioritatem territorialem ſemel adſertam, denuò vindicare conatus eſt. Cum enim *ann.* 1724. *die* 25. *Jul.* priorem hujus tractatus editionem ſolenni Eruditorum examini Argentorati ſubmitterem, *Vir ampliſſimus atque Conſultiſſimus Dn. JOH. HENRICUS FELTZ, Profeſſor Juris ibidem primarius, & Capituli Thomani Canonicus ſenior, Fautor atque Patronus meus venerandus*, ratus me omnem hunc laborem refellendis ſuis diſſertationibus, de Nobilitate immediata conſcriptis, ſuppreſſo licet nomine, dicaſſe, & privatim, & publicè, amicum mihi bellum denuntiavit; Stetit promiſſis *Vir Conſultiſſimus*: Conſcripſit Diſſertationem ſub rubr. *Superioritas territorialis Nobilitati S. R. I. Immediatæ denuò adſerta, & ab objectionibus adverſariorum vindicata*, *ann.* 1725. *die* 9. *Octobr.* Reſpondente *Dn. PHILIPP. JACOB. REHM*, amico meo in paucis chariſſimo, eandemque itidem Argentorati habuit: Quid! quod in fine ejusdem Diſſertationis ipſe mihi locum inter Amicos ſuos conceſſit. Gratulor mihi de tanto amico, imò potius Fautore, & cum amicorum præcipuum ſit officium, ab omni aſſentatione, quæ maxima in amicitiis peſtis eſt, penitus eſſe alienum, ingenuè quoque fateor, me, quod in ejus diſſertatione diſplicet, ſalvâ ubique amicitiâ iſthac noſtrâ, aperto ſemper pectore dicturum. Diſplicet autem imprimis, quod hujus tractatus SECTIONEM PRIMAM intactam reliquerit, & SECUNDAM, quæ tamen PRIMÆ innititur, ſtatim fuerit aggreſſus, unde non poterat non minùs accurate procedere, & vel verbis meis falſum affingere ſenſum, vel odioſam illam principii petitionem, deſtructo nondum principio, obvertere. Ipſe namque genuinum Superioritatis territorialis fundamentum quærit in immedietate, tum perſonæ, tum territorii; Ego verò per totam SECTIO-

SECTIONEM PRIMAM oſtendi, ea, quæ de antiqua illa Nobilium eorumque prædiorum libertate & immedietate prædicantur, ſuavia ſaltem eſſe, & doctiſſimi GEMMINGII, & ipſius ANTAGONISTÆ noſtri, aliorumque ſomnia, & mera figmenta: Oſtendi etiam hac SECTIONE SECUNDA haud uno loco, Nobiles illos, qui tandem ad aliquam pervenerunt immedietatem, nunquam tamen ad eximiam illam Statuum libertatem ejusque faſtigium aſcendiſſe, ſed duriori omninò vinculo, ceu ſingulare quoddam peculium, in poteſtate manſiſſe Imperatorum, ab iisque ad hunc usque diem eodem adhuc peculii nomine vindicari: Inprimis verò *à* §. 1. *ad* §. 8. prolixè oſtendi, quomodo jus ſuffragii & ſuperioritas territorialis ex ſola illa libertate Statuum eximia, quam etiam characterem ſtatus vocamus, ſint derivandæ, & quomodo contrà Nobilitas Immediata libertatis iſtius eximiæ (quod omninò contra naturam peculii foret) nunquam, adeoque nec juris ſuffragii, nec ſuperioritatis territorialis, fuerit particeps. Hanc inter immedietatem Statuum Imperii, & immedietatem Nobilitatis immediatæ, vel potiùs inter libertatem ſtatuum EXIMIAM, & libertatem COMMUNEM, qua Nobiles immediati, Aſſeſſores Cameræ imperialis, aliique gaudent, differentiam inſignem egregiè jam ante me notavit *Illuſtr. L. B. de LYNCKER b. m. in Diſſert. de libertat. ſtat. Imper. ſect.* 1, §. 2. *pag. m.* 9. dum ait: *Quamvis autem immediati quoque fruantur nonnullis juribus & prærogativis, quæ ad jura libertatis Statuum referimus. Quia tamen non utique effectus ſimiles attendendi veniunt; ſed ad rationem formalem, & quâ causâ quisque facultate quapiam utatur, intueri oportet: Hinc ea in iisdem NB non tam ad Libertatem illam EXIMIAM, quæ Statibus competit, quam ad EAM, quæ poſthac ſimplici conventione aut privilegio acquiſita eſt, referri debent: Quo circa etiam juribus iſtis, quæ ex numero jurium Libertatis, & ad eum penè modum tenent, cum plenitudine illa, qua Statibus competunt, nequaquam fruuntur; ſed iſta intra fines conventionis & privilegii ſingularis coërcentur. Sic v. c. Nobiles immediati Auguſt. Conf. ficta illa paritate Aſſeſſorum utriusque Religionis in judicio Cæſ. Aulico non fruuntur, quamvis in religionis Libertatem recepti ſint: Et iſta tamen Status utique manet.* Nihil proinde magis fuiſſet neceſſarium, quam

ut eandem Statuum Libertatem & Nobilibus immediatis vindicaſſet, ipſos ab adſtrictiori illo peculii nexu liberaſſet, & prolata à me ſolidis iterum argumentis deſtruxiſſet, hoc enim facto meo me gladio jugulaſſet, atque tam prolixis ſuperioritatis territorialis Nobilitati adſertæ vindiciis non habuiſſet opus. Verùm omnia iſthæc ſicco præterit pede, principium meum intactum relinquit, & regulam ex eodem principio formatam ſtatim aggreditur, ad diſtinctiunculas metaphyſicas, quas in tam eleganti argumento nunquam quæſiiſſem, prolabitur, & petere id, quod in principio eſſe putat, quam ipſum principium, adhuc ſalvum, deſtruere mavult. Spem mihi fecit, *Vir Conſultiſſimus*, ſe horas ſubſecivas reliquis diſſertationis meæ partibus adhuc refellendis dicaturum, atque ut ne moram ægrè ferrem, me precatus eſt: At ego eundem precor, ſi quid porrò refellere velit, ut philoſophicè, hoc eſt ipſo Interprete, accuratè procedat, deſtruat ante omnia principium, & tum demum concluſionibus ex eodem formatis, principii petitionem objiciat. Quamdiu enim Nobilitatem immediatam ante interregnum à medietatis jugo, & poſt illud ab arctiori illo PECULII nexu non liberat, eique libertatem ſtatuum eximiam, ex qua jus ſuffragii & ſuperioritas territorialis profluxere, vindicat, tamdiu etiam omnes ipſius vindiciæ in fumum abeunt, & vindiciarum iſtud ædificium, ſolido fundamento deſtitutum corruit. Sed age! videamus ipſa argumenta.

Deſumta: §. XVII. Abſolvit *Vir Conſultiſſimus* Vindicias ſuas duabus PARTIBUS, GENERALI videlicet, qua fundamentum ſuperioritatis territorialis examinat, & SPECIALI, qua ſingula ſuperioritatis territorialis jura perluſtrat; Illam in duas iterum diviſit SECTIONES, quarum PRIORE fundamentum ſuperioritatis territorialis in libertate ſtatuum eximia & Charactere ſtatus, à me poſitum deſtruere, POSTERIORE verò fundamentum iſtud ſoli immedietati perſonæ & territorii vindicare conatur. Ad PRIOREM ergò SECTIONEM PARTIS GENERALIS quod attinet, variis contra me argumentis utitur, quorum PRIMUM ac ferè præcipuum deſumſit è venerabili METAPHYSICA. Cum enim *Sect.* 2. §. 1. dixiſſem, *jus ſuffragii & ſuperioritatem territorialem fluere ex charactere ſtatus*, & §. 7. adhibuiſſem, *ſuperioritatem territorialem deduci ex ſolo charactere ſtatus*, *& pro-*

(1) è venerabili Metaphyſica:

propriam affectionem & NB. NB. ESSENTIALE CONSECUTIVUM Statuum Imperii haud immeritò vocari à Dd. juriſpublici; Cauſam invenit Dn. VINDEX, quamobrem vel ad abſurdum me deduceret, vel ſaltem ignorantiam quandam terminorum metaphyſicorum mihi exprobraret, adeoque cauſam principalem præteriit, & ad minutias prolapſus eſt ontologicas, quod Galli dicunt: *s'amuſer à la bagatelle.* Sane! quum ingentem illum terminorum metaphyſicorum cumulum, quem vel unâ *pag.* 5. attulerat ANTAGONISTA noſter, primâ vice intuerer, animo ſtatim frangebar; modo enim eſſentiale conſtitutivum, jam eſſentiale conſecutivum, nunc proprium quarti modi (horrendum terminorum genus!) animum meum ubique ferè anguſtiis locorum claudebant, ac præterea illuſtrationibus animalitatis, rationalitatis, & τȣ͂ riſibilis in homine, ita me circumfuſum videbam, ut nullam omninò ſpem evadendi mihi relictam arbitrarer. Faterer quidem, ita porrò cogitabam, ingenuè, me ſubtilitatum metaphyſicarum penitùs eſſe ignarum, atque uſum harum diſtinctionum nondum ſatis capere; At hanc evadendi viam procul dubio ignominioſam declarabunt Metaphyſici: Sit ita, declarent me idiotam ontologicum, modo ne amplius tricis ſuis inanibus animum meum diſturbent. Conſolabatur fractum, ſi diis placet, animum, doctiſſimus *JOACHIM. LANG. in medicin. ment. append. de ſupervacuis cap.* 5. §. 25. *pag.* 714. ajens: *Si quos amice Lector, præter eos, qui hactenus exhibiti ſunt, audiveris terminos, canones, diſtinctionesque ontologicas, adeò obſcuras, intricatas, & barbaras, ut naturali rationis vi eas non ſtatim intelligere poſſis, barbara barbaris, ſpinoſa ſpinoſis, relinque, & tutò ſperne. Nulla enim teneris lege, perplexe loqui, & per grallas incedere: Metaphyſicus autem per ipſum etiam jus naturæ & gentium obſtrictus eſt loqui, quod res eſt, & relictis grallis tecum naturaliter incedere.* Atque hæ erant cogitationes priores; Poſtquam verò argumenta illa ontologica paululùm accuratiùs inſpexeram, aliter etiam ſentiebam, atque timor, quo animus priùs erat perculſus, confeſtim evaneſcebat. Veneror, certum eſt, Metaphyſicam, venerabile iſtud ENS, idque eâdem, quâ totam philoſophiam ſcholaſticam, amplector veneratione, quamdiu ſcilicet venditatur tanquam *Scientia circa ENS, quatenus*

Digitized by Google

nus ENS, uti eam definit venerandus metaphyſicus *GOTFRID. ZAPFFIUS in Philoſoph. nov. method. tabul. incluſ. tab. 3.* Aſt quamprimùm metaphyſica extra cancellos egreditur, aliisve ſcientiis, vel inprimis juripublico tricas ſuas inanes obtrudere audet, ferenda amplius non eſt, ſed potius ad ultimos Garamantes releganda, quoniam hoc caſu *Metaphyſica eſt ENS, in aliis diſciplinis uſum minimum, in jure verò & privato, & publico, nullum producens, ſanamque rationem confundens.* Cui hæc fortè nimis dura videntur, is evolvat, velim, laudatum *JOACHIM. LANG. cit. cap. 5. pag.* 702. ubi ita: *Et hæc*, inquit, *eſt ſublimis illa metaphyſica, ſive cerebroſa illa ontologia, quæ eundem habet locum ac uſum inter diſciplinas philoſophicas, quem habet crembalum inter inſtrumenta muſica.* Novimus, quam miſerè olim Theologia noſtra tricis iſtis metaphyſicis fuerit dilacerata, & quam contentioſum tandem Scholaſticum illud Theologiæ genus factum, docente id eod. *LANGIO cit. Tr. pag.* 445. *ſeqq.* nec meliora fata expertam fuiſſe jurisprudentiam noſtram novimus; at deſinunt hodiè inſipere Jureconſulti, ineptiasve iſtas ſcholaſticas rident cum *B. LUDOVICI in Diſſert. de Jureconſulto ſine lege loquente* §. 23. Deſinamus ergò & nos utiliſſimum Jurispublici ſtudium, inutiliſſimis metaphyſicorum tricis, atque minutiis commaculare; Incedamus potiùs eâ viâ, quam ſana nobis ratio oſtendit. Si enim recta patet via, quid quæſo! opus eſt, ambulare per anfractus metaphyſicos? Tutò proinde omnes iſtas objectiones ontologicas ſpernere, atque ſilentio præterire poſſem; Verum ne metaphyſici ante victoriam me triumphent, paucis adhuc examinandæ ſunt. Et quidem dum ANTAGONISTA noſter *pag.* 5. ait: *Quod ſi jam hæc ad materiam ſubſtratam quam præ manibus habemus, adplicentur, manifeſtum erit, jus ſuffragii comitialis, NB. cum ex ipſorummet opinione CONSTITUAT Statum, non magis poſſe philoſophicè, adeoque accurate loquendo, dici fluere ex charactere Status, quam animalitatem & rationalitatem fluere ex natura hominis; ſed, ſicuti animalitas & rationalitas faciunt eſſentiale conſtitutivum hominis, ita jus ſuffragii eodem titulo venire debet reſpectu Status Imperii.* Reſpondeo: (a) Falſa mihi affingi, neque ullibi me dicere memini, quod jus ſuffragii comitialis CONSTITUAT Statum, ſed inverſo plane ordine, quod ex cha-

charactere Status, ſive libertate Statuum eximia, derivetur & jus ſuffragii, & ſuperioritas territorialis; Et tamen non dubitat ANTAGONISTA ſententiam meam abſurditatis inde arguere? Quinimò ponamus, me aliquando hoc vocabulo CONSTITUAT eo ſenſu, quo Germani dicunt außmachen, fuiſſe uſum, quid quæſo? id aliud eſſet, quam verba ſine ratione captare, quod an accurati ſit Philoſophi, judicent ipſi accuratiſſimi Metaphyſici: (b) ineptè animalitas & rationalitas in homine, dicitur eſſentiale conſtitutivum hominis, id quod prolixè oſtendit *FLENDER. in phosphor. philoſoph. ſive Commentar. ad Claubergii logicam contract. §. 130. lit. b. pag. m. 186. & 187.* adeoque & inepta eſt animalitatis & rationalitatis iſtius ad jus ſuffragii applicatio. Pergit ANTAGONISTA *ead. pag. Superioritatem autem territorialem nec eſſentiale conſtitutivum, nec eſſentiale conſecutivum Statuum Imperii eſſe, facile demonſtratur ex eo, quod non reciprocetur cum Statu Imperii, quod tamen omninò neceſſarium in eſſentiali, ſive conſtituat rem, ſive rem conſtitutam ſequatur.* Verùm reſpondeo: (a) Nec me unquam Superioritatem territorialem, neque eſſentiale conſtitutivum, nec eſſentiale conſecutivum appellaſſe, ſed poſterius vocabulum ex aliis ſaltem Doctoribus Jurispublici adduxiſſe, ut oſtenderem, quam arctum quoque nexum inter characterem ſtatus & ſuperioritatem territorialem jam alii agnoverint, de metaphyſica cæterum hujus vocabuli ſignificatione parùm ſolicitus. (b) Reciprocatur omninò ſuperioritas territorialis cum Statu Imperii, ſi ſcilicet cum Philoſopho pauliſper philoſophari licet. Adſunt quidem exempla Abbatum & Abbatiſſarum, iisque certiſſimum redditur, dari Status, qui ſuperioritatem territorialem nullam habent; ſed exempla hæc ſaltem evincunt, Abbates iſtos atque Abbatiſſas, deficiente territorio immediato, ſuperioritatem non habere ACTU talem. Jam verò beneficio venerandæ metaphyſices aliam adhuc habemus ſuperioritatem, nempe POTENTIA talem, quam nemo, opinor, Statibus hisce denegabit. Quemadmodum enim Nobiles immediati, ex ſententia ANTAGONISTÆ noſtri, Status ſunt, licet POTENTIA tales, ita etiam hæc ſuperioritas ex eodem principio dicenda eſſet ſuperioritas, utut Statibus iſtis ACTU PRIMO ſaltem competeret. Superioritas proinde territorialis ſemper reciprocari poteſt cum ſtatu Imperii, non quidem ſemper ACTU,

Digitized by Google

at ſemper ad minimum POTENTIA talis. Sed mittamus ineptias iſtas metaphyſicas.

(2) ab exemplo eorum, qui jure ſuffragii gaudent, ſuperioritatem verò territorialem non habent:

§. XIIX. SECUNDUM argumentum deduxit ab exemplo eorum Statuum Imperii, qui quidem indubiè gaudent jure ſuffragii in Comitiis, ſuperioritatem verò territorialem habent nullam, ajens *pag.* 6. *Certiſſimum enim eſt, ac omnibus notum, dari Status, qui ſuperioritatem territorialem nullam habent; uti ſunt ex. gr. Abbates S. Emmerani Ratisbonæ, SS. Ulrici & Afræ Auguſtæ Vindelicorum, Abbatiſſæ ſuperioris & inferioris Monaſteriorum itidem Ratisbonæ, Abbatiſſæ item Buchovienſis, Baindtenſis, Lindavienſis; quæ inter Prælatos ad vota curiata concurrunt, nullos tamen habent ſubditos, nullum extra Monaſterium ſuum territorium immediatum.* Verùm ea eſt nonnullorum juris publici Doctorum perverſa methodus, ut veterem patriæ noſtræ hiſtoriam plerumque negligentes, circa recentiora ſaltem tempora ſubſiſtant, atque ſtatum Imperii antiquum pede recentioris metiantur, unde non poſſunt non, neglecto hiſtoriæ genuinæ lumine cæcutire, ſibique peculiarem quendam in cerebro ſtatum Imperii proprio auſu efformare. Quid COCCEJUS, TITIUS aliique ſummi aliàs viri, hac in re præſtiterint, notum eſt. Procedunt ulteriùs, atque exceptione, ſi quam hodiè fortè inveniunt, ipſam regulam, per tot ſecula obſervatam, ac in ipſo Imperii nexu ſtabilitam, infringere conantur, id quod fecit *ANTAGONISTA noſter.* Verſamur hîc circa quæſtionem: *An libertas ſtatuum eximia, ſive character ſtatus, ſit genuinum, ſuperioritatis territorialis, ejusve cum jure ſuffragii nexus, fundamentum?* Quam ille adductis exemplis negandam, nos verò conſtantiſſimè adhuc affirmandam, eamque ex ipſa hujus libertatis natura & qualitate derivandam cenſemus. Conſiſtit illa Libertas Statuum eximia in eo, quod Proceres Imperii, poſtquam plurimæ illæ Germanorum Reſpublicæ in unum tandem corpus coaluerunt, nunquam ſe unius Imperio, obſequio planè atque abſolutè monarchico ſubjecerint, ſed ſemper aliquid de ſumma poteſtate participaverint, atque ita in negotiis Imperii publicis locum coimperantium ſibi ſervaverint, domi verò magnâ ſuis præfuerint auctoritate. Vigore enim libertatis iſtius eximiæ ſoli Status Imperii ſuffragia ſua ferebant in Comitiis, id quod *Sect.* 1. per ſingulas epochas, & *hac Sect.* 2. *à* §. 1. *ad* §. 8. latiùs dedimus

Digitized by Google

dimus demonſtratum: Vigore etiam iſtius libertatis eximiæ ſoli Status Imperii eximia in territoriis ſuis exercebant jura, quæ quidem illa ætate SUPERIORITATIS TERRITORIALIS titulo nondum cohoneſtabantur, alia tamen rei deſignandæ adhibebantur nomina. Ita nihil ferè frequentius invenimus in chartis antiquis, quam formulas: *Omne jus & dominium; Omnia jura Cæſari & Imperio competentia; Regalia omnia; Immunitas à judiciaria poteſtate ſeculari qualibet; Merum & mixtum Imperium; Jurisdictio omnimoda; Bannum regium; Dominatio; Ditio &c.* quibus Procerum Potentia, Libertas, propria Jurisdictio, Regalia, uno verbo, JUS TERRITORIALE, ſatis olim innuebatur. Teſtimonia deſiderans, evolvat *Dn. PFEFFINGER. Vitriar. illuſtrat. tom. 3. à pag. 1056. ad pag. 1094.* ubi maximum inveniet Scriptorum atque diplomatum numerum. Hæc autem Statuum libertas nondum id temporis certis legibus erat firmata, ſed moribus ſaltem ſubſiſtebat, adeoque progreſſu temporis ex habitu rei imperatoriæ, & prout Imperatorum auctoritas atque potentia erat comparata, modo laxior, modo reſtrictior fuit, ſemper tamen eximia. Poſſemus id facillimè ſexcentis hiſtoriæ coævæ teſtimoniis firmare, ſed otium nobis hac in parte iterum fecit *Dn. PFEFFING. Vitriar. illuſtrat. cit. tom. 3. à pag. 1094. ad pag. 1116.* ubi varia hujus libertatis incrementa, varias ipſius viciſſitudines, ab ævo Carolingico ad ſeculum usque XII. ſolidè deduxit. Egregius eſt labor, quem hîc præſtitit Vir celeberrimus, dignus omninò, quem *ANTAGONISTA noſter* omni attentione legat, deciesque repetitum perlegat; Inveniet enim ibi varia à Statibus Imperii, vi libertatis iſtius eximiæ, exercita jura, eaque à ſolis iterum Statibus exercita. Acceſſerunt à Seculo XIII. ad hunc usque diem variæ Imperatorum Conſtitutiones, variæ in Imperio turbæ, diſſidium religionis &c. quæ ſingula libertati huic Statuum eximiæ haud parùm attulêre augmenti: De multis tamen adhuc juribus inter Imperatorem & Status controvertebatur, utraque pars ad ſuum ea forum trahebat, quare tandem placuit ſcriptis conditionibus tranſigere, & hoc modo mutuas ſimultates è medio tollere. Factum id variis Imperii legibus, atque inprimis Inſtrumento Pacis Weſtphalicæ, quâ Lege fundamentali atque ſanctione pragmatica Libertas Statuum eximia firmiſſimè ſtabilita eſt, atque Liberum, & Suffragii Comitialis, & Superioritatis territorialis jus, ſolis iterùm Statibus pleniſſimè confirma-

firmatum. Quidni ergo utrumque ex eadem hac Libertate eximia ſolis etiam Statibus tribuamus, regulamque pronunciemus firmiſſimam:

Poſita qualitate Status, ponitur & jus ſuffragii, & ſuperioritas territorialis.

Atque hæc de Regula; Quâ redditur manifeſtum, me genuinum ſuperioritatis territorialis fundamentum quæſiiſſe in Libertate Statuum eximia, ſive Charactere Status, & quidem tali, qui non ſolo ſuffragii jure, ſed territorio quoque eſt munitus, adeoque exempla Abbatum & Abbatiſſarum ab ANTAGONISTA producta, qui ſcilicet hodiè jus tantum ſuffragii, non territoria habent, theſin meam nequaquam infringere. Obſervavit id egregiè Clariſſimus *ESTOR de Miniſterial. cap. IX. §. 406. pag.* 587. ubi maſculè jamjam refutavit, atque in fumum abire juſſit hanc ANTAGONISTÆ noſtri objectionem, ajens: *Verum enim verò hæc objectio plane theſin noſtram non infringit, quandoquidem ſuperioritas territorialis non ex ſolo ſuffragiorum jure venit deducenda, ſed ad hoc itidem requiritur territorium. Quando enim de ſuperioritate territoriali, ex qualitate Status eruenda, ſermo eſt, non ſolum jus ſuffragiorum conſiderandum eſt, ſed præter illud & territorium aliquod requiritur, ut, qui ſuperioritate territoriali gaudens dicitur, neceſſariò habeat & territorium & jus ſuffragii. Quod autem jus ſuffragii requiratur inde venit, quia ii, qui ad conventus Imperii adhibebantur, perſonæ erant ſtatu nobiles, aut magna allodia, aut feuda regalia poſſidentes. Jam vero ad feudum vexilli miniſterialis conditionis homines non pervenerunt, ſed verè Nobiles, Provincias & Jura Cæſaris nomine regentes.* Sed nec aliæ deſunt reſponſiones. Quis enim miretur, per tantum temporis decurſum multa quoque in Imperio noſtro tam vaſto, faventibus inprimis per tot ſecula turbis inteſtinis, de facto contigiſſe, quæ tamen regulam juris neque infringere, neque in præjudicium ejus allegari poſſunt. Novimus ex hiſtoria medii ævi, idque *Sect. 1. §. 10.* paucis jam oſtendi, quamplurimos Imperii Status ſub Imperio Hohenſtauffiorum, immedietatis ſuæ jacturam feciſſe, atque ex immediatis factos fuiſſe mediatos, ex Imperii Statibus Landſaſſios: Novimus etiam ex hiſtoria temporum recentiorum, maximè eorum, quibus diſſidium religionis

flammas

Digitized by Google

flammas per totum ferè Imperium ſparſerat, multos Imperii Status, in iisque multa Cœnobia Abbatum & Abbatiſſarum immediata, varia ſenſiſſe mala, eaque vel penitùs fuiſſe deſtructa, vel ſaltem ita devaſtata, ut nihil ferè immedietatis ipſis relinqueretur. Quod ſi itaque talis Status, amiſſo ſine culpa ſua territorio, adeoque & exercitio jurium territorialium, ex tot tantisque turbis Immedietatem ſaltem perſonæ, & jus ſuffragii ſervavit, an hoc etiam ipſum privandum, & ſic afflicto afflictionem addendam putas? Reſpondeo: Minime gentium; cum ipſo *ANTAGONISTA in Diſſert. 4. de Stat. nobilit. immed. poſit. 9. pag. 96.* Miſeratione potiùs eſt dignus, atque locus ipſi inter ſuffragia ferentes omninò relinquendus, ut ita vel territorio ſuo immedietatem recuperare, vel alio ſibi modo proſpicere poſſit; Unde recte omnino *SCHUTZ in Colleg. publ. tom. 1. diſp. 10. theſ. 14. lit. E.* ait: *Statum, quamvis vi dejectus ſit, non protinus dignitate & jure Comitiorum gaudere.* Confer. Illuſtr. Baro ab *EDELSHEIM in Diſſert. de pluralitate votor. cap. 3. §. 5. pag. 33.* ubi hanc quæſtionem ita reſolvit: *Priori autem caſu rurſus refert, an ſua voluntate vel culpa quis bona poſſidere deſierit, atque tunc jus voti retinere nequit, an autem dejectus ſeu ſpoliatus ſit, vel bona incendio v.g. vel alio modo perierint, cujus utriusque infortunii ab aliquot retro annis triſtiſſima exempla Germania noſtra habuit, & hoc caſu jus ſuffragii ſalvum manet.* Idem docet, atque exemplo Ducis Bipontini illuſtrat *AUTOR MEDITAT. ad Inſtrum. Pac. in mantiſſa de Stat. Imper. §. 14. pag. 284.* Si autem talis Status jus ſuffragii ſine territorio immediato, atque ita ſine actuali exercitio ſuperioritatis territorialis, optimo jure retinet, nemo ſane! cui ſanum eſt ſinciput, hoc ipſo Regulam noſtram deſtructam, atq; Libertatem Statuum eximiam ad quoscunque ſtatim devolutam pronunciabit. Quibus ita præmiſſis facilis jam eſt ad exempla adlata reſponſio; Quod enim (a) ad S. EMMERANI ABBATES attinet, conſtat, Cœnobium iſtud jam an. 798. à Carolo M. translatâ in urbem Ratisbonam ad Eccleſiam S. Stephani ſede Epiſcopali, tantâ fuiſſe immedietate donatum, ut neque Dux, neque Epiſcopus ejusdem loci in eo aliquam haberet poteſtatem, teſtibus chartis quam plurimis in *COD. UDALRICI BABENBERG. n. 16. 18. 27. 41. 51. 52.* apud *Dn. ab ECCARD Corp. hiſt. med. æv. tom. 2. pag. 22. ſeqq.* tantum etiam abeſt, ut Cœnobium iſtud immedietatem ſuam amiſerit,

Digitized by Google

ut potius Abbas S. Emmerani ab ALBERTO, WENCESLAO, RUPERTO, Rom. Regg. titulo Principis fuerit cohoneſtatus, vid. *Dn. PFEFFINGER. vitriar. illuſtrat. tom. 1. pag. 1290. & 1291.* imò & Regalibus feudisque Principatus inveſtitus, vid. **kurtzer Bericht von der** *Fundation, Dotation* **und Beſchaffenheit der Abtey St. Emmeran** / *apud Dn. LUNIG* **Reichs**-*Archiv Spicileg. Eccleſ.* 3. **Theil** *cap. 6. pag.* 640. ubi hæc verba leguntur: **Es iſt dieſes Cloſter St. Emmeran dem Römiſchen Reiche, ſo viel das weltliche Recht anlanget, ohnmittelbar unterworffen, von dem es auch ſeine Regalien zu Lehen träget.** (b) ECCLESIA SS. ULRICI & AFRÆ Auguſtæ Vindelicorum, magnâ quoque olim gaudebat libertate, quam *Catalog. Epiſc. Auguſt. & Abbat. S. Afræ apud Dn. ab ECCARD Corp. hiſt. med. æv. tom.* 2. *pag.* 2240. his verbis refert: *Canonici autem S. Afræ rebus Eccleſiæ ſuæ liberè potiti ſunt, ut hodie Canonici S. Matricis Eccleſiæ ſuis liberè utuntur.* Et paulo poſt: *Locus igitur ille Epiſcopis Auguſtenſibus commendatus eſt, ut locus matricis Eccleſiæ ad Dei excubias providendas, & jux antiquum ſtatum non minori libertate præditus eſſe videtur, quam qua Cathedralis Eccleſia.* Jam verò Immedietatem hujus Cœnobii à longo tempore Auguſtani Præſules impugnant, hodieque ſub judice Camerali lis pendet, teſte *Dn. IMHOFF. Notit. Procer. Imper. lib.* 3. *cap.* 28. §. 20. adeoque tamdiu expectandum, donec controverſia hæc in Camera erit deciſa. (c) ABBATISSAS SUPERIORIS & INFERIORIS MONASTERIORUM RATISBONÆ itidem jam olim in mundiburdium Imperatorum & Imperii fuiſſe receptas, atque ab omni medietatis jugo liberatas docet Chart. ann. 886. ad quam provocat *Dn. PFEFFINGER. in Vitriar. illuſtrat. tom. 1. pag.* 1314. nec omninò ipſis extra Cœnobia defuiſſe terras immediatas, teſtantur chartæ ann. 1002. & 1010. apud *Dn. LUNIG* **Reichs**-*Archiv. Spicileg. Eccleſ.* **dritter Theil von Aebtiſſinnen** *pag.* 175. & 179. Unde & eadem hæc monaſteria Principatuum titulis jam olim inclaruiſſe, conſtat chartâ admodum notabili FRIDERICI II. Imper. ann. 1216. in *Chron. Epiſcop. Ratiſpon.* apud *Dn. ab ECCARD. Corp. hiſt. med. æv. tom.* 2. *pag.* 2250. ibique verbis: *Concambium feciſſemus de duobus PRINCIPATIBUS, ſcilicet de inferiori & ſuperiori Monaſteriis in Civitate Ratiſpona.* (d) De ABBATISSA BUCHOVIENSI ejusque territorio immediato hæc refert *AUCTOR* **der kurtzen Nach-**

Digitized by Google

Nachricht von der *Fundation* der Gefürſteten Abtey Buchau/ apud *Dn. LUNIG cit. Spicileg. Eccleſ.* dritter Theil von Aebtiſſinnen *pag.* 5. Und zwar beſtunde die erſte Fundation in einer anſehnlichen Zahl und Macht gar vieler Leibaigenen Leuth und Güther ... deren ſo viel waren, daß jener Landſchafften Umkreiß, in denen ſie geſeſſen, über 60 Teutſche Meil .... gegangen iſt. Darumben auch das Stifft zu Handhabung ſo vieler Vaſallen Freyheit und Gerechtſame, mit einem aigenen Pfaltz-Gericht ... haubtſächlich begabet worden. Confirmant dicta, literæ Impp. MAXIMILIANI II. & FERDINANDI II. *ibid. pag.* 9. & 11. Quibus ſi jungantur Auguſtiſſ. Imp. CAROLI VI. literæ inveſtituræ über den Blut Bann in der Abtey, Schloß und Dorff Straßberg de ann. 1712. ibid. *pag.* 17. manifeſtum redditur, falſo huic Abbatiæ omne extra cœnobium territorium immediatum denegari: (e) ABBATISSA BAINDENSIS inter Abbatiſſas quidem Principes, ad inſtar Buchovienſis, non invenitur, invenitur tamen inter Proceres Imperii, in vetuſto illo ſtatuum Catalogo apud *GOLDAST. tom.* 1. *Conſtit. Imp. proleg.* invenitur etiam in Matricula Imperii ann. 1545. ibique mit fünff zu Fuß. Et ſi conferamus ea, quæ *AUCTOR* der Hiſtoriſchen Nachrichten von der *Fundation* der Abtey Baindt/ apud *Dn. LUNIG cit. Spicileg. Eccleſ.* dritter Theil von Aebtiſſinnen/ *pag.* 4. tradidit, inveniemus, Cœnobium iſtud non penitus ſine territorio immediato à Conrado Pincerna de Winterſteten fuiſſe fundatum: Et quamvis (f) ABBATIÆ LINDAVIENSIS litem cum urbe ejusdem nominis, noſtram non faciamus, nulli tamen aſſerere dubitamus, meliorem olim, quam hodie, fuiſſe hujus cœnobii conditionem, id enim diplomata apud *Dn. LUNIG cit. loc. pag.* 146. *ſeqq.* haud uno loco evincunt. Provocat quidem ANTAGONISTA ad verba *AUCTOR.* des Europäiſchen Herolds *Part.* 1. *pag.* 595. ſed omiſit nonnulla, quæ omittenda non erant; Ita enim ille: Sonſten trifft ſich bey denen Prälaten, *NB.* etwas beſonders/ daß, ob wohl NB. das eigentliche Merckmahl eines Reichs-Standes, unter andern mit darinn beſtehe ꝛc ꝛc. quæ verba ſatis nos docent, ipſum ILLUSTREM AUCTOREM præcipuam Status Imperii notam, inter alia quoque ponere in exercitio ſuperioritatis territorialis, adeoque regulam noſtram relinquere intactam, exceptionem vero obſervare in Abbatibus iſtis & Abbatiſſis, idque als etwas beſonders; tantum ergo abeſt,

ut exempla iſthæc, etiam ſecundum mentem Auctoris iſtius, regulam noſtram deſtruant, ut potiùs eandem firment in caſibus non exceptis. Præter Abbates iſtos atque Abbatiſſas aliud adhuc exemplum producit ANTAGONISTA, *citat. pag.* 7. ajens: *Ita Comites Mansfeldenſes ratione Comitatus ſui ſuperioritatem agnoſcunt, vel Saxonicam, vel Magdeburgicam, in ſcamno tamen Wetteravico ferunt ſuffragium.* Verùm in duplici hîc errore verſatur ANTAGONISTA; Errat enim (a) dum opinatur, Comites Mansfeldenſes hodie adhuc in Scamno Wetteravico ferre ſuffragium, cum potiùs conſtet, Lineam Mansfeldiorum Auguſt. Confeſſ. addictam jam anno 1710. cum Johanne Georgio III. fuiſſe extinctam, vid. *AUCTOR* der Europäiſ. *Fama Part.* 103. *pag.* 540. *ſeqq.* Lineam vero Catholicam nullum unquam in Collegio Wetteravico obtinuiſſe locum: Errat etiam (b) dum Comites Mansfeldenſes Superioritati, vel Saxonicæ, vel Magdeburgicæ, ſubjicit, adeoque nihil ipſis terræ immediatæ (nam aliàs nihil contra me probaret) relinquit. Habent, fateor, Comites Mansfeldenſes maximam terrarum partem ſuperioritati vel Saxonicæ, vel Magdeburgicæ, ſubjectam; ſed habent etiam alias adhuc terras immediatas, uti vel teſtimonio *HUBNERI* im Staats- und Zeitungs- *Lexicon, voc.* Mansfeld *pag. m.* 953. conſtat, ajentis: Unter dieſen Seniorat-Güthern ſind fünfftehalb Dorffſchafften unweit Salfeld mit begriffen, nemlich Wetſchwitz, Loſitz, Witzendorff, Cauldorff, und halb Arensgereuth, dergeſtalt, daß der Geſchlechts-Aelteſte das Jus territoriale cum omni effectu beſitzet. Cui teſtimonio ſi fidem adhibere dubitas, evolvas, velim, literas inveſtituræ Imp. LEOPOLDI de ann. 1665. apud *LUNIG.* Reichs- *Archiv Part. ſpec. cont.* 2. von Grafen und Herren *in Supplem. pag.* 586. ubi alia adhuc bona immediata, & Regalia nonnulla inſignia in ipſo Comitatu Mansfeldenſi invenies.

(3) ab exemplo eorum, qui quidem ſuperioritatem habent territorialem, jure verò ſuffragii non gaudent in Comitiis.

§. XIX. TERTIUM Argumentum ſe inveniſſe arbitratur ANTAGONISTA, in iis Statibus, qui Superioritatem quidem territorialem habent in territorio quodam, cujus tamen ratione non habent jus ſuffragii in Comitiis; Ita enim *Part. gen. Sect.* 1. §. 2. *pag.* 7. *Sed & viciſſim*, inquit, *altera Regula haud firmo talo ſtare videtur:*

Negatâ qualitate Status; ſeu jure ſuffragii, negatur Superioritas territorialis;

dantur

Digitized by Google

dantur enim, qui Superioritatem territorialem habent in territorio aliquo, nec tamen hoc titulo votum Comitiale exercent; ita e. g. Elector Saxoniæ in Miſnia utique Majeſtatem habet analogam & hujus tamen terræ ratione non habet votum in Comitiis. Et quis quæſo illis omnibus, qui nova hodiè in Comitiis vota quærunt ratione certarum ditionum, in his ipſis ideò Superioritatem territorialem denegare auderet? Reſp. Nemò, multò minus ego; & ſi ANTAGONISTA ea, quæ *hac Sect. 2. §. 7. circa fin.* contra *Diſſert. ejus IV. de Stat. Nobilit. immed.* jamjam docueram, melius inſpexiſſet, ipſam ad argumentum iſtud reſponſionem procul dubio inveniſſet. Notum enim eſt (a) ac nemini, qui hiſtoriam & acta Comitiorum Germanorum vel primis tantum labris deguſtavit, ignotum, ſingulos olim Status ſingula ſaltem dixiſſe vota in Comitiis Imperii, quotquot etiam poſſederint provincias, à paucis vero retrò annis invaluiſſe ut nonnulli fundamentum voti comitialis adnecterent provinciis ſuis, atque intuitu plurium provinciarum plura quoque vota quærerent in Comitiis, eandemque votorum pluralitatem ne tempore quidem pacis Weſtphalicæ fuiſſe frequentem, ſed potius adeo adhuc incertam, ut, cum Sueci ratione Ducatus Pomeraniæ, & Stetinenſis bina vota poſtularent, hoc abnuerent Cæſarei dicentes: *Id in imperio INUSITATUM, ac poſtremum Ducem poſt duorum Ducatuum coalitionem non niſi unico voto fuiſſe uſum*, vid. *Dn. STRUV. Syntagm. jur. publ. Diſſ. XXII. §. 24.* Confer. *L. B. ab EDELSHEIM Diſſert. de pluralitat. votor. cap. 3. §. 5. pag. 30 & 31.* ubi eos Status, qui hac votorum pluralitate hodie gaudent, recenſet: Notum eſt (b) hanc votorum pluralitatem Libertati Statuum eximiæ, intuitu Superioritatis territorialis, nihil addere, nihilque omninò detrahere, aliàs hoc inde ſequeretur abſurdum, quod v. g. Domus Auſtriaca, quæ ratione Archi-Ducatus uno ſaltem voto gaudet in Comitiis, minorem præ Domibus Saxonica & Brandenburgenſi, haberet ſuperioritatem, quam tamen multa in territoriis ſuis exercere ſcimus jura prærogativa, quæ reliqui Imperii Status haud facile de ſe prædicare poterunt, vid. *Dn. de GARB. Tractat. acad. de Auguſt. Dom. Auſtr. jurib. prærogativ. illuſtrior* ſub Præſidio ANTAGONISTÆ noſtri ann. 1721. Argentorati ventilata: Unde notum eſt (c) Domum v. g. Saxonicam, vigore characteris Status, & libertatis illius eximiæ eandem habuiſſe, & hodienum habere

ſuperioritatem in Miſnia, quam, impetrato fortè ratione hujus terræ ſingulari voto Comitiali, impoſterum habebit: Notum etiam eſt (d) atque hoc inprimis loco bene notandum, me nunquam in iſthac votorum pluralitate, ſive in votis huic vel illi territorio hodiè annexis, ſed in ipſa libertate Statuum eximia & charactere Status, ſuperioritatis territorialis quæſiiſſe fundamentum, quæ ergo de Electoribus Saxoniæ & Colonienſi hic proferuntur, theſin refutandam minimè tangunt, neque etiam a me unquam ſunt negata. Quæſtio eſt: *An negatâ qualitate Status, negetur ſuperioritas territorialis?* Cui ergo uſui hæc de territoriis, ſingularibus votis vel inſtructis vel deſtitutis, exempla. Ignoravit, vel ignorare voluit VINDEX Statum controverſiæ, diſputavit contra ea quæ in quæſtione ſeu controverſia non ſunt, neque ad eam pertinent, & probavit id, quod contra me non erat probandum, adeoque ſophisma hic commiſit, quod venerandi Scholaſtici vocant FALLACIAM AB IGNORATIONE ELENCHI. Majorem forte conſiderationem merentur ea, quæ ANTAGONISTA *eadem pag.* 7. addit, ajens: *Et cum citatus AUCTOR Diſſert. de Different. inter S. R. I. Comites & Nobiles immediatos ſect.* 2. *§.* 1. *pag.* 152. *ipſe fateatur, Comites Franconiæ & Weſtphaliæ prærogativam hanc, voti ſcilicet in Comitiis ferendi, aliquamdiu neglexiſſe; (quod verò alii ita tradunt, quod ſcilicet Franconici Anno MDCXLI. Weſtphalici autem demum An. MDCLIV. votum curiatum primitus obtinuerint) ubi ergò tum Superioritas territorialis horum Comitum manſit?* Verùm & hæc objectio facili iterum negotio refelli poteſt. Erravi, fateor, cum *Dn. PFEFFINGER. Vitriar. illuſtr. tom.* 1. *pag.* 998. aliosve juris publici Doctores ſecutus *cit. loc.* dixi, Comites Franconiæ & Weſtphaliæ prærogativam voti Comitialis aliquandiu neglexiſſe, aſt quam primum ad interiora tabularia patuit aditus, mihique acta Comitiorum tam univerſalium, quam particularium, vel inprimis Receſſus in Diætis S. R. I. Comitum Wetteravicorum, ab initio Seculi XVI. ad hunc usque diem factos, quos vocant Grafen Tags-Receſſe, inſpicere licuit, meum aliorumque errorem agnovi, eamque ob cauſam *DISCURSUM* von denen Reichs-Gräflichen *Votis curiatis*, quem vide in *SUPPLEM. ſub num.* 57. formavi; Ad parentheſin verò ab ANTAGONISTA adjectam, quod ſcilicet ſecundum ſententiam aliorum Comites

Fran-

Franconiæ ann. 1641. & Comites Weſtphaliæ ann. 1654. demum votum Comitiale, & quidem PRIMITUS obtinuerint, reſpondeo: Hoc ſaltem eos tradere, qui rerum Comitialium, & Juris-publici S. R. I. Comitum notitiam habent vel exiguam, vel plane nullam. Quis enim neſcit, Comites Imperii olim, & ad finem usque Seculi XV. vota habuiſſe virilia in Collegio Principum, adeò ut ſummi etiam Electores Imperii vicem ipſorum in Comitiis præſtare non dubitaverint? vid. Abſchied des Königlichen Tags zu Lindau de ann. 1497. apud *Dn. LUNIG* Reichs-*Archiv. part. gen. cont. pag.* 188. & quod Seculo adhuc XVI. ante ann. 1576. votum iſtud curiatum nondum ſtabile poſuerit fundamentum, ipſe *cit. DISCURS.* **von denen Reichs-Gräflichen** *Votis curiatis* teſtimoniis fide dignis evici, atque inprimis docui, Comites Franconicos adhuc ann. 1543. & 1544. ſeparatim in Comitiis apparuiſſe, & cum Legato Comitum Wetteravicorum maximam de præcedentia habuiſſe controverſiam, quæ tandem ita per Commiſſarios Cæſareos fuit compoſita, ut Franconici ad Suevicos ſeſe jungerent, in quorum ſocietate aliquandiu quoque permanſerunt donec rupto iterum hoc fœdere, tandem cum inter ipſos etiam & Wetteravicos diu quidem, ſed fruſtra, de ineunda ſocietate ageretur, ſingulare in Comitiis votum Franconiæ Comitibus per majora an. 1594. reſtitueretur, utut actuale hujus voti exercitium ad annum usque 1641. variis de cauſis differretur vid. *Dn. LUNIG Theſaur. jur. Comit. part. 3. cap. 19. n. 1. pag.* 843. 844. *& n. 12. pag. 856. ſeqq.* Ad Comites verò Weſtphalicos quod attinet, illi jamjam circa initium Seculi XVI. ad Societ. Comit. Wetterav. acceſſerant, vid. cit. *Diſc. §. 12.* conf. **Abſchied des Wetteraniſchen Grafen-Tags zu Dillenburg** *de 22. Septemb.* 1546. ubi hæc verba leguntur: Zum ſechſten, dieweil noch andere mehr Grafen in dem Nider-Rheiniſchen Bezirck geſeſſen, welche ſich noch in dieſer Grafen Einigung und Verſtentnis einlaſſen mochten, So iſt Graf Wilhelmen von Naſſaw auf der andern Sit gutwillig, ſie derwegen zu beſchreiben, auch dem Wolgepornen Heinrichen Herrn zu Yſenburg und Grenſawe diſen Abſcheit anzuzeigen, Bericht davon zu thun. Atque in hac Societate Comites Weſtphalici usque ad tempora Pacis Weſtphalicæ permanſerunt. Cum verò Comites Franconici ann. 1641. peculiare votum comitiale recuperarent, & multa interim inter Wetteravicos & Weſtphalicos diſſidia orirentur, hi quoque ad peculiare in Collegio Principum votum

votum curiatum aſpirare cœperunt, eoque rem deduxerunt, ut ann. 1653. voti fierent compotes, & ita cuncta Comitum Imperii vota Comitialia quatuor tandem votis curiatis includerentur. vid. *Dn. LUNIG Theſaur. jur. Comit. part. 3. cap. 19. n. 16. 17. & 18. pag. 861. ſeqq.* Quæ cum ita ſint, facile jam apparere arbitror, ubinam locorum Superioritas territorialis horum Comitum id temporis manſerit?

(4) *ex Receſſu Imper. noviſſ. de ann. 1654.*

§. XX. QUARTUM argumentum ANTAGONISTÆ ſuppeditat *Receſſ. Imp. noviſſ. de ann. 1654.* §. 197. ubi nonnullos ob inſignia ſaltem merita ad dignitatem Principum evectos, & ad votum comitiale in Collegio Principum admiſſos invenit; ita namque ille *part. gen. ſect. 1. §. 3. pag. 8.* *Ad diſſolvendum hunc, qui ſtatui vult, individuum Superioritatis territorialis cum ſuffragio actuali nexum, eximiè porrò facit, quod non deſint exempla eorum, quorum nuda perſona, ob inſignia merita, jura Status, conſentientibus reliquis Ordinibus, conceſſa, etiamſi bona immediata non poſſiderent, vid. Receſſ. Imper. de ann.* 1654. §. 197. - - - *Hi ſane! habent genuinum Statuum characterem, habent id, ex quo eſſentia Status conſiſtit, ſuffragium actuale, territorio tamen, adeoque ſuperioritate territoriali, omninò carent. Ubi ergò eſſentialis illa conſecutio hujus juris ex priori?* Reſpondeo: In cerebro Metaphyſicorum; Illi enim qui ſolidam Jurispublici doctrinam amant, mirantur quod ANTAGONISTA hoc iterum loco chimæram ſuam ontologicam in ſcenam producat. Obtinuerunt, verum eſt, Principes nonnulli id temporis jura Status ob inſignia ſaltem merita, ſed adjicitur ſtatim eodem *Receſſ. Imper. noviſſ.* §. 197. Bey dieſem Reichs-Tag zu würcklicher Seſſion und Stimm jedoch dergeſtalt introduciren laſſen, daß diejenige . . . von niemand, wer der auch ſeye, über kurtz oder lang pro exemplo, oder præjudicio nicht an- noch zu einiger Conſequentz gezogen, und dieſes Beneficium ſeſſionis & voti auf dero Erben und Succeſſorn nicht extendiret werden ſolle. Agnoſcit id ipſe *ANTAGONISTA cit. loc.* ajens: *Licet ita volente Imperatore & Statibus, diſpenſari queat; quæ verò diſpenſatio exceptionem facit, NB. quâ Regula firmatur in caſibus non exceptis. Et eſt etiam ſtatim additum, NB. non debere id in præjudicium allegari.* Quis ergò facultatem dedit ANTAGONISTÆ allegandi iſthæc exempla in præjudicium? Et ſi exceptio regu-

regulam firmat in caſibus non exceptis, quomodo quæſo! exemplis hisce regulam meam deſtruere poteſt? Firmavit potius regulam, atque allegando hæc exempla in præjudicium, in ipſas Imperii Leges peccavit. Sed pergit *ibid. pag. 9. Sufficit, quod ex eo, quod jus ſuffragii poſſit competere ſine ſuperioritate territoriali, fluat, eſſentialibus vel conſtitutivis vel conſecutivis juris ſuffragii non poſſe annumerari Superioritatem territorialem; hæc enim à re abeſſe non poſſunt: aliud dicendum de iis, quæ naturalia audiunt Juriſconſultis.* atque ita Regulam meam: NEGATA QUALITATE STATUS, NEGATUR SUPERIORITAS TERRITORIALIS; penitus deſtructam opinatur. Verum ſalva res eſt; & quum ANTAGONISTA metaphyſicè iterum incedat, liceat mihi paucis etiam metaphyſicè ipſi obviam ire, atque Regulam meam ex ipſa ipſius doctrina metaphyſicè defendere. Memini me legere in *Diſſertatione ANTAGONISTÆ de ſuffrag. Stat. in Comit. Imper. univerſ.* §. 9. *&* 10. *pag.* 20. hanc Status Imperii definitionem: *Quod ſit is, qui jus ſeſſionis atque ſuffragii in Comitiis cum ſuperioritate territoriali conjunctum habet.* Continet hæc definitio jus ſuffragii & Superioritatem territorialem, eamque inter omnes Statuum definitiones optimam ibidem dicit. Quod ſi ergò Superioritas territorialis ad NATURALIA ſaltem pertinet, inepta procul dubio eſt hæc definitio, & minimè optima, quoniam venerandi Scholaſtici nos docent, definitionem perfectam debere explicare rei eſſentiam per attributa tantum ESSENTIALIA, nec ullum eſſentiale omittere, nec ACCIDENTALE adhibere: Si verò hæc definitio inepta non eſt, ſed optima, Superioritas quoque territorialis ad naturalia non pertinet, ſed ad eſſentialia, eoque caſu applicandus eſt aureus ille Scholaſticorum canon: *De quo affirmatur vel negatur definitio, de eo quoque definitum affirmatur vel negatur; & vice verſa, de quo affirmatur vel negatur definitum, de eo quoque definitio;* Quo etiam fretus, ex ipſa ANTAGONISTÆ doctrina firmiſſimam adhuc pronunciare poſſum Regulam: *De quo affirmatur vel negatur qualitas ſive character Status, tanquam definitum, de eo quoque affirmatur vel negatur & jus ſuffragii, & Superioritas territorialis tanquam definitio.* Eligat ipſe, quodcunque velit, mihi perinde erit, quoniam ſæpiùs jam monui, me Superiori-

rioritatem territorialem nunquam vel eſſentiale conſecutivum, vel conſtitutivum dixiſſe, ſed ſcholaſtica iſthæc iis, qui minutiis hisce delectantur, relinquere, atque naturam ſuperioritatis territorialis, ex hiſtoria patriæ genuina & Legibus Imperii potius eruendam, quam tricis iſtis Metaphyſicorum inanibus obfuſcandam arbitrari.

(s) Ex Inſtrumento pacis Weſtphalicæ.

§. XXI. QUINTUM argumentum direxit ANTAGONISTA contra Inſtrumentum Pacis Weſtphalicæ, ubi, dum liberum juris territorialis exercitium Statibus Imperii firmiſſime ſtabilitur, STATUUM tantùm, non etiam NOBILITATIS IMMEDIATÆ fit mentio, ex quo tamen nihil omnino contra Nobilitatem immediatam probari poſſe autumat, rationes ſuas *cit. part. gener. Sect.* 1. *pag.* 9. & 10. hunc in modum ſubducens: *Si per pacem Weſtphalicam primitus fuiſſet hæc ſuperioritas territorialis conceſſa, poſſet forte inde argumentum deduci: QUORUM NON EXPRESSA INIBI FIT MENTIO, ILLIS SUPERIORITAS TERRITORIALIS NON COMPETIT. Jam vero longe ante pacem Weſtphalicam, & jam ante cameræ Spirenſis inſtitutionem jure territoriali liberrimè uſos fuiſſe Principes, adeoque rem hanc non demum ad pacem Weſtphalicam, quaſi originarium fundamentum, eſſe deducendam. Accepiſſe jam complementum ſuum ſuperioritatem territorialem circa ann.* 1300. *eamque ob cauſam non complementum, ſed tantum confirmationem per Inſtrumentum pacis Weſtphalicæ obtinuiſſe.* Verum reſpondeo: (a) Falſum eſſe, quod Superioritas territorialis jam circa ann. 1300. acceperit complementum, ut enim ſuperioritatem ſacram ſilentio jam prætercam, quis neſcit, Status Imperii diu adhuc poſthunc annum nonnunquam confirmationem talium jurium, e. g. EXSTRUENDI MOLENDINUM, INSTITUENDI NUNDINAS MINUS SOLENNES, & quæ ſunt id genus alia, ab Imperatoribus petiiſſe, quæ hodie jure ſuperioritatis territorialis indubiè exercent, confer. *Dn. THOMAS. de jur. dand. civit.* § 46. (b) Originarium fundamentum ii ſaltem quærunt in pace Weſtphalica, qui hoſpites omnino ſunt in Jure publico, ego certe id nunquam affirmavi, ſed dixi, ſuperioritatem territorialem pace tandem Weſtphalica maximum accepiſſe complementum, neque id dixiſſe adhuc quidem me pœnitet, quippe complementum iſtud, præter alia, ex ipſa quoque jurium

Digitized by Google

jurium territorialium confirmatione pleniore & dum in tuto magis fuêre collocata, apparet: Quodſi autem vocabulo COMPLEMENTUM verba captantis animus adhuc offenditur, expungam iſtud, atque dicam impoſterum cum ipſo in *Diſſert. de Suffrag. Stat.* §. 19. *pag.* 39. Libertatem Statuum ad ſummum jam adductam faſtigium pace tandem Weſtphalica pleniſſimè fuiſſe ſtabilitam; id quod, meo quidem judicio, unum erit idemque. (c) Concedo Superioritatem territorialem per pacem Weſtphalicam primitus non fuiſſe conceſſam, aſt concluſioni inde deductæ aliquid ineſſe ponderis nego. Quamvis enim origo Superioritatis fruſtra quæratur in pace Weſtphalica, hæc tamen egregiè declarat, cuinam ſuperioritas iſthæc competat, quoniam nullam habemus Imperii legem, quæ pleniorem nobis atque clariorem exhibeat jurium territorialium confirmationem, ad nullam proinde tutius, quam ad eandem, provocare poſſumus, & quum inſtrumentum iſtud pacis in hac juris territorialis confirmatione STATUUM tantum faciat mentionem, quod tamen alibi, ubi res ſimul ad Nobilitatem immediatam eſt extendenda, parentheſin illam nunquam omittere ſolet, ad ſolos etiam Status interpretatio hujus confirmationis eſt reſtringenda, niſi hoc loco ob ſolum Nobilitatis immediatæ favorem à regulis bonæ interpretationis ſine ratione diſcedere velimus. Sed pergit ANTAGONISTA *cit. loc.* §. 5. *pag.* 11. *Vocem Statuum non præciſe eos hic notare, qui actuali ſuffragio gaudebant in Comitiis, ſed qui juribus hic deſcriptis antea gaviſi fuere - - - - Illud tantum intenderunt Principes & Status Imperii, ut jura, quæ hactenus non niſi in obſervantia atque uſu fundare potuerant, nunc lege publica & ſanctione pragmatica firmarentur.* Et *pag.* 12. *Quod ſi igitur probari poſſit, & Nobiles immediatos jam ante ea tempora jura ſuperioritatis territorialis in ſuis territoriis exercuiſſe; certè & illis ſub generali Statuum vocabulo cenſebuntur eſſe confirmata.* Ad hæc reſpondeo: (a) Si Nobilitas immediata jam ante pacem Weſtphalicam ſuperioritatem territorialem indubiè exercuit, ego certè ultimus ero, qui ipſi eandem eſt denegaturus; aſt hæc aſſertio adhuc quidem à nemine, multò minus ab ANTAGONISTA noſtro, ſolidis argumentis eſt probata, neque etiam probabitur in poſterum: (b) Ipſe in fingendis cauſis, quamobrem vocabulum STATUS hoc loco ad Nobilitatem immediatam ſit extendenda,

 denda,

denda, ſibi non conſtat; Quod ſi enim Status Imperii id tantum intenderunt, ut jura, quæ hactenus non niſi in obſervantia & uſu fundare potuerant, nunc lege publica firmarentur, fruſtra ſane! interpretatio vocabuli STATUS, contra ſtylum conſuetum, ad Nobiles immediatos extenditur, quippe qui diu ante pacem Weſtphalicam, maximam privilegiorum ſuorum partem ab Imperatoribus jamjam obtinuerant, adeoque jura ſua ante pacem Weſtphalicam non in obſervantia quadam vel uſu, ſed in ſcriptis privilegiis fundare potuerant. Provocat quidem ANTAGONISTA ad Capitulationes Cæſareas, eas ſcilicet, quæ Nobilitatis immediatæ nondum ſpecialem fecere mentionem, ajens *cit. loc. pag. 11. & 13. Quinimo jam antea etiam jura omnium omninò Statuum (non in ſpeciali ſenſu acceptorum) per capitulationem e. g. RUDOLPHI II. articulo ſeparato fuerunt confirmata; omnia nimirum jura, NB. quorum in poſſeſſione fuerunt: ita enim in art.* 3. Sollen und wollen wir denen Churfürſten, Fürſten, Grafen, Herren und **Ständen** ihre Regalia und Obrigkeit, . . . ſo ſie bißhero gehabt haben, oder in Ubung geweſen ſeyn, . . . confirmiren. *Et hoc utique non poteſt non etiam in favorem Nobilium immediatorum eſſe conſtitutum, NB. quippe qui jam tum temporis territoria ſua habuerunt immediata.* Verum quemadmodum adjecta ratio nullius eſt ponderis, ita quoque tota hæc aſſertio ipſi textui capitulationis oppido eſt contraria, atque ſanam interpretationem penitus evertit. Quod ſi enim (a) omnes iſtas Capitulationes à CAROLO V. ad FERDINANDUM usque III. intuemur, ne minimum quidem veſtigium invenimus, quod nobis perſuadere poſſit, ſub voce *Statuum* omnes omninò Status, in latiſſimo ſignificatu acceptos, adeoque & Statum Nobilium, Civium, imò Ruſticorum, comprehendi, ſed ſi verba: Churfürſten, auch andre Fürſten, Grafen, Herren, und Ständ, vel Chur-Fürſten, Fürſten und andre Ständ, occurrunt, ea ſemper Status in ſpecie ſic dictos, qui votum atque ſeſſionem habent in Comitiis, denotant, alii vero Status ſuis quique nominibus indicantur; ita *in Capitulatione CAROLI V. art. 6.* (cujus verba reliquæ omnes retinuerunt) hæc leguntur: Wir ſollen und wollen auch alle unziemliche häßige Bündnüß, Verſtrickung, und Zuſammenthun der Unterthanen, **des Adels**, und gemeinen Volcks . . . . aufheben, abſchaffen, und mit NB. **Ihrer, der Churfürſten, Für-**

ſten

ſten und anderer Stånd *NB.* Rath und Hülff daran ſeyn, daß ſolches, wie ſichs gebührt und billig iſt, in künfftigen Zeiten verbotten und fürkommen werde. Habes hic Statum Nobilium, des Adels, Statum plebejorum, des gemeinen Volcks, & Status in ſpecie ſic dictos, die Churfürſten, Fürſten und andre Stände: vocabulum Rath oſtendit, eos tantum Status hic intelligi, quorum votis atque ſuffragiis opus habet Imperator, adeoque Status in ſpecie ſic dictos: Et relativum Ihrer, ad §. 4. nos remittit, docetque, quinam fuerint illi, quorum ibidem jura & regalia confirmavit Imperator. Egregiè id illuſtrat Capitulatio FERDINANDI IV. quæ primam quidem Nobilitatis immediatæ fecit mentionem expreſſam, priorum tamen capitulationum verba, Chur-Fürſten, auch andre Fürſten, Grafen, Herren und Stände, accuratè retinet, & Nobiles Immediatos particula ſaltem disjunctiva, wie auch die ohnmittelbahre freye Reichs-Ritterſchafften, adnectit adeoque ſatis perſpicue docet, hos in prioribus Capitulationibus ſub vocabulo, der Stände, nequaquam fuiſſe comprehenſos. Quæ, quam clara etiam ſunt, ANTAGONISTAM tamen de ſententia ſua, ipſi textui & ſanæ interpretationi contraria, dimovere nequeunt. Ego ſane! miror, cur non eodem argumento Nobilibus immediatis votum quoque & ſuffragium in Comitiis vindicaverit, id quod eadem facilitate efficere potuiſſet. Sed forſitan in viam ipſum reducet *AUCTOR MEDIT. ad Capitulat. Joſephin. art. 3. pag. 71.* qui licet ipſe à partibus Nobilitatis immediatæ ſtet, hujus tamen argumenti imbecillitatem agnoſcit, ajens: *Nobilitati immediatæ prima vice in Capitulatione FERDINANDI IV. expreſſis verbis proſpectum, cum illa ſub nudo vocabulo ſubditorum amplius ſignificari dedignaretur, NB. ſub STATUUM appellatione minime venire poſſet.* (b) Mentio illa Nobilitatis immediatæ expreſſa in Capitulationibus recentioribus neutiquam eum in finem adjecta eſt, ut Nobiles immediati inde idem cum Statibus jus, eandemque Superioritatem nanciſcerentur, ſed ut privilegia ipſorum eodem, quo Statuum jura, nexu irrevocabili firmarentur. Veritatem hujus aſſerti ne in dubium vocet ANTAGONISTA, afferam ipſa Imperatoris LEOPOLDI verba in privileg. ann. 1688. Nobilitati Franconicæ conceſſo apud *Dn. LUNIG.* Reichs-*Archiv part. ſpec. cont. 3.* Abſatz 2. *num. 32. pag. 85. & 86.* Dann weilen der Churfürſten und Stän-

Digitized by Google

den Prærogativæ, Jura & Privilegia, nach Ausweiß unſerer Königlichen Capitulation, des Weſtphäliſchen Friedens-ſchluſſes und anderer Reichs-Abſchieden, in perpetuum irrevocabiliter ſtabiliret und beſtättiget, die Ritterſchafftliche Privilegia von der Kayſerlichen Supremität, als dem erſten einigen Brunnquell aller Jurisdictionalien und Regalien, mit darſetzung Leibs und Bluts erworben, und der Urſachen **von Churfürſten und Ständen des Reichs ſelbſt, dem** *Inſtrumento pacis* **und unſerer Kayſerl. Wahl-***Capitulation* **zu beſtändiger** *Obſervanz* **mit einverleibet worden.** Et paulò poſt: Und weilen Uns ſo auch ferner Unſer und des Reichs getreue Reichs-Ritterſchafft in Francken, allerſeits Orthen, zu erkennen gegeben, daß ſie in dem obgemeldten Jure collectarum, ſonderlich auch in deſſen Execution - - - und dann wegen ihrer Immedietät, in cauſis tam civilibus, quam criminalibus, wie nicht weniger wegen der Zoll-Befreyung und des Einſtands-Rechts unleidentlich beeinträchtiget würden, NB. **da doch alle ſolche** *Jura* **durch den Reichs-Friedens-Schluß und Unſer Kayſerl. Wahl-***Capitulation* **in eine** *NB.* **den** *Juribus Statuum* **gleichmäßige Verbindlichkeit geſetzt worden** Quo loco verbis clariſſimis docemur, privilegia Nobilitatis immediatæ egregiè ſeparari à prærogativis, juribus & privilegiis Statuum, illaque Capitulationibus cæſareis neutiquam poſita eſſe, in eine denen Juribus Statuum gleiche Qualität, ſed tantum in eine denen Juribus Statuum geliche Verbindlichkeit, adeoque conatum, quo quis ex adjecta illa in Capitulationibus recentioribus mentione Nobilitatis expreſſa aliquid ſuperioritatis territorialis elicere vult, penitus eſſe fruſtraneum. Oſtendi præterea reſtrictam vocabuli STATUS ſignificationem ex ipſa connexione §. 1. cum §. 2. *art. VIII. Inſtrum. pacis,* contra hanc ergò ulteriùs inſurgit ANTAGONISTA *Part. gen. Sect. I. §. 9. pag. 15. ſeqq.* variis argumentis, & quidem (1) *quod ſupra jam probatum fuerit, malè vel originem vel complementum ſuperioritatis territorialis ex tempore iſthoc & inſtrumento pacis derivari*; Reſp. malè hæc ab ANTAGONISTA repeti, quoniam ego itidem ſupra jam probavi, neminem ORIGINEM ſuperioritatis unquam ex Inſtrumento pacis derivaſſe, & ejus captationem vocabuli COMPLEMENTUM nullius eſſe ponderis. *(2) Dubitandum vix videtur, ſi legati immediatorum Nobilium rem acrius & curatiùs urſiſſent, quod etiam ipſimet in antiquis ſuis Juribus territorialibus horumq; libere continuando exercitio ſuiſ-*

ſuiſſent expreſſis verbis confirmati. Reſp. Videtur omninò dubitandum; cum enim Nobiles immediati teſte ipſo ANTAGONISTA *in Diſſertat. IV. de Stat. Nobilit. pag.* 109. *ſeqq.* tam ſolliciti eſſent, ut intuitu Receſſus Imperii noviſſimi & pacis Ryswicenſis ſpeciali, atque ſolenni formula ſibi proſpici curarent, utique tam negligentes præſumendi non ſunt, ut expreſſam *in Inſtrum. pac. Weſtph. art.* 8. §. 1. mentionem ſpreviſſent, ſi eam obtinere potuiſſent. (3) *Non poteſt firmo conſtitui talo regula affirmativa: Quicunque eſt Status Imperii, & ſuffragio gaudet in Comitiis, illi etiam competit ſuperioritas territorialis; cum ſupra pluribus probatum ſit, dari, qui actu jure ſuffragii gaudeant, nec tamen vel territoria poſſideant immediata vel ſuperioritate hac territoriali inſtructi deprehendantur.* Verùm & ego ſupra itidem probatum dedi, hanc objectionem eſſe nullius valoris, atque in fumum abire metaphyſicum. (4) *Si jus ſuperioritatis ex mente pacem Weſtphalicam ſancientium à jure ſuffragii dependere deberet, rationabile fuiſſet, ut vel uni paragrapho hac includerentur, vel ſaltem in* §. 1. *art.* 8. *de jure ſuffragii, tanquam de producente, & in* §. 2. *de ſuperior. territ. tanquam de producto, ageretur.* Reſpondeo: PRIMO ſancientes pacem Weſtphalicam non erant Metaphyſici, aliàs procul dubio inſtrumentum pacis per quatuor illa genera cauſarum deduxiſſent; DEINDE neque jus ſuffragii eſt PRODUCENS, neque jus ſuperioritatis PRODUCTUM, ſed utraque fluunt ex charactere ſtatus, ſive libertate ſtatuum eximia, adeoque correctione iſthac ontologica non eſt opus. (5) *Illi ipſi, qui talem adſtruunt connexionem, diffiteri tamen non poſſunt, liberiorem eſſe territorii & ſuperioritatis territorialis conceſſionem, quam cooptationem in Statum; ita ſane LYNCKERUS de Superioritat. territ. p.* 37. *ait, Cæſarem poſſe per privilegium vel largitionem concedere ſuperioritatem territorialem, quem tamen hodie jus voti actualis largiri non poſſe, apud omnes eſt in confeſſo.* Verùm quemadmodum ego non LYNCKERI, ſed meam ſuſcepi defenſionem, ita etiam hæc dicta parùm aptè mihi objiciuntur, quoniam nullibi affirmavi, conceſſionem Superioritatis territorialis dependere à ſolo Imperatore, ſed ab auſpiciis ſuperioribus, hoc eſt, IMPERATORE & IMPERIO, adeoque præter Imperatorem, & Statuum conſenſum requiſivi, quo ipſo omnes illæ ſubtilitates metaphyſicæ huic objectioni adjectæ, citò iterum evaneſcunt.

§. XXII.

Digitized by Google

(b) A poteſtate Statuum ſub Imperatoribus Carolingis ſaltem magiſtratica.

§. XXII. SEXTUM denique ac ultimum in argumentum ſumſit ANTAGONISTA Statum Imperii, & vota Comitialia ſaltem conſultativa, ſub Imperatoribus Carolingis, *cit. part. gener. ſect.* 1. §. 6. & 7. ajens: *Quod ſi enim votum deciſivum jam tum habuerunt Proceres, & non tamen niſi dependentem, magiſtralem, ſive MAGISTRATICAM, ut ita loquar, poteſtatem in ditionibus ſibi ad regendum ab Imperatore commiſſis; manifeſto certè inde patet, omnem neceſſarium inter jus ſuffragii & ſuperioritatem territorialem nexum in fumum abire, ac planè evaneſcere. Scilicet jus comitiorum Proceres Imperii exercuerunt longè ante, quam ſuperioritatem territorialem adepti ſunt, ſed non eodem vigore, eadem efficacia; qui enim ex frequentia Comitiorum Rempublicam ſub Carolo Magno Monarchicam negant, illi ſchemata politica à rebus & juribus ſolidis, adminiſtrationem temperatam imperii à Republica mixta, diſcriminare nondum ſatis didicerunt.* Ego verò ad hæc reſpondeo: Qui ſub Imperio Carolingorum, vel nudam poteſtatem MAGISTRATICAM in Statibus Imperii ſomniant, vel Imperium Carolingorum abſolutè monarchicum ſibi imaginantur, illi leges, diplomata, & ſcriptores ævi Carolingici nondum ſatis legerunt, neque negotia Conventuum Imperii ſub Carolingis accuratè perluſtrarunt. PRIUS enim ſatis, niſi plane fallor, ad liquidum *Sect.* 1. §. 6. 7. perduxi, evicique, præter Duces, Comites, cæteroſve Officiales, quam plurimos adhuc fuiſſe Dynaſtas, imò & ipſos Duces atque Comites præter poteſtatem illam magiſtraticam ab Imperatoribus ſibi commiſſam, magnorum adhuc allodiorum fuiſſe Dominos, adeoque hoc etiam reſpectu Dynaſtas. Evicit idem *Dn. PFEFFINGER: ad Vitriar. tom.* 3. *pag.* 1094. ubi adductis multis teſtimoniis rectè omnino aſſerit: *A primordiis Imperii Carolingici, Comites licet Ducesque vicario ſaltem nomine, provincias à Germanorum Regibus & Imperatoribus ſibi demandatas rexerint, tantas nihilominus opes alias, & bona, tam mobilia, quam immobilia, tamque allodialia, quam comparata, quorum pleraque, ſucceſſu temporis, in feuda oblata abierunt, eos poſſediſſe, ut horum quoque reſpectu Proceres, Primates, Optimatesve Regni, appellari potuerint.* Oſtendit *IDEM cit. tom.* 3. *pag.* 1097. *ſeqq.* Status Imperii id jamjam temporis inſignia utique jura territorialia, vel ex Imperatorum Regumque qualicunque conceſſione, vel auctoritate propriâ, exercuiſſe, quem evolvat ANTAGONISTA, & inveniet eos ſub Carolingis non nudos fuiſſe Magiſtratus,

Digitized by Google

ſtratus, ſed magnarum quoque terrarum Dominos. Ad POSTERIUS quod attinet, multis itidem teſtimoniis, quæ ſicco ipſe præteriit pede, evici, Imperatores Carolingos, & ne ipſum quidem Carolum M. poteſtatem habuiſſe plane abſolutam, ſed Statuum Imperii libertate temperatam; Idem multis teſtimoniis probavit *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. tom. I. pag. 226.* Idemque præter alios adhuc plures obſervavit, ſolidisque argumentis docuit *Dn. de MUNCHHAUSEN de Capitulat. perpet. cap. 1. §. 12. pag. 38. & 39.* Et ſi hæc omnia ANTAGONISTAM erroris nondum convincere poſſunt, evolvat ipſe Scriptores coævos, in quibus plura adhuc teſtimonia facili negotio invenire poterit. Ubi ergò teſtimonia hiſtoriæ fide digna adſunt, ibi neceſſe non eſt, ut ad regulas Ariſtotelicas recurramus, aut ſuccenſeamus iis, qui ſecundum eas formam Imperii examinare, vel egregias, ſi Diis placet, ſubtilitates inter adminiſtrationem temperatam Imperii & Rempublicam mixtam, ſecundum ANTAGONISTÆ conceptum, adorare nolunt, quoniam inepta illa regularum Ariſtotelicarum ad Statum Imperii noſtri applicatio jam dudum eſt exploſa. Provocat quidem ille *pag. 14. & 15. ad B. BOECLERI res ſecul. IX. & X.* ut & teſtimonium *SIGEBERT. GEMBLACENS ad ann. 780. Thaſſilo Dux Bavariæ contra Carolum Regem REBELLAT.* Verum quemadmodum SIGEBERTUS GEMBLACENSIS ſcriptor erat ſeculi XII. adeoque contra coævos, & contra ipſa pacta inter Carolingos inita, vocabulo ſuo REBELLAT nihil probare poteſt, quin potius eodem Thaſſilonis exemplo inſignem Statuum auctoritatem, & temperatam Caroli poteſtatem nos docet *REGINON. Chron. ad ann. 788. p. m. 401. Ex iis & aliis multis ab OMNIBUS dijudicatus eſt ad mortem. Et cum OMNES capitalem ſententiam proclamarent, Rex miſericordia motus, eo quod conſanguineus ejus eſſet, OBTINUIT AB IPSIS dictisque ſuis fidelibus ne moreretur.* Ita ne in cogitationem quidem venit, è laude atque fama celeberrimi BOECLERI decerpere, quamvis hâc ſalvâ à ſententia ipſius diſſentire, atque ſi auctoritatibus virorum doctorum pugnandum eſſet, *BOECLERI rebus ſecul. IX. & X.* facillimè *SCHURTZFLEISCHII Diſſert. de Diviſion. Imperii Carolin. §. 10. & 11. pag. 5.* quem refert *Dn. PFEFFINGER: Vitriar. illuſtr. tom. I. pag. 78.* opponere poſſem; at præjudicium auctoritatis hodie exulat. Amicus ergò BOECLERUS, amicus avus, & paternus, & maternus, magis tamen amica veritas.

 §. XXIII.

Digitized by Google

Concluſio. §. XXXIII. Hæc erant potiora argumenta, quibus fundamentum ſuperioritatis territorialis, in charactere Status, ſive libertate Statuum eximia poſitum, deſtrui poſſe, ſibi perſuaſit ANTAGONISTA; his abſolutis, progreditur ad PARTIS GENERALIS SECTIONEM SECUNDAM, quâ fundamentum ſuperioritatis territorialis genuinum ex immedietate, maxime perſonæ (nam territorium immediatum utrique ſupponimus) deducere, & *Partem ſpecialem*, qua ſpecialia ſuperioritatis jura Nobilibus immediatis vindicare conatur. Poſſem ego eundem ſequi, & quid ſingulis paragraphis præſtiterit, facillimo adhuc negotio oſtendere, ſed intentè hic ſubſiſto, ſimul quod officium, quo jam fungor, horas ſubſecivas parcâ dat manu, & ad labores utiliores me revocat, ſimul quod argumenta præcipua §§. *his* præcedentibus jam ſunt diſcuſſa, ad ſingulas vero minutias reſpondere, aut tædioſis illis principii petitionibus Lectori moleſtiam creare nolo. Reſpondebo tamen adhuc pauciſſimis ad potiora, & quidem (I) quando ANTAGONISTA autumat, fundamentum ſuperioritatis territorialis genuinum quærendum eſſe in immedietate, id, ſi libertatem ſeu immedietatem illam eximiam, quâ Status, tanquam de ſumma imperii participantes, gaudent, intelligit, omnino concedo, nego verò, ſi id ad quamlibet libertatem ſeu immedietatem, etiam COMMUNEM extendendum arbitratur; quoniam (a) ſupra jam probatum dedi, Nobiles immediatos, utut immediatè ſubſint Imperatori, arctiori tamen & duriori vinculo eidem eſſe adſtrictos, & PECULIUM ejus, ein Cammer-Guth, id quod ipſi in caſibus ſibi proficuis ad commodum ſuum egregiè traducere ſolent, vid. *LUNIG* Reichs-*Archiv part. ſpecial. contin.* 3. erſter Abſatz *n.* 409. *pag.* 633. ibique: Iſt immer hier und dar eine Aenderung, es wolte dann einmahl Auguſtiſſimus Cæſar *NB.* und ſeines hierunter mercklich ſchmälerenden *CAMERAL-Intereſſe* willen dem König in Franckreich folgen, welcher keine Conſolidation der Lehen-Ritter-Güther im Elſaß, vielweniger die Entziehung der Collectation denen Lehen-Herren und andern Ständen zu des Ritter-Corporis præjudiz und ferner weiter Ringerung geſtattet. Idem docet Reſcriptum Cæſareum de ann. 1689. infra in SUPPLEM. ſub *num.* 64. adjectum, his verbis: den auf erſtgedachtem Weſter-Wald, als einem des Mittel-Rheiniſchen Ritter-Crayſſes undiſputirlichen in denen Ritter-Privilegiis gantz klar beſchrie-

beſchriebenen Diſtrict wohnenden immediaten Reichs-Adel, NB. ſo ein ſehr *importantes* Stück Unſers Käyſers *PECULII* ſeyn ꝛc. (b) Multi hodienum inveniuntur privatæ conditionis homines, qui quidem prædia poſſident equeſtria immediata, & ad communem Nobilitatis caſſam collectas ſolvunt, pro membris tamen Ordinis equeſtris non habentur, neque ad conventus Nobilium vocantur, ſed tantum poſſeſſores, Innhabere der Adelichen Güther, nominantur, vid. *Dn. de BERCKHEIM Differt. de Comitiis Nobil. cap. 5. pag. 21.* Ponamus ergo: Ruſticum aliquem divitem, vel Mercatorem, vel alium quendam privatæ conditionis hominem, prædium acquirere equeſtre immediatum, ibique domicilium habere, is procul dubio intuitu perſonæ eſt immediatus, habet prædium immediatum, num autem & Superioritatem territorialem? ſecundum ANTAGONISTÆ doctrinam id omnino eſſet affirmandum, utpote qui ad ſuperioritatem territorialem, præter territorium immediatum, perſonæ ſaltem immedietatem, etiam COMMUNEM, requirit: ſi verò praxin & Leges Imperii intuemur, eandem & huic, & Nobilibus immediatis, negamus, quoniam utroſque, quamdiu ſcilicet hi arctiori illo PECULII vinculo adſtricti manent, libertate ſaltem COMMUNI gaudere ſcimus. (c) Multi etiam, quod ſicco iterum pede præterire non debuiſſet ANTAGONISTA, inveniuntur PAGI IMMEDIATI, qui procul dubio eadem gaudent libertate & immedietate COMMUNI, habent etiam territoria immediata, non tamen ſuperioritatem territorialem, niſi ſublime iſtud jus ad infimos etiam ruſticos detrudere velis. (II) Multum quidem operæ impendit ANTAGONISTA, ut ex Inſtrumento pacis Weſtphalicæ, & Capitulationibus Cæſareis, aliquid Superioritatis pro Nobilitate immediata eliceret; verùm ſupra jam ex ipſo Inſtrumento pacis & Capitulationibus Cæſareis, quin & ipſis privilegiis Nobilium eſt evictum, eam, quam ipſe adfert, interpretationem, eſſe contra regulas bonæ interpretationis, contra ſenſum ipſius textus, & contra intentionem ſancientium & pacem Weſtphalicam, & Capitulationes Cæſareas, utpote quibus mentio Nobilitatis immediatæ expreſſa inſerta eſt nequaquam ut idem jus, ſed ut privilegia ipſorum idem vinculum indiſſolubile, eine denen Juribus Statuum gleiche Verbindlichkeit, nanciſcerentur, adeoque omnem ipſe operam fruſtra conſumſit. (III) Inſigne quoddam pondus ſententia

Digitized by Google

ANTAGONISTÆ creditur adepta in Diplomate Imp. *Leopoldi* Nobilitati immediatæ conceſſo, wegen der ausgelern'en Künſtler und Handwercker / adeò, ut ſingulari adhuc appendice vim hujus argumenti in fine vindiciarum denuò inculcet. Verba diplomatis hæc ſunt: **Als verordnen wir - - - daß hinfuhro - - - alle unter der Reichs-Ritterſchafft im Land zu Schwaben angeſeſſene Künſtler und Handwercks-Leuthe - - - denen in der Chur-Fürſten, Fürſten, Ständen und Städten - - - Landen ſich befindenden - - - durchgehends gleich gehalten - - - NB. und der Gewalt Handwercker auffzurichten aus der Ritterſchafft und dero Mitglieder Immedietät, privativen Erbhuldigung der Unterthanen und der daraus ſich ergebenden Lands-Obrigkeit** *NB. fundiret* **werden ſolle.** Sane! ſi privilegium iſtud eſſet ſententia utrisq; partibus auditis lata, dubium adeſſet nullum, quin omnes objectiones exceptione rei judicatæ facili negotio refelli poſſent; at eſt privilegium ſaltem, quod ſecundum verba & intentionem impetrantium plerumque conceditur, adeoque tacitas in ſe habet clauſulas: SALVO JURE TERTII; SALVIS EXCEPTIONIBUS; Id quidem certo inde certiùs conſtat, Nobiles immediatos nactos fuiſſe hoc privilegio jus erigendi collegia opificum, num verò jus iſtud jam olim habuerint, verbis impetrantium, quæ ibidem ſaltem referuntur, minimè probatur, neque etiam certum inde redditur, daß aus der Erbhuldigung ſich die Lands-Obrigkeit ergebe, quoniam à multis juris publici Doctoribus egregiè jam eſt obſervatum, homagium non ſemper eſſe notam ſuperioritatis territorialis, cum præſtetur etiam Dominis territorii, licet ſuperioritatem non habeant, *STRUV. Syntagm. jur. publ. Diſſert. 26. §. 38.* imò licet ſint mediati, *AUCTOR. MEDITAT. ad Inſtr. pac. mantiſſ. de Superiorit. territ. §. 47.* Præterea hæc non capio: Nobiles immediati habuerunt olim jus erigendi collegia opificum vi ſuperioritatis territorialis, & tamen Imperator hoc demùm privilegio ſingulari ipſis conceſſit, ut jus iſtud vi ſuperioritatis haberent, daß künfftighin der Gewalt Handwercker auffzurichten, aus der Ritterſchafft Immedietät, privativen Erbhuldigung, und der daraus ſich ergebenden Lands Obrigkeit, fundiret werden ſolle, quod olim habui & adhuc habeo, id mihi jam fruſtrà conceditur, & quod vi ſuperioritatis habui, id mihi ſingulari privilegio concedi nequit, ut jure ſuperioritatis habeam; Nec etiam hæc capio: Imperator

pro-

Digitized by Google

pronunciavit, ex immedietate & homagio fluere die Lands-Obrigkeit, adeoque non tantum Nobilitati in univerſum, ſed & ſingulis ejusdem membris ſuperioritatem territorialem his verbis adjudicavit, & tamen ipſe *ANTAGONISTA part. general. ſect.* 2. §. 6. *pag.* 21. docet, conceſſionem ſuperioritatis territorialis à ſolo Imperatore non dependere, ſed ab Imperatore & Imperio. Oſtendat prius, ſi placet, quomodo hæc omnia cohæreant, & tunc animo certe libenti ſententiæ ejus ſum ſubſcripturus. (IV) Ubique fere petitionem principii obvertit, quæ tamen ſtabilito ac firmato principio noſtro, ſua iterum ſponte corruit, atque evaneſcit. (V) Ubi ad ſpecialia ſuperioritatis territorialis jura accedit, omnia Nobilibus immediatis fidenter adjudicat, & ſi nulla allegare poteſt privilegia, ad præſcriptionem recurrit, quam tamen nullibi iterum probat; at ego ſæpius jam monui, me nolle verbis: QUIDNI, VIDETUR, VIX DUBITANDUM, NULLUS DUBITO &c. Sed idoneis argumentis, & teſtimoniis fide dignis, convinci. Tandem (VI) nonnulla adhuc in fine vindiciarum profert, contra *Sectionis* noſtræ *ſecunda* §. *ult.* Editionis prioris, & §. 15. hujus Editionis poſterioris, quæ adhuc pauciſſimis examinari merentur. Primò namque miratur *ANTAGONISTA Part. ſpecial.* §. 30. *pag.* 69. & 70. me rejeciſſe Eruditiſſimi HERTII Regulam, quod ſcilicet res morales non melius, quam ex operationibus, cognoſci poſſint, addens: *Certè ubi eadem deprehenduntur operationes, ibi pro eadem cauſa ſeu jure producente tamdiu militat præſumtio, quamdiu non demonſtratur diverſitas juris operationes iſtas producentis.* Jam quidem fateor, me rejeciſſe hanc HERTII regulam ſive argumentum, pro vindicanda Nobilitati immediatæ ſuperioritate territoriali, ab effectu ad cauſam deſumtum, imò & ante me jam eandem cum aliis rejecit Vir Celeberrimus *JOHANN. JOACHIM. MULLER* vom *Diſpenſations*-Recht in verbottenen Ehen *lib.* 3. *cap.* 17. §. 6. dum ait: Es attribuiren zwar verſchiedene Doctores - - - - der unmittelbahren Reichs-Ritterſchafft die Superioritatem territorialem, oder Landes hohe Obrigkeit, und beſtehet ihr vornehmſtes Argument darinnen, quod omnibus ferè actibus ſuperioritatis gaudeant, indeque ab effectibus ad cauſam quam optimè argumentatio nectatur. Allein das Contrarium hat ſie wohl mehr Fundament, als die Obſervanz vor ſich. Die Actus ſuperioritatis, welche von Ihnen exerciret wer-

Digitized by Google

den, ſeynd ſinguli, per partes ab Imperatoribus Nobilibus conceſſi & confirmati, wie ſie dann auch deßhalber in caſu, allwo ſpecialis Imperatoris indulgentia, tùm obſervantia & uſus ermangelt, acquieſciren müſſen, und nicht weiter greiffen dürffen. Das Argument aber, welches ab effectu genommen wird, iſt in his, quæ originem reſpiciunt, debile & invalidum, geſtalt ſolches auch oben angezogen worden. Sed & adhuc rejectionis iſtius me nondum pœnitet, ſimul quod Superioritas territorialis nequaquam in exercitio hujus vel illius juris, titulo ſingulari acquiſiti, ſed in poteſtate exercendi omnia jura majeſtatis æmula, in quantum legibus aut pactis non eſt reſtricta, conſiſtit, ſimul etiam quod Nobilitas immediata exercitio omnium horum jurium integrantium deſtituitur, & contrarium neque ab HERTIO, nec ab ANTAGONISTA noſtro adhuc quidem eſt probatum, adeoque argumentum ab effectu ad cauſam hoc loco fruſtra applicatur, quum non ſolum ſana ratio, ſed ipſi quoque Jureconſulti dialectici inculcent, argumentum ab effectu ad cauſam in iis, quæ originem reſpiciunt, non procedere, multò minùs, quando ad eſſe rei vel probationis plura requiruntur conjunctim, ſufficere, alterum eſſe vel probari, vid. *EVERHARD. loc. top. legal. loc. XXI. n. 7. & loc. XXII. n. 1.* Verùm pergit ANTAGONISTA: *Ut ſub exemplo rem declaremus: Comitum unus habet jus quoddam, quod hodiè Superioritati territoriali adſcribitur, ex privilegio, cujus ipſe tenorem poteſt exhibere; Comitum alter idem jus habet ex præſcriptione; annon uterque hodiè jus hoc attribuet & adſcribet Superioritati territoriali?* Adſcribent omninò: ſed quid hæc ad Nobilitatem immediatam? Declarabimus caſum, quem ANTAGONISTA paululùm obſcurè formavit, ut perverſa ipſius applicatio inde eò magis eluceat. Comitum unus ſingulari quodam Cæſaris privilegio olim adeptus erat, v. c. jus inſtituendi Nundinas minus ſolennes, quod plures & Comites & Principes olim hoc modo obtinuiſſe conſtat, quamdiu Comes ille jus iſtud vi privilegii, adeoque titulo planè ſingulari exercet, tamdiu etiam intra fines privilegii ſeſe continere debet, & ultra iſtud jus ſuum extendere nequit, aſt quamprimùm ex Inſtrumento pacis Weſtphalicæ generalem accepit atq; pleniſſimam liberi juris territorialis exercitii confirmationem, malè amplius ad privilegium illud, utpote titulum valdè ſingularem provocaret, quoniam in libero juris territorialis exercitio

per

per Inſtrumentum pacis confirmato, atque ſuperioritate territoriali, utpote titulo univerſali, non ſolum ſatis jam tutus, ſed & liberius ex eadem nactus eſt hujus juris exercitium: Utrique ergò Comites, & ille qui privilegium olim nactus eſt, & ille qui tale privilegium nunquam, ſed titulo fortè præſcriptionis itidem ſingulari hoc jus obtinuit, rectè hodiè iſtud Superioritati territoriali adſcribunt, quoniam utrisque illa per Inſtrumentum pacis pleniſſimè eſt confirmata. Verùm cave, applices hæc ad Nobiles immediatos. Hi enim libertatis Statuum eximiæ, ex qua tandem iſte jurium territorialium complexus coaluit, nunquam fuêre participes, ſed duriori PECULII nexu Imperatoribus hodienùm adſtricti, ac proinde Superioritatis territorialis ob vinculum iſtud PECULII non capaces: His confirmata ſunt jura, quæ privilegiis Cæſareis aliisve titulis ſingularibus ſenſim impetrarunt, per Leges Imperii, non quidem ut jura iſthæc titulum quendam, Superioritatis territorialis vel liberi juris territorialis exercitii, univerſalem, ſed idem ſaltem vinculum indiſſolubile, eine denen Juribus Statuum gleiche Verbindlichkeit, nanciſcerentur: Hos denique Inſtrumentum pacis Weſtphalicæ, dum Statibus Imperii Superioritatem & liberum juris territorialis exercitium pleniſſimè confirmat, ſilentio ſimpliciter præteriit, & nullam eorum mentionem fecit, adeoque quod Lex vel Inſtrumentum pacis non cantat, fruſtra ab ANTAGONISTA noſtro cantatur: Unde & perverſa eſt ejusdem ANTAGONISTÆ concluſio, ajentis: *Parum intereſt, an ego hoc jus habeam titulo lucrativo aut titulo oneroſo, titulo feudi an allodii; modò jus meum easdem operationes producat, quas jus idem producit apud alios, quocunque demum nomine iſtud jus appellare velis.* Quamvis enim nihil interſit, utrum ego jus quoddam habeam titulo lucrativo an oneroſo, titulo feudi an allodii, intereſt tamen omninò, utrum ego jus iſtud habeam titulo UNIVERSALI an SINGULARI, quoniam poſteriori tantum ſaltèm habeo, quantum probo, priori verò liberiorem omninò facultatem & poteſtatem nanciſcor, quippe alias cauſam viderem nullam, quamobrem Principes cæterique Imperii Status, teſte vel ipſo ANTAGONISTA, hodiè poſt Pacem Weſtphalicam non ampliùs ad privilegia, ſed ad Superioritatem territorialem provocarent. Deinde *ANTAGONISTA eadem Part. ſpec. §. 32. pag. 70. ſeqq.* mihi haud immeritò adhuc objici poſſe, commune illud

illud dicterium: TURPE EST DOCTORI, CUM CULPA REDARGUIT IPSUM, autumat, idque ideò, quod ipſi Doctorum auctoritates, quibus ubique nititur, exprobrem, & tamen ipſe pro ſtabilienda regula: *Quod Comites cæterique Status Imperii vi Superioritatis territorialis pro ſe habeant præſumtionem poſſeſſionis omnium jurium territorialium, niſi quatenus contrarium ſpeciatim doceatur, Nobiles verò immediati tantum ſolummodo jurium territorialium poſſidere cenſeantur, quantum ex privilegiis ſibi competere poſſint probare.* Nil niſi Doctores Electorum, Principumque miniſteriis addictos, qui ſui muneris eſſe credant, jura Principum exaltare, ac jura Nobilitatis deprimere & extenuare, allegem. Magnâ proinde confidentiâ ad Leges Imperii fundamentales provocat, ajens: *Allegetur mihi unicus textus ex Legibus Imperii fundamentalibus, qui has regulas & hanc differentiæ rationem inter Status Imperii, quos ob actuale ſuffragium per excellentiam ita appellant, & immediatos imperii Nobiles vel diſertè loquatur, vel per neceſſariam conſequentiam ſtabiliat; & ſpondeo me daturum victas manus.* Allegabo ergò, ne impoſterum turpe ſit Doctori, quod culpa redarguat ipſum, leges Imperii, imò potiùs allegavi eaſdem haud una vice, quas ANTAGONISTA, ſi majore attentione SECTIONEM SECUNDAM perlegiſſet, facile invenire potuiſſet, & jamjam dictis adhuc probatum dedi, Nobiles immediatos ob adſtrictius illud PECULII vinculum Superioritatis territorialis non eſſe capaces, Inſtrumentum pacis, quando Statibus Imperii liberum juris territorialis exercitium confirmat, ipſos ſilentio planè præterire, & Capitulationes Cæſareas non eum in finem Nobilium jura & privilegia confirmaſſe, ut inde jus quoddam Superioritatis generale obtinerent, ſed ut jura ac privilegia ipſorum ſingularia idem, cum Statibus Imperii, vinculum indiſſolubile nanciſcerentur. Quod ſi autem exercitium juris territorialis ſecundum Inſtrumentum pacis eſt LIBERUM, & quidem teſte vel ipſo, quem ANTAGONISTA defendit, *HERTIO de Superiorit. territ.* §. 1. eatenus liberum, quatenus legibus vel pactis non eſt adſtricta, neceſſariò conſequitur, Status Imperii, qui hac ſuperioritate gaudent, præſumtionem poſſeſſionis omnium jurium territorialium pro ſe habere, niſi quatenus contrarium ſpeciatim doceatur, Nobiles verò immediatos, quibus hoc ſuperioritatis jus generale nuſpiam conceſſum legitur, quorumve jura ac privilegia titulis merè ſingularibus nituntur,

tantùm

Digitized by Google

tantùm ſaltem juris territorialis poſſidere præſumi, quantùm ipſi probant. Habet hîc ANTAGONISTA noſter & Leges Imperii, & neceſſariam conſequentiam ex ipſis legibus, ut & indole ac natura Superioritatis territorialis deductam, adeoque cauſam nullam, quamobrem mihi commune illud dicterium, Doctoribus verò Electorum Principumque miniſteriis addictis fictam quandam προσωποληψίαν objiciat, & tamen non dubitat, his adhuc in eosdem invehi verbis: *Neque verò id infrequens eſt apud juris publici in Germania Doctores, ut in gratiam Domini ſui ſcribant & publicè edant, quæ ipſi non credunt, vel ſaltem, ipſos credere, non eſt probabile.* Ante verò quam ANTAGONISTAM hîc dimitto, quærere mihi licebit, quur ipſe, & quidem Argentorati, ubi nullum intereſſe militare vel militare poſſe dicit, eos ſaltem Jurispublici Doctores, qui Statuum Imperii jura defendunt, hac labe aſpergat, Defenſores verò Nobilitatis immediatæ ſilentio prætereat? Quum tamen conſtet, tot tantosque viros, partim ex ipſo conſortio equeſtri, partim miniſteriis ipſorum addictos, mirum hucusque in modum in dilatando catalogo jurium Nobilitatis immediatæ, & reſtringendis Statuum juribus, contra ipſas Imperii Leges, occupatos, alios verò vel pretio, vel precibus conductos fuiſſe, ut à ſanioribus doctrinis, quas anteà publicis jamjam ſcriptis tradiderant, in favorem Nobilitatis abirent, id quod exemplo adhuc noviſſimo docuit Clariſſimus *ESTOR in proœmio Obſervation. ad Commentat. Glafeyanam de Miniſterial. pag.* 15. *in not. lit. c.* Sed fortè ſingulari quâdam Diſſertatione rationem adhuc redditurus eſt ANTAGONISTA, addit enim *pag.* 81. *Plura hanc in rem exempla ex profeſſo colligere animus eſt, atque ſingulari Diſſertatione ARGENTORATI evulgare; ARGENTORATI, inquam, ubi omnis reverentia Principibus, quæ cuiq; pro dignitate ſua ac ordine debetur, ſtudioſiſſimè exhibetur, & exhibebitur; ſed ubi ſimul nullum INTERESSE, quod vulgò vocamus, vel militat, vel militare POTEST.* Jam quidem contendere minimè nolo, Argentorati intereſſe quoddam reverà militare, num autem intereſſe aliquod ne militare quidem ibidem poſſit, alia eſt quæſtio. Intereſſe, uti quidem conſtat, eſt multiplex, conſtat etiam Nobiles immediatos defenſoribus malæ ſuæ cauſæ per quam eſſe munificos, nec minus eosdem ANTAGONISTÆ intuitu hujus, quam jamjam refutavimus, Diſſertationis munificos fuiſſe conſtat, id quod ipſi quidem neutiquam invideo,

ſed potius de tantis remunerationibus gratulor, atque hæc etiam eum ſaltem in finem adduco, ut oſtendam, Argentorati quoq; intereſſe, ſi non quodlibet, at ſaltem pecuniarium militare poſſe. Tutò proinde & purè, omiſsâ etiam clauſulâ: NISI QUID NOVI &c. ad priora ſubmitto. Quod ſupereſt Conſultiſſimum FELTZIUM obnixè rogito, ut ne ſtylum, quo uſus ſum, ægrè ferat, ſi fortè ſenectutem ejus non ubique ſatis venerabundus apparuit, ſed potius, quicquid præter intentionem irrepſit, iræ metaphyſicæ, quæ mentem, fateor, haud ſemel præcipitavit, adſcribat. Tu verò, LECTOR BENEVOLE! habes hîc argumenta FELTZIANA, habes & MEA, lege utraque, perlege & judica. Si me victum & inferiorem judicas, inferior etiam diſcedam lubenter; ſin vincentem, tanti viri vindicias condignè refutaſſe SUFFICIAT.

Nos autem è diverticulo redeamus in viam, atque paucis adhuc perluſtremus DIGNITATEM, quâ Comites Imperii à Nobilibus immediatis ſecernuntur; id quod ulteriùs jam oculis ſubjiciet.

SECTIO

SECTIO III.

demonſtrans

DIFFERENTIAM INTER SACR. ROM. IMP. COMITES & NOBILES IMMEDIATOS

reſpectu

DIGNITATIS.

SUMMARIA.

§. I.

D*Ifferentiæ Dignitatum inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos fluunt:*

Vel ex DIVERSITATE ORDINIS UTRIUSQUE; ubi conſiderantur

§. II. (1) *Titulatura, quæ EXTRA IMPERIUM tribuitur Comitibus à Papa & Regibus exteris; IN IMPERIO Comites olim imprimis dicebantur NOBILES VIRI, poſteà* Wohlgebohren*, & tandem* Hochgebohrren: *Nobiles verò Immediati olim ſaltem STRENUI, DISCRETI, HONESTI &c. non NOBILES vocabantur, nec contrarium Titulo* Edel-Knecht *probatur.*

§. III. *Præter hæc Comites utebantur titulo: DEI GRATIA, & hodiè adhuc utuntur plurali NOS: Nobiles ipſis indiſtinctè dabant* Die Gnade; *Hi verò tibizabantur à Comitibus & Dynaſtis, necnon Civitatibus Imperialibus.*

§. IV. (2) *Habilitas eligendi Imperatoris;* (3) *Officia in ſummis Imperii Tribunalibus, nempe Judicio Rothwilenſi, Regimento Imperii, Camera Imperii, & Judicio Aulico.*

§. V.

§. V. (4) *Dignitates Eccleſiaſticæ*; (5) *Conſtitutio Sub-Officialium*; (6) *Dignitas Rectoris Magnificentiſſimi.*

§. VI. (7) *Differentia in Matrimoniis contrahendis, cujus fundamentum examinatur, & docetur, Matrimonia Principum cum fœminis Comitibus, & vice verſa, planè non eſſe inæqualia; aliud verò dicendum, ſi Nobiles contrahant Matrimonia cum Principibus, & Comitibus.*

§. VII. (8) *Differentia in conſtituendis Reſidentiis*; (9) *Officiis Aulicis*; (10) *Civilibus*; (11) *Militaribus*; & (12) *In ſubſtituendis Caſtrenſibus.*

§. VIII. *Vel ex CHARACTERE STATUS; ubi ſpeciatim exponuntur Differentiæ:*

§. IX. (1) *In Conſtitutione utriusque*; (2) *Concedenda Expectativa*; (3) *Inveſtitura*; (4) *Excluſione*;

§. X. (5) *Judiciis Criminalibus, quando ſcil. delictum perpetratum, vel contra ipſum Imperatorem & Imperium, vel contra alios.*

§. XI. (6) *Judiciis Civilibus*; (7) *Foro Auſtregarum*; & (8) *Executione ſententiarum. Quibus junguntur.*

§. XII. *Honores prærogativi, qui Comitibus Imperii præ Nobilitate Immediata exhibentur* (9) *In Aula Cæſarea & Conventibus Imperii ſolennibus*; (10) *Judicio Imperii Aulico*; & (11) *Camera Imperii.*

§. XIII. *Concluſio totius operis.*

§. I.

Differentia Dignitatum inter Comites Imp. & Nobiles Immediatos, fluunt;

DIGNITATEM, quâ Comites Imperii Nobiles Immediatos antecellunt, paulò jam ſpecialiùs explicaturi, animum ad duos præcipuè fontes attendendum arbitramur, DIVERSITATEM ſcil. ORDINIS UTRIUSQUE, & CHARACTEREM STATUS; quippe ad utrosque omnes, quæ hac SECTIONE occurrunt, prærogativæ commodè referri poſſunt, utut fortè in hac vel illa alter cum altero concurrat. Ad PRIOREM jam SECTIONE I. fundamenta ſunt jacta, ſatisve prolixè, niſi planè fallor, per ſeriem temporum, ex ipſis Legibus publicis, Diplomatibus, & Scriptoribus coævis demonſtratum, Comites nec non Barones, ſive Dynaſtas veteres, ab Ordine Equeſtri ſemper & ubique ab antiquiſſimis etiam temporibus fuiſſe toto cœlo diverſos, illosque ad Ordinem NOBILIUM VETERUM,

Vel ex DIVERSITATE ORDINIS UTRIUSQUE;

TERUM, Nobiles verò hodiernos ad Claſſem LIBERORUM HOMINUM, ſive INGENUORUM, relatos. Hinc ſi quis poſteà ex Ordine Equeſtri Baro vel Comes creari volebat, is non ſolum ad talem Dignitatem expreſsè evehendus, ſed, quod probè notandum, *nobilitandus* etiam erat ab Imperatore; ſiquidem hâc formula utitur Privilegium FRIDERICI III. Imp. Dominos FLECKENSTEINIOS ann. 1467. ad dignitatem Baronum evehentis, apud *SCHILTER. Script. rer. germ. in Document. Friderician. pag.* 290. Und haben darumbe mit wohlbedachtem Muthe, gutem Rathe, Unſer und des Reichs Fürſten, Grafen, Edlen und Getreuen, und rechter Wiſſen, dem obgenandten Friedrichen von Fleckenſtein, dieſe beſondere Gnade gethan, und Freyheit gegeben, und ihn mit ſampt allen ſeinen Erben und Nachkommen, auf ihrer Herrſchafft Dagſtuhl zu unſern und des heiligen Reichs rechten Freyherrn gewürdiget, gemacht, NB. geadelt, geordnet und erhebt. Würdigen, machen, NB. adlen, ordnen und erheben Sie ꝛc. Eadem voce, geadelt, utitur privilegium SIGISMUNDI Imp. *Erchangero de Seinsheimb* ann. 1428. datum, apud *Dn. GUNDLING. de feud. Vexill.* §. 24. *pag.* 51. Cum è contrario in evehendis Baronibus & Comitibus ad Dignitatem Principum, formula ſaltem: In den Stand und Würde Unſerer und des H. Reichs Fürſten gnädiglich erhebt, gewürdiget, und geſetzt, omiſſo vocabulo geadelt, adhiberi ſoleat, uti de Principibus SCHWARTZBURGIIS, aliisve teſtantur verba Diplomatum apud *Dn. PFEFFINGER. ad Vitriar. lib.* 1. *tit.* 16. §. 13. certiſſimo documento, Comites & Barones Imperii eadem, quâ Principes, coruſcare Nobilitate Originaria, ad eandemque pertinere Claſſem NOBILIUM VETERUM, à qua cum Ordo Equeſtris ſemper excluderetur, & ſeparatam quandam Claſſem, Liberorum ſcil. Hominum, ſive Ingenuorum, conſtitueret, nulli etiam ex iſto Ordine Dignitas Comitis vel Baronis conferri poterat, niſi inſimul ipſi Nobilitas illa antiqua conferretur, & ita talis evehendus ex Ordine Ingenuorum, in Ordinem Nobilium veterum collocaretur. Et quanquam temporibus recentioribus Ordo Equeſtris ſibi quoque Nobilitatem quandam arrogaret, hoc ipſo tamen utriusque Ordinis Nobilitas, illa ſcil. antiqua & hæc nova, nequaquam eſt confuſa, ſed ſolicitè iterum diſtinctio obſervata inter Nobilitatem ſuperiorem, dem hohen Adel, Herren-Stands-Perſonen, & inferiorem, dem niedern Adel, atque ad illam Electores,

Principes, Comites, & Barones: ad hanc verò Nobiles hodierni, tam Immediati, quam Mediati relati. Obſervant hanc inter Nobiles ſuperiores & inferiores diſtinctionem, centum Gravamina Nationis Germanicæ cap. 25. apud *SCHILTER. de Libert. Eccleſ. Germ. Lib. 7. cap. 1. pag.* 878. obſervant eandem ipſa Privilegia Cæſarea Nobilitati Immediatæ conceſſa; Ita enim FERDINANDUS III. Imp. in privilegio Nobilibus Immediatis de Prædicato Wohlgebohrn und Edel, ann. 1654. dato: Hierumben haben Wir ... Unſere frey ohnmittelbare Ritterſchafften .. und deſſen erbettene Directores, Hauptleut, Rath und Ausſchuß, mit dem Prædicat und Ehren-Wort, **Wohlgebohrn und Edel** ihre Mitglieder aber NB. **welche nie Herren-Stands ſeynd** ... mit dem Titul **Edel, die aber Herren-Stands ſeynd**, Wohlgebohren allergnädigiſt begabt. Ut adeò vel hanc ob cauſam riſui magis haberi, quam refutari mereatur, conatus BURGERMEISTERI, quando im Grafen- und Ritter-Saal omnem navavit operam, ut contra fidem hiſtoricam, contra Diplomata & Scriptores coævos, contra Leges & obſervantiam Imperii, imò contra ipſa Imperatorum verba, ſumma imis confuſo ſuo Stylo confunderet, utrumque, Comitum ſcil. & Nobilitatis Immediatæ, Ordinem Originarium, & olim & hodiè tam perſpicuè diſtinctum conjungeret, ac utroſque conamine temerario pariter ac inaudito ad omnem, quantum in ipſo erat, æqualitatem reduceret. Sed miſſis hiſce erroribus & confuſionibus BURGERMEISTERIANIS, ad ſpeciales, quæ ex hac Ordinis utriuſque diverſitate fluunt, differentias nos convertimus.

Ubi conſiderantur

(1) Titulatura;

quæ extra Imperium tribuitur Comitibus à Papa,

§. II. Et quidem cum Nomina honorifica eum præcipuè in finem ſint inventa, ut diſcrimina perſonarum in vita communi ſecundum exiſtimationem & Statum deſignent, ante omnia quoque (I) TITULATURA, quam ita vocant, conſiderari meretur, quâ Comites Imperii à Nobilibus Immediatis, & extra Imperium, & in Imperio, diſcernuntur. EXTRA IMPERIUM primo loco occurrit PAPA, qui Comites Imperii, quoniam eundem cum Principibus habent Ordinem Originarium, NOBILIUM ſcil. VETERUM, eodem etiam ipſos, tam antiquis, quam recentioribus temporibus, cohoneſtare ſolebat titulo NOBILIUM VIRORUM. Negare quidem id voluit *EYBEN.* in *Elect. Feudal. cap. 0. §. 13.* ſed reprehenſus propterea ab AHASVERO FRITSCHIO, ad ſtyli tandem Curiæ Romanæ inconſtantiam

Digitized by Google

ſtantiam provocarunt, ipſe in *Diſſert. de titulo Nobilis*: & filius ejus in *Diſſert. de Styo Curiæ*; talia tamen inſimul præter Schwartzburgios afferunt exempla, quibus ſententia ipſorum facilè deſtruitur, & ſi junguntur diplomata, quæ produxit *Dn. AUTOR* des gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland, *pag.* 258. *ſeqq.* res planè ponitur extra controverſiam, ſiquidem in his non ſolum titulo NOBILIUM VIRORUM, ſed & TUÆ NOBILITATIS, expreſsè Comites ornantur à Pontificibus. Nec minus honorifici in Comites ſunt REGES EXTERI, quippe vel ſola Regum Galliæ & Angliæ exempla apud *Eund. AUTOR.* des gründlichen Berichts *pag.* 347. *ſeqq.* abundè comprobant, quod hi Comites Imperii cohoneſtare ſoleant titulo MON COUSIN: quod ſeipſos appellent Comitum BONOS AMICOS & CONSANGUINEOS: imò quod Wilhelmus Angliæ Rex Philippum Reinhardum Comitem Hanovienſem anno adhuc 1699. vocaverit: ILLUSTRISSIMUM DOMINUM, CONSANGUINEUM ET AMICUM CHARISSIMUM, ſuaque ipſius manu eidem in ſubſcriptione dederit titulum EXCELLENTIÆ VESTRÆ. An verò Nobiles Immediati, quâ Nobiles, iiſdem Honorum titulis, à Pontificibus exteriſve Regibus, unquam fuerint mactati, hactenus quidem à nullo eſt probatum, nec forſan etiam unquam probabitur. In IMPERIO Comites variis iterum ab antiquiſſimis etiam temporibus ornati fuêre titulis, v. g. ILLUSTRIUM, CLARISSIMORUM &c. Propriustamen, & Ordini ipſorum originario optimè quoque conſentaneus erat titulus, NOBILIS, NOBILIS VIR, quo Comites & Dynaſtæ ad ſeculum usque XV. ab Imperatoribus, Principibus, cæteriſve Statibus, nec non Ordine Equeſtri fuêre cohoneſtati, uti id, ſi opus eſſet, innumeris ferè exemplis facilè dare poſſemus probatum: Cum autem circa hæc tempora Ordo Equeſtris etiam ad Prædicatum iſtud honorificum ſenſim ac ſenſim aſpirare cœpiſſet, Comites atque Dynaſtæ, ut cum Ordine Equeſtri pari incederent paſſu, indignè ferentes, novum ſibi, relicto priſtino, attribuerunt titulum Wohlgebohren; Cujus circa initium ſeculi XV. nonnulla jam invenio exempla, idque tribus, quarum copia ad manus eſt, chartis hîc firmabo. Prima eſt de ann. 1433.

& Regibus exteris;

In Imperio Comites olim inprimis dicebantur Nobiles Viri,

poſteà Woolgeborn;

Ich Diederich Spedt von Bubenheyme der junge bekenne und thun kund offentlich mit dieſem Brive füre mich und alle mine Erben, daß der Edel und Wolgeboren Her Reinhard Grave zu

Hanauwe

Hanauwe min gnediger lieber Herre füre ſich unde ſine Erben ꝛc. Secunda de ann. 1438. Ich Kunckel von Hedersdorffe bekenne offentlichen in dieſem Brieve ſo als Kunckel von Hedersdorffe myn Vater ſelig . . . von dem Wolgeborn Hern Reinhard Graven zu Hanauwe myen gnedigen lieben Hern und finer Graveſchafft zu Burglehen gehabt ꝛc. Tertia de ann. 1436. Wir Johann von Gotts Gnaden Apt zu S. Matthys by Trier ſanct Benedictus Orden thun kunth unnd bekennen, als der Wolgeboren Edele Herre Philips vonn Yſenburg Herre zu Grenſawe, Unſer lieber getreuer ꝛc. Atque hunc titulum retinuiſſe videntur Comites Imperii ad finem usque Seculi XVI. & initium XVII. ubi ſibi porrò Prædicatum Hochwohlgebohren, & tandem Hochgebohren, vindicarunt, quo ultimo hodiè adhuc utuntur, & prætereà ab AUGUSTISSIMO IMPERATORE CAROLO VI. anno adhuc 1715. confirmatum obtinuerunt: Jhro Kayſerliche Majeſtät wolten Jhres allerhöchſten Orts, ob dem Entſchluß, wie dero glorwürdigſte Vorfahren feſt halten laſſen, damit das denen Reichs-Grafen allein zuſtändige Prædicat: Hoch- und Wohlgebohren, niemand mindern Stands ertheilet werde. Wodurch der Unterſcheid, Vorrecht und Ehre, des Reichs-Grafen-Standes ſattſam zu erkennen ſeye. vid. *Dn. AUTOR* des Adelichen Ritter-Feldes *pag.* 21. Confer. *Dn. LUNIG Theſaurus Jur. Comit. pag.* 909.

& tandem Hochgebohren.

Nobiles verò Immediati

Quam inſignis ergo hoc etiam caſu inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos adſit differentia, facile inde apparet. Quod enim Ordini Equeſtri olim neque adjectivum NOBILIS, neque ſubſtantivum NOBILITAS competierit, ſed nominibus plerumque MILITUM, MINISTERIALIUM, CASTRENSIUM &c. in ſubſcriptionibus Diplomatum fuerit deſignatus, jam *Sect.* 4. contra BURGERMEISTERUM paſſim annotavimus: & quod ſeculis adhuc XIV. & XV. Equites tam Immediati, quam Mediati, ſeipſos non NOBILES, ſed STRENUOS ſaltem, DISCRETOS, HONESTOS, Ehrſame, Ehrbare, Veſte ꝛc. vocaverint, plurimis iterùm, quæ ad manus ſunt, Diplomatibus firmare poſſem, ex quibus tamen pauca hic ſufficiant. Primum eſt GODEFRIDI ZYPARII de ann. 1372. By dieſen reden und tedingen ſyn geweſen, die Veſten Knechte, Erhard von Buchſeck, Hordmann Menden, Lottir Harwade, Kune von Rodenhuſen, und ander Erber Lüde vil ꝛc. Secundum Viduæ FRIDERICI de SELBOLD, de ann. 1372. By dieſem Kauff ſind geweſt, dieſe

olim ſaltem Strenui, Diſcreti, Honeſti &c.

dieſe **Erbere Lůde**/ Eberhard von Dorfelden, und Luter Hor-
wede, und andere ꝛc. Tertium, Militis cujusdam dicti, Gutz
von Heruldis/ de ann. 1384. Hiby ſind geweſt, **die Veſten und
Erſamen Lůde**/ Herr Johann Sure Perner zu Udenhayn, Jo-
hann von Langenſtein, Ammann und Burgmann zu Birſtein,
Gyn'o von Wenthuſen ꝛc. Quartum, HENRICI de RUDEN-
KEIM, de ann. 1451. Und des merem Erkentenes ſo han ich
gebetten den **Veſten** Dieterich Specht von Buberhem, das hee
ſin Ingeſiegel ꝛc. Quintum denique, BERNHARDI DE
SCHWALBACH, de ann. 1454. Han des zu Bekentniſſe ge-
beden, den **Erſamen** Herrn Johann von Schwalbach myn lieben
Schwaaer, daß Er ꝛc. Ut proinde veriſſimum omninò ſcripſerit *non Nobiles vocabantur,*
STUMPFFIUS Schweitzer Chronica *lib. 4. cap. 29. fol. 250.* quan-
do ſcripſit: **Es wurden noch vor 300. Jahren verſchinen, all in**
die Grafen und Freyen genennt **die Edlen**/ und die gemeinen
Junckern (NB. ſo yetz Edel genennt wöllend ſeyn) hieſſend nur **Edel-
Knecht.** Damals ſchreib man einen Ritter nit anders, dann
dem **Erbaren Ritter:** Einem **Edel-Knecht dem Beſcheidenen,**
Diſcreto: alſo findt mans klärlich inn Inſtrumenten. Quod ſi
autem certum eſt, Nobiles hodiernos, Mediatos pariter ac Im-
mediatos, id temporis NOBILIUM nomine nondum veniſſe,
certum etiam eſt, omnia quæ in Scriptoribus & Diplomatibus
his temporibus antiquioribus de NOBILIBUS inveniuntur, fru-
ſtra ad ipſos applicari; atque argumentum iſtud tanti omninò
facio, ut vel ſolo hoc omnia, quæ à diſſentientibus è tempori-
bus antiquis opponuntur, ſatis elidi poſſe arbitrer. Nec obji- *Nec contrarium titulo*
cias, velim, Nobiles tamen hodiernos jam tùm interdum uſur- Edelknecht
paſſe titulum NOBILIS SERVUS, Edel-**Knecht**, ac proinde *probatur.*
etiam Nobilitatis quodammodo fuiſſe participes; ad hæc enim
reſpondeo: Primò cum REINECCIO, Edle **Knechte haben da-
her dieſen Namen bekommen, daß ſie den Herren**, id eſt, **Edlen,
im Krieg mit Dienſt verpflichtet geweſen**, niſi contradictionem in
adjecto admittere, & contraria miſcere velimus, non ſecus ac ſi
dicerem, ein höltzern **Reibeiſen**, ſi enim Knechte ſunt, id eſt, non
Nobiles ſeu Nobilibus contradiſtincti, non poterunt eſſe **Edel**/
Nobiles; hæc ſunt verba ipſius *EYBEN. Elect. feud. cap. 9. §. 13.*
Deinde etiam non omnes ex Ordine Equeſtri, ſed illi ſaltem
ſe, & quidem non ſemper, vocarunt, **Edel-Knechte**, qui Equi-
tibus, **denen Rittern**, erant inferiores, adeoque & hanc ob cau-

ſam, nihil ſolidi ex iſto vocabulo inferri poterit, niſi ſtatuere velis, Equites die Ritter, qui neque quâ Domini, neque quâ ſervi titulum NOBILIS ſibi attribuere poterant, deterioris ac inferioris fuiſſe conditionis, cum tamen ſecundum Stylum Receſſuum ac Legum Imperii Equites, die Ritter, ſemper præponi ſoleant, denen Knechten. Et quid tot opus eſt diſputationibus? ſi Nobiles Immediati tituli NOBILIS, olim fuiſſent participes, cur quæſo! anno demum 1654. ab Imp. FERDINANDO III. ſingulari id obtinuerunt Privilegio? cur mandatum expetierunt ad Electores & Status Imperii: Daß hinführo mehrbenanten Ritterſchafftlichen Crayſen, in Schwaben, Francken, Rheinſtrom/ und dem Bezürck im Undern Elſäß, und allen ihren Nachkommen, das Prædicat **Wohlgebohrn und Edel** / dero Mitgliedern aber, jedem in privato, welcher nit Herren-Standts iſt.. in ewige Zeit der Titul Edel.. ohnfehlbar geſchrieben und gegeben werde.

Præter hæc Comites utebantur titulo: DEI GRATIA:

§. III. Reliqua curialia, ut dicunt, ſi conſideramus, inſignem illam inter Comites atque Dynaſtas Imperii, & Nobiles immediatos differentiam ubivis, idque inprimis inveniemus, Comites atque Dynaſtas ſemper, Nobiles verò & mediatos, & immediatos nunquam inveniri extra conſortium privatorum. Quis enim neſcit Comites & Dynaſtas temporibus medii ævi uſos fuiſſe titulo DEI GRATIA? probavit id *L. B. de LYNKER in Diſſert. de Libertat. Stat. Imp. §. 3. pag. m. 17.* ajens: *Quod quidem ut modeſtiæ eſſe conſtat, ita etiam authoritatis in Principibus eſſe, conſuetudo induxit, idque in Abbatibus & COMITIBUS.* Probaverunt *Dn. AUTOR* **des gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland** *pag. 113.* & *Dn. LUNIG* **in der Einleitung zu dem** *Theſauro juris* **derer Grafen und Herren des Heil. Römiſchen Reichs** §. 10. *pag.* 71. aliique, & quamvis Comites Imperii titulo iſthoc hodiè abſtineant, utuntur tamen adhuc nu-

& hodiè adhuc utuntur plurali NOS:

mero plurali NOS, idque, ut ait *L. B. de LYNKER. citat. loc. magnitudinem dignitatis & potentiæ innuit, quod inſtar plurium, & vel totius populi ſui, Princeps* (addimus: *& Comes*) *habendus ſit.* Apud Nobiles verò mediatos pariter ac immediatos, vox illa multitudinis NOS ignoratur, quippe qui, uti olim, ita & hodie adhuc erga infimos homines in literis ſuis ſaltem utuntur numero ſingulari, etiam illi, qui ab Aula Cæſarea ad dignitatem Baronum ſunt evecti. Quod ſi porrò ad ea curialia accedimus,

qui-

Digitized by Google

Nobiles ipſis indiſtinctè dabant Die Gnade;

quibus Comites atque Dynaſtæ erga Nobiles, & hi viciſſim erga illos fuerunt uſi, Differentiæ iſtius inſignis clariora adhuc veſtigia inveniemus. Nobiles quippe hodierni nunquam non ſubmiſſionem atque reverentiam, Illuſtri Comitum & Dynaſtarum Ordini debitam, ſolicitè obſervarunt, eamque, quamdiu ſcilicet uſus linguæ latinæ apud Germanos adhuc erat frequens, variis nominibus expreſſerunt; Vel enim Comites atque Dynaſtas in chartis ac literis ſuis compellarunt DOMINOS SUOS, quod idem erat, ac noſtrum **Gnädige Herren**/ uti id egregiè jam obſervavit *Veronus* **Franck von Steigerwald** *in Deductione* **derer Grafen und Herren** *Titulaturen* apud *Dn. LUNIG. Theſaur. Jur. Comit. part. 3. cap. 4. num. 14. pag. 538.* ajens: Biß hieher hat man nun noch meiſtentheils das Wörtlein **Mein**/ ſtat Gnädig gebrauchet, und geſagt: Dominus meus Nobilis Vir de Hohenlohe ---- Was heut zu Tage das Frantzöſiſche Wort Monſeigneur bedeutet. das war damahls Dominus meus, **mein Herr** Vel ipſis dederunt titulum DOMINATIO VESTRA, teſte charta ann. 1278. apud *Dn. JOANNIS Spicileg. 1. tabular. literarumque veter. pag. 308. Nobili Viro Domino G. juniori de Eppinſtein, Wernherus de Beldersheim cum debita fidelitate obſequium ſemper promptum Noverit VESTRA DOMINATIO quod de mea bona voluntate &c.* Vel VESTRA GRACIA, teſte charta ann. 1315. apud *Dn. JOANNIS cit. Spicileg. pag. 349. Nobili Viro, Syfrido Domino de Eppinſtein, Adolfus de Linnen Armiger ſervicium ſuum debitum & paratum. Cum ego ſana mente & cor ore vendiderim omnia bona mea feodalia, Gerlaco fratri meo dilecto, que à VESTRA GRACIA feodaliter hactenus poſſedi &c.* Vel denique VESTRA NOBILITAS, teſte charta ann. 1330. apud *Dn. JOANNIS cit. Spicileg. pagina 368. Nobili Viro, DOMINO SUO, Domino Godfrido de Eppinſtein, Bruno Miles de Scharppenſtein, ejus Servitor & Vaſallus, ſervicium debitum & honorem. Noſcat VESTRA NOBILITAS, quod ego &c.* Quamprimùm verò uſus linguæ Germanicæ frequentior eſſe cœperat, Nobiles hodierni, cujuscunque etiam fuerint conditionis, Comites atque Dynaſtas compellarunt, Ihre gnädige liebe Herren, Ew. Gnaden unterthäniger Diener/ id quod per ſecula XV. XVI. XVII. & XVIII. multis chartarum

 atque

atque diplomatum teſtimoniis ſolidè evicit laudatus *Veronus* **Franck von Steigerwald** *cit. loc.* adeoque ſingularem planè arrogantiam nonnullorum, è Nobilitate inprimis Franconica, haud immeritò perſtringit, ajens §. 15. Hieraus iſt nun in die Länge und Breite zu erſehen, daß von vielen hundert Jahren her allerhand Cavalliers, Mittel-und Unmittelbahre, Reiche und Arme, Geiſt-und Weltliche, Ritter und Knechte, Hof-und Kriegs-Bediente, in Corpore und individuo, in Collegio & extra illud, Vaſalli & non Vaſalli, denen alten Reichs-Grafen **die Gnade** nicht verweigert, ſie in hoher Veneration gehalten, und gantz anderſt tractiret, als man heut zu Tage neuerlich einzuführen gedencket, und ſo weit kommen will, daß man vermeynet, daß auch ſogar Vaſalli nur bey vorkommenden Lehens-Sachen, ſonſten aber weiter nicht, die **Gnade** zu geben ſchuldig wären. Comites contrà & Dynaſtæ Nobiles hodiernos olim, ut alios privatos, in literis ſuis ſaltem *tibizare*, vel *tuiſſare* ſolebant, idque ſeculo adhuc XVII. in uſu fuiſſe, teſtantur literæ apud *Dn. AUTOR.* **des gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland &c. in Beylagen** *pag. 294. 295. & 296.* Quid! quod Civitates quoque Imperiales eosdem tibizarunt. Mirum quidem id multis videbitur, nec diffiteor, me aſſertum iſtud diu etiam in dubium vocaſſe, maximè cum legiſſem apud *MULZ. Repræſentat. Majeſt. Imperat. part. 2. cap. 29. pag. 867. num. 23. Civitatibus tuiſſatio ſuorum, niſi infimæ ſint conditionis infrequens eſt, ſed pro Superioritatis ſuæ autoritate erga ſuos titulorum ampullas non adhibent.* Verùm omnem dubitationem expulit Vir, quidam de patria ſua & Republica literaria optimè meritus, cujus nomen inter eruditos jam diu inclaruit, fautor atque amicus meus in paucis colendus, cum non ſolum literas quasdam Senatus Francofurtenſis, quas lege in SUPPLEMENT. *num. 65. 66. & 67.* ſed & ipſum *Extractum* **Franckfurther Raths-** *Protocolli de ann.* 1488. mecum benevolè communicaret, quo Senatus Francofurtenſis tandem, collectis ſuffragiis, ſenibus atque officiis honoratioribus præfectis Nobilibus *Voſſitationem*, ut ajunt, his verbis conceſſit: 1488. *Sabato poſt Cantate.* **Umb zu vermeiden Widerwertigkeiten willen des Adels, iſt beſchloſſen, nachdeme ein Rath bishero einen Edelmann in Schrifften gedützet, ſol man hinführo den Alten und die beamt ſeyn in Schrifften**

Ii verò tibizabantur à Comitibus & Dynaſtis,

nec non Civitatibus Imperialibus.

ten Ertzen/ dieweil es andere Stede des Reichs ſich des auch zu thun nit blöden.

§. IV. Titulos hosce honorificos excipiunt Dignitates, quas Status Imperii publicus nobis ab oculos ponit, & quum ſumma ibi procul dubio ſit Dignitas Cæſarea, hinc jam conſideranda venit (II) HABILITAS ELIGENDI IMPERATORIS, non quidem omnis, ſed ea ſaltem, quæ intuitu Natalium requiritur. Uſu enim inveterato, & conſuetudine haud interruptâ obtinuit apud Germanos, ut nunquam è promiſcuo hominum ordine, ſed ex ſola Nobilitate, ſcil. antiqua, Reges & Imperatores ſuos crearent, vid. *KULPIS. de Obſervant. Imp.* §. 22. Unde ſi credimus verbis *SPECULI SUEV. cap.* 22. *apud GOLDAST.* Reichs-Satzung *pag.* 37. Die Fürſten ſollen kieſen einen König, der ein freyer Herr ſey, und alſo frey/ daß ſein Vatter und ſein Mutter Freye ſeyn geweſen, und nicht ſollen Mittelfrey ſeyn ꝛc. concluſio facillimè inde formari poteſt, Nobiles Immediatos, utpote qui ad LIBEROS tantum INFIMOS ſunt referendi, hujus Dignitatis ſummæ non fuiſſe capaces, bene tamen Comites Immediatos, ſiquidem hi ex Ordine erant VETERUM NOBILIUM, & quod *Sect. I.* docuimus, LIBERIS SUMMIS denen Semperfreyen, de quibus Speculator hic loquitur, adnumerati; ſed adeſt præterea Obſervantia Imperii, adſunt teſtimonia Hiſtoriæ ſat' luculenter probantia, nullos unquam ex Ordine Equeſtri, ſive mediato, ſive immediato, multos verò Comites Imperii ad hanc Dignitatem Cæſaream fuiſſe evectos; Qua de re egregia eſt Obſervatio *Dn. SCHWEDERI* in *Diſſert. de Elect. Imperat. continens habilit. perſon. eligend. Theſ.* 5. *pag.* 18. ajentis: *Sub illuſtribus autem familiis comprehendimus quoque Stemmata eminentium Comitum. Et quidem quoad Comites eò minùs id negandum putamus, quo plura prioribus temporibus exempla proſtant: ita enim ex illorum Claſſe ad Imperium evectos legimus Wilhelmum, Rudolphum, Adolphum & Guntherum. Quamvis hodiè quidem, cum Imperator Romanus neceſſario opulentus ac potens eſſe debeat, iſtiusmodi electio in Comite, reſpectu utilitatis ſeu ratione Status hodierni, haud facile expectanda vel ſperanda ſit; Interim tamen, ſi caſus contingeret, & forte Comes Imperii ſufficientia bona haberet, ad ſuſtinendam*

(a) *Habilitas eligendi Imperatoris;*

Digitized by Google

ſtinendam Imperii Majeſtatem, illum optimo jure eligi poſſe exiſtimamus, & talis in Imperatorem electus haud dubiè non minùs pro ſummo Imperii Capite venerandus atque reſpiciendus foret, ac ſi Originem ex Illuſtriſſima Principis alicujus familia duceret. In Imperio præcipuum Cæſaris officium occupatum eſt circa juſtitiam adminiſtrandam, cui vel ipſe, vel per Vicarium præeſſe

(5) Officia in ſummis Imperii Tribunalibus nempe:

tenetur, unde (*III*) *IN SUMMIS IMPERII TRIBUNALIBUS*, variæ iterum, eæque inſignes inveniuntur Dignitates, quarum quidem Comites & Dynaſtæ, non verò Nobiles neque Mediati, nec Immediati, ſunt capaces; Nullus enim ibidem Officio Judicis vel Præſidis, vel etiam Vice-Præſidis fungi poteſt, niſi Princeps, Comes, vel ad minimum Baro ſit, excluſo omninò

Judicio Rotvvilenſi,

Ordine Equeſtri. De JUDICIO ROTWILENSI id teſtatur, die Hoff-Gerichts Ordnung zu Rotweil *Part. 1. tit. 1. apud GOLDAST.* Reichs-Satzung *pag. 6.* Zu dem erſten ſo ſetzt ein Römiſcher Keyſer oder Künig einen Hoffrichter des Hoffgerichts zu Rotweil, welicher ſol **ein Grave oder Freiher / und an dem Adel höher / aber nit minder ſein /** derſelbig Hoffrichter mag, ob er wil, einen Under Hoffrichter ſetzen, der ſol aber auch **ein Grave oder Freiher / und derſelben Genoß ſein:** De

Regimento Imperii,

REGIMENTO IMPERII, & quod nemo ibi perſonam Imperatoris ſuſcipere potuerit, niſi Princeps, Comes vel ad minimum Baro, id eſt, ex Ordine *NOBILIUM VETERUM* fuerit, docet **Ordnung des Regim.** *de anno* 1500. §. 1. Haben Wir mit zeitigem Rath und Willen, auch zugeben und annehmen der vorgenanten Churfürſten, Fürſten, Grafen, Herren, und Stånd, zu uns, oder wo wir, aus andern mercklichen Sachen und Geſchäfften perſönlich dabey nicht ſeyn würden, zu dem, ſo wir an unſer Statt ſetzen werden, **der zum wenigſten ein Graf oder Freyherr ſeyn ſoll ꝛc.** confer. Ordnung des Regim. *de anno* 1521. §. 1.

Camera Imperii,

De *CAMERA IMPERII* & habilitate Perſonæ Judicis Cameralis, des Cammer Richters, diſponitur in *ORD. CAM. de anno* 1495. §. 1. Zum erſten, das Cammer-Gericht zu beſetzen mit einem Richter, der ein Fürſt iſt, geiſtlich oder weltlich, oder **ein Graf oder Freyherr ſey ꝛc.** confer. *ORD. CAM. de ann.* 1521. §. 1. & *de ann.* 1555. *part. 1. tit. 1. §. 1.* ita ut judex Cameralis, ſi cauſæ Electorum, Principum, vel Principibus æqualium, ſunt dijudicandæ, vel ipſe judicio præeſſe, vel alium, Principibus tamen,

Comi-

Digitized by Google

Comitibus, vel Baronibus non inferiorem, ſubſtituere teneatur, qua de re ita ſancitur in allegat: *ORD. CAM. de ann.* 1495. §. 1. Aber ſo einer oder mehr Sachen am Cammer-Gericht würden gehandelt, einen Churfürſten, Fürſten, oder Fürſtenmäßigen, für ſich ſelbſt antreffend, in der oder derſelben Sachen, ſoll der Cammer-Richter ſelbſt ſitzen: oder ſo er das nicht thun mocht, aus obgemelten Urſachen, auch mit Wiſſen und Willen der Urtheiler, einen andern **Fürſten / Grafen / oder Freyherrn /** an ſeine ſtatt ſetzen: Et cum Vice Judicis abſentis ſemper fungantur Præſides, die Cammer-Præſidenten, nullus etiam ad hoc Officium admittitur, niſi ad minimum ſit Comes vel Baro, vid. *ORD. CAM. de ann.* 1521. §. 1. & *de ann.* 1555. *part.* 1. *tit.* 3. §. 2. ibique: Deßgleichen ſollen die Beyſitzer alle, eines ehrbaren Weſens und Wandels, aus rechter, natürlicher, ehrlicher Geburt, und inſonderheit aber **die zween Grafen oder Freyherrn /** alſo geſchickt ſeyn, deren einer des Cammer-Richters ſtatt, in ſeinem Abweſen, oder ſo er aus ehehafft verhindert, jederzeit verweſen und vertretten möge. Utrùm verò hîc ſufficiat ſola dignitas perſonalis, atque nudus Comitis vel Baronis character, an etiam requiratur, ut Cameræ Imperialis Præſes ſit Status Imperii? Quæſtio eſt in ſe quidem ſatis clara, nonnullis tamen præjudiciis haud ita pridem dubia facta, de qua legi merentur, quæ publici juris fecit *Dn. LUNIG in Theſaur. Jur. Comit. Part.* 3. *cap.* 18. *n.* 1. 2. 3. 4. *& cap.* 20. *n.* 5. *pag.* 903. argumenta in utramque partem expoſuit inſignis quidam JCtus, prolixo quodam Scripto, quod per modum Extractus exhibui in *SUPPLEMENT. num.* 68. De *JUDICIO* tandem *AULICO*, & qualitate hujus Judicii Præſidis, des Reichs-Hof-Raths Præſidenten, teſtantur R. H. O. *RUDOLPHI II. tit.* 2. *MATTHIÆ tit.* 1. *& FERDINANDI III. tit.* 1. *pr.* ibique verba: Unſer Kayſerlicher Reichs-Hof-Rath, deſſen Obriſtes Haupt und Richter allein wir, und ein jeder Römiſcher Kayſer ſelbſt iſt, ſolle hinführo jederzeit mit einem verſtändigen, und wie zu Führung eines ſolchen Amts vonnöthen, wohl qualificirten Præſidenten, **der ein Reichs-Fürſt / Graf / oder Herren-Stands ſeye ...** beſetzt werden. Nec aliud de Vice-Præſide, dem Reichs-Hoff-Raths Vice-Præſidenten, ſancitum invenimus in *CAPITULAT. CAROLIN. art.* 24. Wir ſollen und wollen auch bey ernandtem Unſerm Reichs-Hof-Rath keinen zum Præſidenten oder *Vice-Præſidenten* beſtellen, es ſeye dann derſelbe *& Judicio Aulico.*

ein

ein teutſcher Reichs-Fürſt / Graf / oder Herr / in demſelben ohnmittelbar oder mittelbar geſeſſen. Et quamvis ultima verba, ohnmittelbar oder mittelbar, ſatis indicent, nullum hic fieri neque ad Immedietatem neque ad Antiquitatem Stemmatis reſpectum, adeò ut quilibet Comes vel Baro, heri etiam vel nudius tertius ad hanc Dignitatem evectus, ab hujusmodi Officiis non excludendus videatur; aliud tamen omninò ſenſerunt Status Evangelici in Monitis ſuis ad *FERDINANDI III.* R. H. O. quæ exhibet *AUTOR MEDIT. ad Inſtrum. Pac. Maniſſ. 2. ad Specim. 5. de nov. jud. Aul. pag. 116.* cum loco verborum, ein Reichs-Fürſt, Graf oder Herren-Stands, apponi mallent, ein teutſcher unmittelbarer Reichs-Fürſt, Graf oder Herr, **guten alten Geſchlechts.** Quod an Compilatores novæ Ordinationis judicii Aulici ſint obſervaturi, tempus docebit.

(4) *Dignitates Eccleſiaſtica*; §. V. Relicto Statu publico, ex quo tamen multa adhuc producere poſſemus, progredimur ad Statum Clericalem, qui inſignem nobis Differentiam (*IV*) *IN DIGNITATIBUS ECCLESIASTICIS*, & quânam ibi Comites & Dynaſtæ præ Nobilitate Immediata gaudeant Prærogativâ, oſtendit. Olim enim vix aliquem, niſi ex Ordine *NOBILIUM VETERUM*, h. e. Principum, Comitum, & Baronum, ad Dignitatem Epiſcopalem fuiſſe admiſſum, præclarè jam obſervavit *LEHMANN. Chron. Spir. lib. 2. cap. 15.* Die geiſtliche Fürſten ſeynd Biſchöff, das iſt, oberſte Lehrer und Prediger einer gantzen Graffſchafft oder Gaues, NB. mehrentheils **alten Adelichen Geſchlechts** / daraus König, Hertzogen, und Grafen in weltlichen Stand herkommen, offt der König, Hertzogen, und Grafen Erben . . daher ſolcher Stand ſehr hoch reſpectirt und das Lehr-Amt der Kirchen, allen weltlichen Dignitäten fürgezogen worden: eumque morem ad Caroli M. tempora perduraſſe docet, verbisque *THEGANI de geſt. Lud. Imper. cap. 20.* ulterius confirmat *SCHILTER. de Libert. Eccleſ. Germ. lib. 2. cap. 2. §. 4.* & quamvis mos iſte multis in Eccleſiis poſterioribus temporibus diſcederet, & præter NOBILES VETERES, alii quoque ex ORDINE EQUESTRI, vel etiam PLEBEJORUM, admitterentur; multæ tamen conſuetudinem veterem retinuerunt, atque hodienum nullos, niſi Stirpe Illuſtres, Principes puta, Comites & Barones, in conſortium Canonicorum recipiunt. De Cœnobio AUGIÆ MAJORIS, cui à divitiis nomen Reichenau, id teſtatur *URSTISIUS in Vita Hermanni Contract.*

Digitized by Google

Contract. tom. 1. rer. German. pag. 230. inquiens: *Monachus fuit regalis Cœnobii Augiæ Majoris (vulgus à divitiis* die Reichenau *appellat) ſiti in Inſula lacus Cellenſis ſeu inferioris, qui Acronii vel Bodamici appendix eſt, Ordinis Benedictini, NB. in quo olim NONNISI PRINCIPUM, COMITUM ATQUE MAGNATUM LIBERI recipiebantur, excluſis ingenuis & humilioris gradus hominibus.* De ARCHIEPISCOPATU COLONIENSI è GELENIO ſequens teſtimonium profert *Dn. IMHOFF. Notit. Procer. Imp. lib. 2. cap. 4. §. 11. Nemo niſi Illuſtriſſimo Sanguine ortus, & octo Proavorum illuſtri Stemmate demonſtrato, ei adlegitur; aut in octo Presbyterorum Canonicorum Ordine, quibus illa ſanguinis excellentia deeſt, certè Illuſtrem valdè ſcientiâ, & aliis animi dotibus ac meritis eſſe oportet eum, qui in hoc ſplendidiſſimum Collegium cooptari velit.* Idem conſtat de EPISCOPATU ARGENTINENSI, idemque docent *STATUTA Majoris Capituli Argentinenſis Eccleſiæ,* quæ ex Archivo ejusdem Capituli nuperrimè produxit *R. P. LOUIS LAGUILLE Hiſtoire de la Province d'Alſace Part. 3. pagin.* 178. 179. 180. 181. *edit. major.* ubi Illuſtriſſ. iſtud Capitulum ita: *Secundum,* inquit, *antiqua Eccleſiæ Argentinenſis Statuta nullus in Canonicum admitti poterat, quin Genealogiam exhibuiſſet, duorum Imperii Principum, duorumque Comitum atteſtatione & verificatione munitam & confirmatam, qui ipſi Canonicis Argentinenſibus adſcribi poſſent: hæc autem ita adaptata eſſe debebat, ut quatuor generationes, & unius cujusque generationis omnia capita ex linea patris & matris abſolutè contineret, unumquemque verò gradum tam rectum, quam collateralem in utraque linea NON NISI EX PRINCIPIBUS ET PRINCIPISSIS, AUT COMITIBUS ET COMITISSIS, IISQUE CAPACIBUS POTIENDI JURE VOCIS ET SESSIONIS IN IMPERII COMITIIS GENERALIBUS compoſitum eſſe neceſſaria conditione requirebatur.* Unde etiam Canonici ibidem κατ' ἐξοχὴν die vier und zwantzig Grafen plerumque vocantur; Alia hujusmodi exempla refert *PRAUN.* Adelich. *Europa Part. 3. cap. 4. n. 521.* apud *BURGERMEIST. Biblioth. Equeſtr. tom. 2. pag. 831.* hanc addens obſervationem: Wiewol es ſcheinet, daß vor Alters nicht leicht gemeine Edelleute

zu Domherren und Biſchöffen ſeynd gemacht worden / wie dann zu Cölln und Straßburg noch kein gemeiner Edelmann ein Domherr werden kan. Und wurden vor Alters unter dem Wort Edele, nur die Fürſten, Grafen und Freyherren verſtanden, wie Herr *EYBEN de tit. Nobilis*, weitläufftig ausführet. Alſo iſt auch das Cloſter Einſiedel nur für einen Spittal der Fürſten, Grafen und Freyen geſtifftet (*BRUSCH. in Chronol. Monaſt. ſub Rub. Heremit. in Helvet.*) und kein gemeiner Edelmann vor Alters darein genommen worden (*STUMPFF. in Chron. Helvet. lib. 6. cap. 21. fol. 441.*) Wie dann auch in das Cloſter Reichenau nur hohe Stands- und Wohlgebohrne Perſonen, aber keine Edelleute oder Geſchlechter eingelaſſen werden (*BRUSCH. ſub. Rub. Div. Augia.*) Allermaſſen es auch mit dem Frauenmünſter zu Zürch, Seckingen, Kützingen, Buchau am Feder-See alſo gehalten wird (*vid. AUCTOR. Actor. Lindav. pag. 54. in princ.*) Aber mit der Zeit haben ſich gemeine Edelleute, welche man vor Alters Milites genennet, auch darein geſchwungen / und iſt ihnen ſolches per Concordata Nationis Germanicæ tacitè confirmiret worden, wiewol an vielen Orten nur alte Reichs von Adel recipiret werden. Epiſcopatus hoſce & Eccleſias ſua antiquitus habuiſſe Miniſteria & Officia hæreditaria, eaque ipſos etiam interdum Principes, Comites & Barones ex mero Religionis zelo ſubiiſſe, *Sect.* 1. jamjam obſervavimus: Unde inſignis etiam inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos reperitur Differentia (V) IN CONSTITUENDIS SUBOFFICIALIBUS; Quando enim Comites & Dynaſtæ talia Officia Eccleſiarum hæreditaria ſuſcepêre, ſuos plerumque ex Nobilibus tam Mediatis, quam qui Immediatis hodiè adnumerantur, conſtituebant Subofficiales, qui Epiſcopis præſtò eſſent, & in peragendis Solennibus vicariam Officialibus ſupremis impenderent operam. Inveniuntur iſti Subofficiales in Archiepiſcopatu Moguntino, de quibus *Dn. IMHOFF. Notit. Procer. Imp. lib. 2. cap. 2.* §. 10. ita: *Officiales*, inquit, *hæreditarii, quibus Moguntina Eccleſia ſtipata eſt, hi ſunt: Archimareſchalli, Landgravii Haſſiæ; eorum Vicarii ſ. Mareſchalli hæreditarii, Equites de Heiſenſtein: Archidapiferi, Comites de Veldenz; eorum Vicarii ſ. Dapiferi hæreditarii, Barones Greiffenklau de Volrath: Archipincerna, Barones de Schoenborn, qui Comitibus de Sponheim ſucceſſerunt; eorum Vicarii Equites de*

(5) Conſtitutio Subofficialium;

de Kronberg: Archi-camerarii Comites de Stolberg; eorum Vicarii ſ. Camerarii hæreditarii, Comites Metternichii in Winnaburg & Beilſtein. Inveniuntur in Archi-epiſcopatu Treverenſi; teſte BROWER. *Annal. Trevir. tom.* 1. *pag.* 73. *Apparebant namque familiæ illuſtres Principi ſuo ad honorata Miniſteria; Unde & Miniſterialium nomen profluxit, Lutzelburgii Duces, Mareſchalli, ſeu rei Equeſtri; Yſenburgenſes Dynaſtæ, Aulæ Præfecti; Brandenburgii, qui Clervei Domini, pro Architriclinis agniti; Dapiferatum geſſerunt Helffenſteinii; Supremi Camerarii in Gente Orleya, hæreditarii in Aſcha vel Eſchia vixerunt; Defenſorum munus in Alckiorum ſtirpe viguit.* De Officio inprimis *Yſenburgenſium*, dem Erb-Hofmeiſter-Amt zu Trier, & ipſorum Subofficiali, ex *ACTIS MS.* **in Sachen Wied** *contra* **Chur-Trier/ die Graffſchafft Nieder-Yſenburg betr. Trierl. Beylagen** *num.* 12. ad manus ſunt Literæ reverſales GERLACI DOMINI de YSENBURG de ann. 1337. quas dedit Archi-Epiſcopo BALDUINO, in iisque hujus Officii hanc fecit mentionem: Fort mehr das hernach ſtehet geſchrieben, das hat man von uns zu Lehen, und iſt Affter-Lehen, unſers vorgenandten Herrn und ſeines Stiffts zu Trier, **das Hoffmeiſter-Amt in unſers Herrn Hof zu Trier, hat Dietharte von Pfaffendorff** von uns zu Lehen: Inveniuntur & alibi; præcipuè verò in Epiſcopatu Herbipolenſi, cujus Officiales & Subofficiales ita refert *Dn.* IMHOFF. *Notit. Procer. Imp. lib.* 3. *cap.* 4. §. 7. *Hennebergicis Comitibus in Mareſchalli munere ſuffecti ſunt Landgravii Leuchtenbergenſes, quorum Stirps nunc itidem defecit; collatumque eſt hoc Officium haud ita pridem Comitibus de Dernbach; Sub-Mareſchalli autem munus tenent Equites de Bibra. Pincernatus penes Comites de Caſtel etiam nunc eſt, habentque illi Subofficiales Equites de Grumbach. Dapiferatus poſt Rineccenſes, Comitibus Eyſenbergæ collatus eſt, quibus ſubſtituti ſunt Equites de Thüngen. Camerarii Officium extinctis Wertheimenſibus, Comites Stolbergæ obtinuerunt, qui Vicarios habent Equites Zobel de Gibelſtad.* Notari inprimis merentur hæc Officia, partim quod omnes ipſorum Subofficiales ſunt è Corpore Nobilitatis Immediatæ, partim etiam quod nullus ad Officia ſuprema ad-

Digitized by Google

mittebatur, niſi ad minimum fuerit Comes. Doceor id pacto, quod ex *ACTIS MS.* das Amt Schönrain betreffend, excerpere licuit, inter Epiſcopum Conradum & Philippum, ultimum ex antiqua Comitum RIENECCENSIUM familia, ann. 1544. inito, quo ita inter utrosque convenerat: Zum vierdten dieweil Grave Philippß zu Rhyneck etwan von alterhero des Stiffts Würtzburgk und Hertzogthumbs zu Francken Erbtruchſaß geweſen, ſo ſey hierdurch verglichen, daß er Grave Philippß und ſeine Mannlehenbare Leibs-Erben, und wo er nach ſeinem Todt Leibs-Mannlehenbare Erben nit, ſondern allein eine, oder mehr Töchter verlieſſe, daß derſelbigen einige Dochtermann, wo nit mehr dann eine vorhanden, wo aber mehr dann eine da wäre, allweg der ältiſten Tochter, ehelicher Haußwirth oder Gemahl, NB. doch der Gravenſtands wäre / und derſelben beyder Mannlehenbare Leibs-Erben, ſo lang die im Leben ſeyn werden, nachmals des Stiffts Würtzburgcks und Hertzogthumbs zu Francken angehörige ewige Erbtruchſaſſen ſeyn: Quamobrem ſupremi illi Officiales plerumque etiam vocabantur, die vier Amts-Sr ſen, vid. *SPANGENBERG. Chron, Henneberg. lib. 1. cap. 6.* Ad Statum denique Clericalem quodammodo etiam pertinent Dignitates Academicæ, ubi præ cæteris conſideranda eſt Differentia (VI) IN ELIGENDIS RECTORIBUS; In Academiis enim Statuum Imperii Profeſſores, teſte *LIMNÆO de jur. publ. lib. 8. cap. 5. n. 7.* Rectorem eligunt, vel ex ſuo Ordine, vel Principum, Comitum, Baronumve ex numero, in Academia literis operam navantium, non magno ætatis habito reſpectu: Solent tamen in ſubſidium Prorectorem conſtituere, honore poſt Rectorem proximo, onera qui ſubeat, & explicanda explicet; Quo caſu talis ex Illuſtri Proſapia electus Rector titulo MAGNIFICENTISSIMI cohoneſtatur. Fuiſſe hunc morem antiquis jamjam temporibus non incognitum, exemplo DIETHERI YSENBURGII, qui poſteà Archi-Epiſcopus Moguntinus eſt factus, docet *Dn. JOHANNIS volum. 1. rerum Moguntin. in vita Dietheri §. 1. num. 2. pag. 771. Idoneis Magiſtris in diſciplinam traditus, domi artibus, quibus*

(6) Dignitas Rectoris Magnificentiſſimi.

Puerilis

Puerilis ætâs ad humanitatem informari ſolet, imbutus: annis verò maturior Erfordiam, quæ tum hominum literatorum affluebat copiâ, miſſus eſt, ut ingenium ingenuis excoleret diſciplinis, atque generis ſplendori litterarum conſociaret claritudinem. Ubi cum in dies ad altiora virtutis quodam niteretur impetu, maturitate jam quadam doctrinæ ac ſapientiæ tempeſtivus, dignus anno 1434. habitus eſt, qui faſces gereret Academicos: Idque verbis *GUDENI Hiſtor. Erfurt. lib. 2. §. 22. pag.* 134. ulterius confirmat, ajentis: *Dietherus Comes de Yſenburg litterarum ſtudiis operam hic navans, hoc anno Academiæ Rector præfuit, ac ſpecimen dedit, ſe dignum eſſe, qui olim imperaret.* De recentioribus temporibus quam plurima, ſi opus eſſet, afferre poſſemus exempla, quippe vel ex eadem adhuc YSENBURGENSIUM Proſapia CAROLUS LUDOVICUS ann. 1671. Heidelbergæ, & PHILIPPUS ERNESTUS anno eodem Marburgi, fuêre Rectores Magnificentiſſimi; Num verò idem honos Nobili cuidam Immediato, quâ ſimplici Nobili, unquam contigerit, vix ullo probabitur exemplo.

§. VI. A Statu Clericali nos convertimus ad Statum Domeſticum, in eoque ante omnia ad Differentiam Dignitatis, quæ occurrit (VII) IN MATRIMONIIS CONTRAHENDIS; Certo enim eſt certius, Matrimonium Principis cum filia Comitis vel Baronis Imperii, antiqua ſcil. Proſapia oriundi, & vice verſâ, neque olim exiſtimatum fuiſſe, nec hodienum exiſtimari inæquale, unde & ipſos Imperatores haud rarò ſibi ex Ordine Comitum & Dynaſtarum thori conjugalis ſociam elegiſſe, hiſtoriæ & tabulæ Stemmatum Illuſtrium Genealogicæ paſſim abunde teſtantur. Vid. chart. filii Ludovici pii Pipini de ann. 835. apud *d'ACHERY Spicileg. tom. 3. pag. 329. edit. nov. Pro remedio animarum Hermengardæ quondam Reginæ Genitricisque noſtræ Theberti ac Nebelongi COMITUM, Patre & Avo ejuſdem Ingeltrudæ.* Aliud autem omninò dicendum, ſi Princeps, Comes, vel Dynaſta, uxorem ex Ordine Equeſtri, vel Nobilis (ſenſu ſcil. hodierno) Plebejam ſibi jungat matrimonio, quoniam tale matrimonium nunquam non ita eſt pro impari habitum, ut etiam falſum ſaltem de inæqualitate hujuſce matrimonii rumorem, Imperatoris & Principum Imperii ſententiâ abluere

(7) Differentia in Matrimoniis contrahendis.

neceſſarium interdum putaverint, teſtantibus id Diplomatibus, quæ *Dn. CRANZIUS Diſſert. de S. R. I. Comitum Auſtregis* annexuit. Rationem moris iſtius antiqui ſi in ſcriptis Dd. quærimus, & ſententiam ipſorum conſulimus, miram ubique invenimus confuſionem, poſtquam ſcil. perlatum in fora Germaniæ Jus Juſtinianeum, ut in aliis moribus Germanorum antiquis, ita & in hoc nonnihil confuſionis introduxit; Alii quippe conſuetudinem hanc plane negant, & ſecundum principia juris Juſtinianei, quod ſcil. uxor ſequatur dignitatem mariti, omnia iſthæc matrimonia æqualia pronunciant; Alii diſtinctione Graduum rem conficiunt, ut ſi ex genere ſubalterno ducatur uxor, h. e. uno quaſi gradu inferior, fiat marito æqualis, non, ſi ex gradu ulteriore; Alii alias afferunt ſententias, de quibus vid. *Illuſtr. Dn. de LUDOLPH. de jur. fœm. Illuſtr. Sect.* 1. §. 3. Verùm ſi inveſtigamus, non quid hic vel ille JCtus morum Germanicorum non adeò fortè gnarus opinetur, ſed quid vetera hiſtoriæ teſtimonia loquantur, ſi cum hiſce teſtimoniis antiquis praxin Imperii per tot ſecula ſatis accuratè obſervatam conferimus, procul dubio & ipſa hæc conſuetudo, & ratio hujus conſuetudinis facillima eſt inventu, eamque non aliunde, niſi ex antiqua illa triplici, vel ſi Libertos à Servis ſeparare mavis, quadruplici Claſſe Hominum in Republica Germanorum antiquitùs viventium, quam *Sect.* 1. per ſeriem temporum deduximus, arceſſendam arbitramur. Et ſane! ſi ulla in re veſtigia antiquarum iſtarum Claſſium Hominum, ad hunc usque diem remanſêre, id certè factum eſt in Matrimoniis ineundis. De temporibus antiquis teſtimonium *ADAMI BREMENSIS* excerpſit *LEIBNITIUS tom.* 1. *rer. Brunſ. pag.* 76. *Generis quoque ac Nobilitatis ſuæ providiſſimam curam habentes, nec facilè ullis aliarum gentium, vel ſibi inferiorum connubiis infecti, propriam & ſinceram, tantumque ſibi ſimilem gentem facere conati ſunt . . Quatuor igitur differentiis gens illa conſiſtit, NOBILIUM ſcilicet, & LIBERORUM, LIBERTORUMque, atque SERVORUM. Et id Legibus firmatum, NB. ut nulla pars in copulandis conjugiis propriæ ſortis terminos transferat, ſed NOBILIS NOBILEM ducat uxorem, & LIBER LIBERAM, LIBERTUS conjungatur LIBERTÆ, & SERVUS ANCILLÆ. Si verò quiſpiam horum ſibi non congruentem, & genere præſtantiorem duxerit uxorem, cum vita ſua damno componat.* Eadem quoque iisdem ferè verbis refert. *URSPERG. pag. m.* 148. Qui quidem utrique

Cujus fundamentum examinatur.

utrique de Saxonibus tantùm loquuntur, verùm obtinuiſſe idem apud alios etiam Germaniæ populos, docent *LL. ALEM.* à Dagoberto II. confirmatæ, ubi *cap.* 57. ita ſancitur: *Si duæ ſorores absque fratre ſuo relictæ poſt mortem patris fuerint, & ad ipſas hæreditas paterna pertingat, & una nupſerit ſibi COÆQUALI LIBERO, alia autem nupſerit aut Colono Regis aut Eccleſiæ, illa quæ LIBERO nupſit SIBI COÆQUALI, teneat terram patris earum. Res autem alias æqualiter dividant. Illa autem, quæ Colono nupſit, non intret ullam portionem terræ, NB. Quia SIBI COÆQUALI NON NUPSIT.* Confer. *Dn. BOEHMER de Jur. Eccleſ. Proteſt. Lib.* 3. *tit.* 2. §. 19. ubi alia adhuc loca ex Scriptoribus profert; Et quanto odio talia matrimonia imparia apud veteres fuerint habita, teſtatur lepida illa hiſtoria apud *BALUZ. Miſcellan. tom.* 3. *pag.* 189. *&* 190. Inde autem dilucidè jam apparet, ratio (a) quare inter Principes, Comites & Dynaſtas, nulla contrahantur matrimonia imparia, omnes quippe iſti fuerunt ex Ordine NOBILIUM VETERUM, adeoque ſi Princeps filiæ Comitis vel Dynaſtæ, & vice verſa, matrimonio jungebatur, ſemper utique ſecundum antiquum hunc morem NOBILIS NOBILEM ducebat uxorem: apparet (b) quod matrimonium Principis, Comitis, vel Dynaſtæ, cum fœmina hodiernæ Nobilitatis, ſive mediatæ, ſive immediatæ, pro impari omninò ſit habendum, illi enim ſunt ex Ordine NOBILIUM VETERUM, hi verò ex Ordine INGENUORUM ſive LIBERORUM HOMINUM, adeoque tali caſu contra morem iſtum antiquum, non Nobilis Nobilem, ſed NOBILIS LIBERAM ducebat; & quamvis poſterioribus temporibus in ipſo Ordine Equeſtri diſcrimen quoddam oriretur inter Miniſteriales, cæterosve Milites, illique præ his adſtrictioris eſſent conditionis, nulla tamen, quod optimè jam obſervavit *Dn. CRANZIUS de S. R. I. Comit. Auſtreg.* §. 6. inter ipſos reſpectu matrimoniorum ineundorum aderat inæqualitas, quoniam utrique erant ex uno eodemque Ordine: apparet etiam (c) quod, ſicut inter Nobiles ſuperiores, Principes puta, Comites, Dynaſtas, & fœminas Nobilitatis hodiernæ, ſive inferioris, ita inter Nobiles etiam inferiores & Plebejos, vel omnes, quos hodiè privatæ Conditionis homines dicimus, contrahatur matrimonium impar, quoniam inter utrosque iterùm Ordinis Originalis adeſt diverſitas. Si quis ergò infra Ordinem ſuum Originalem ſibi ita conjugem quærit, is propriè dicitur,

ſich

ſich auſſer ſeinem Stand vermählen, matrimonium verò iſtud, Germ. eine Mißheurath, Gall. *Meſalliance*; & quamvis rigidam illam pœnam, cujus *ADAMUS BREMENSIS & URSPERGENSIS* meminêre, tam accuratè obſervatam non putaverim, hic tamen inde remanſit effectus, ut liberi ex impari iſthoc matrimonio prognati, neque de Dignitate Patris, neque de bonis ipſius participarent, ſecundum dictum illud Juris prov. Alemannici: Das Kind gehöret zur ärgern Hand. Utrumque notabili comprobat exemplo *MONACH. WEINGART. Hiſt. de Guelfis* §. 3. *apud Leibnitium tom.* 1. *rer. Brunſv. pag* 783. *Eticho frater ejus ſine legitimi matrimonii copulatione de hac vita diſceſſit, & Conſtantiæ juxta ſupra dictam Eccleſiam ſepultus eſt. Genuit tamen ex quadam* de Miniſterialibus ſuis *filiam, quam frater ejus Rudolfus libertate donatam,* NB. pro amore fratris *cuidam NOBILI de Retia Curienſi cum largis prædiis copulavit. Ex qua NB. ILLI de Herili Sella, de Uſtera, de Raprechcesvv llare, & eorum cognatio deſcenderunt.* Filiam hanc Etichonis è Miniſteriali quadam natam largis quidem prædiis ditatam videmus à Rudolpho, ſed PRO AMORE ſaltem FRATRIS: videmus etiam eam NOBILI cuidam in matrimonium traditam, at liberi ex ipſa procreati non vocantur NOBILES, ſed tantum ILLI DE HERISELLA &c. certiſſimo argumento, ipſos non patris, qui erat ex Ordine Nobilium veterum, ſed Matris ſaltem ex Ordine Equeſtri conditionem fuiſſe ſecutos. Simile nobis exemplum præbet Ottho Wilhelmi Marchionis Miſniæ frater, utpote qui non aliam ob cauſam apud Bohemos à puero exulaverat, & à ſucceſſione fratris excludebatur, quam quod ex impari erat procreatus matrimonio, utut Principes Saxoniæ, qui id temporis in ſimultate cum Imperatore Henrico IV. erant, omnibus ipſum modis juvarent; qua de re *LAMBERT. SCHAFNAB. ad ann.* 1057. *pag. m.* 464. ita: *Acceſſit*, inquit, *ex inſperatò magnum turbandis rebus adjumentum, Ottho frater Guilielmi Marchionis*, NB. ſed matrimonio impari, matre ſcil. Slavica, natus, *vir acer ingenio, & manu impiger. Is apud Gentem Bohemorum jam à puero exulaverat: ſed comperta morte fratris, magna ſpe obtinendæ hæreditatis, regreſſus in Saxoniam, à cunctis illic Principibus benignè accipitur, magniſque omnium adhortationibus inſtigatur; non modo Marcham, quæ ſibi jure hæreditario competeret*

Digitized by Google

peteret, ſed ipſum quoque Regnum affectare. Nec aliud circa finem adhuc Seculi XIII. obtinuiſſe, exempla Eliſabethæ Maltitiæ apud *Dn. de PLOENNIES Diſſertat. de Miniſterial. Theſ.* 14. *pag.* 10. & Adelheidæ Münzenbergiæ apud *Dn. CRANZ citat. Diſſertat. pag.* 41. diverſo licet reſpectû, ſatis evincunt. Confer. *SUPPLEM. num.* 69. Quid! quod Seculo adhuc XV. matrimonia iſthæc imparia, non ſolum Principis, Comitis vel Dynaſtæ, ſeu Nobilium veterum, cum fœmina hodiernæ Nobilitatis ſive Ordinis equeſtris, ſed & Nobilis hodierni cum fœmina plebeja ſive privatæ conditionis, Germanis admodum erant exoſa, adeò ut liberi ex hisce matrimoniis nati neque dignitatis paternæ eſſent participes, neque ſucceſſionis feudalis capaces. Probabimus id notabili Sententia judicii cujusdam feudalis, eines Mann-Gerichts, juſſu REINHARDI COMITIS HANOVIENSIS anno 1438. in Villam BRUCHKEBEL convocati, in *SUPPLEM. num.* 70. utpote quæ & dicta de matrimoniis Ordinis equeſtris cum Ordine plebejorum imparibus egregiè firmat, & multa adhuc notatu digna de Judiciis veterum Germanorum feudalibus eorumque modo procedendi, de ſucceſſione feudali liberorum ex hujusmodi matrimoniis inæqualibus natorum, nec non de Dotalitio viduæ ex impari matrimonio relictæ, profert. Poſterioribus quidem temporibus introducta jura peregrina, peregrina etiam, & moribus Germanorum antiquis contraria introduxêre principia circa ſucceſſionem Liberorum ex imparibus hisce matrimoniis procreatorum, quæ etiam JCtos hodienùm in diverſas trahunt ſententias, vid. *Dn. THOMAS.* Juriſtiſche Händel *Part.* 2. *H.* 3. *pag.* 122. *ſeqq.* Interim tamen priſci illi Germanorum mores tantùm adhuc hodiè efficiunt, ut ſucceſſiones iſtæ nondum planè careant difficultatibus, adeoque matrimonia iſthæc imparia ineuntes ad removendum omne dubium vel MATRIMONIA contrahant ad MORGANATICAM, vel collationem majoris dignitatis pro tali conjuge inæquali ab Imperatore expetere ſoleant; notatu certè dignum eſt Concluſum illud Judicii Imperii Aulici, die 9. Martii 1723. publicatum in cauſa Sachſen-Meinungen contra Sachſen-Meinungen, quod vide in *SUPPLEM. num.* 71. Præclarè hac de re diſſerit *SECKENDORFF.* Fürſten-Staat *Part.* 2. *cap.* 7. *num.* 26. *pagina* 159. Nach altem Herkommen des Teutſchlandes verheyrathen

ſich die teutſchen Fürſten und vornehme Reichs-Grafen an keine andere Perſon, als welche aus Fürſtlichen, Gräfflichen, oder denſelben gleich geachteten Geſchlechts, welches zumahl im Reich bekannt, und etwan auch dem Landes-Fürſten, der da heyrathet, nicht unterworffen oder Landſäßig wäre, gebohren iſt, NB. und ſind Exempel anzuziehen, daß im fall eine Fürſtliche und hohe Perſon es hierinnen anders gehalten, und an eine gemeine von Adel oder Bürgerlichen Standes ſich vermählet, es ihnen nicht allein zur böſen Nachrede gereichet, ſondern auch denen alſo erzielten Kindern ihr Stand und Recht zur Landes-Regierung ſehr beſchnitten/ auch wol aberkannt/ oder ſie mit geringern Gütern abgewieſen worden. Huic tamen liti nos nunc non immiſcemus, ſed potiùs paululùm adhuc ſpecialius docebimus, Matrimonium Principis cum filia Comitis, & vice verſa, uti olim, ita & hodiè planè non eſſe inæquale: bene tamen, ſi à Comite cum fœmina Nobili, tam Immediata quam Mediata, contrahatur. Ad prius quod attinet, non utique neceſſarium fore arbitramur, ex antiquis Germaniæ noſtræ temporibus multa heîc afferre exempla, quomodo non ſolum ſummi Imperii Principes, ſed & ipſi Imperatores, ex Ordine Comitum uxores ſibi elegerint, neque talia matrimonia Majeſtate ſuâ indigna putaverint; cui enim volupe eſt, recentiores ſaltem tabulas illuſtriſſimorum Stemmatum HANOVIENSIUM, YSENBURGIORUM, HOHENLOICORUM, SOLMENSIUM, aliorumque quamplurimorum Comitum Imperii evolvere, multis ad hunc usque diem probatum inveniet exemplis, præcipuas etiam Germaniæ Principum familias, vel Comitibus dediſſe, vel ab ipſis viciſſim recepiſſe uxores, nec ullam unquam inæqualitatem in matrimoniis hisce fuiſſe notatam: quin potius quotidiana teſtatur experientia, ſi uxor Comes matrimonio jungatur Principi, eam novæ Dignitatis collatione neutiquam habere opus, ſed virtute Nobilitatis originalis, quam cum Principe marito eandem habet, in Ordinem tranſire Principum fœminarum, eadem cum his frui dignitate, & præter titulum novi Mariti, eum etiam retinere, quem à nativitate acceperat; Unde ſecun-

Et docetur,

Matrimonia Principum cum fœminis Comitibus, & vice verſa, planè non eſſe inæqualia.

Digitized by Google

ſecundum ſtylum Curiæ hodiernum hunc ipſis in modum ſcribi ſolet: **Der Durchlauchtigen Fürſtin, Frauen N ver-mählter Hertzogin zu N. gebohrner Gräffin zu N.** Et vice verſa, ſi fœmina Princeps Maritum accipiat Comitem, dignitatem, quam à nativitate habet, non amittit, utut ratione præcedentiæ inter tales & Comites maritatas, nonnihil ſubinde controverſiæ oriri ſoleat. Confer. *Dn. de LUDOLPH. de jur. fœm. Illuſtr. Sect.* 1. §§. 8. & 12. Atque hæc inter Principes & Comites matrimonia nunquam non ita fuêre uſitata, ut nulla ferè inveniatur antiqua Comitum Imperii familia, quæ non Principibus affinitate vel cognatione ſit conjuncta, unde etiam in morem abiit, ut Principes hodiè Comites Immediatos & Proſapiæ antiquitate conſpicuos, in conventibus, conviviis, aliisve colloquiis familiaribus, plerumque compellare ſoleant, **Vettern**, adeò ut ſi Principes id non obſervent, Comites viciſſim, præſertim qui proprio utuntur Regimine, ipſis non facilè tribuant titulum **Ew. Durchlaucht**, ſed tantum **Ew. Gnaden**, id quod haud ſemel fuiſſe factum, ipſe memini. Aliter verò omninò ſe res habet in matrimoniis Principum & Comitum, cum Nobilibus fœminis contractis: Quemadmodum enim Princeps vel Comes fœmina Nobili marito nubens, priorem, quam à nativitate habet, dignitatem non retinet, ſed amittit: ita etiam Nobilis fœmina Principi vel Comiti matrimonio juncta, niſi ad Principis vel Comitis dignitatem ab Imperatore evehatur, mariti dignitatis non redditur particeps, non tranſit in Ordinem fœminarum Illuſtrium; Principum ſcil. & Comitum, neque ulla inter eas ipſi conceditur locus, ſed titulo utplurimùm compellatur MADAME, adeoque tale matrimonium revera hodienùm haud ſecus eſt inæquale, ac ſi cum fœmina Plebeja eſſet initum. Quotidianâ id experientiâ multisve exemplis confirmat *Dn. de LUDOLPH. de jur. fœm. Illuſtr. cit. Sect.* 1. additque egregiè §. 9. *Diverſum erit dicendum, ſi Princeps* Comesve *Nobilem inferioris gradus duxerit, quia hic de acquiſitione ſuperioris Nobilitatis foret quæſtio. Exempla recentiſſima petiti & impetrati eo caſu altioris Nobilitatis gradus ab Imperatore, dubium omne removent.* Et §. 11. *Legem deſideras? Eſt illa, quæ gradus Nobilitatis* (vel quod idem eſt, Claſſes Hominum Originales) *antiquitus in Germania diſtinxit. Hæc ſi non eſſet, deſiderarem viciſſim*

Aliud verò dicendum ſi Nobiles contrahant matrimonia

Digitized by Google

rationem, cur Princeps aut Comes Nobilem inferioris gradus ducens, eam ſuâ non participet dignitate? Quod, ut dixi, experientiâ comprobatur. De Principibus nemo facile dubitabit, quippe præter multa, quæ adſunt exempla matrimoniorum Principum cum fœminis Nobilibus initorum, ipſa quoque pacta Principum familiarum ſingularia ſatis ſuperque teſtantur, quanta ſemper inæqualitas inter Principes & Nobiles in matrimoniis contrahendis ſit obſervata, & ad hunc usque diem obſervetur; Ita namque *HERTIUS de ſpec. Rebuspubl. Sect. 2. §. 6. in not. pag.* 110. de OTTONE Haſſiæ Landgravio è Chronico quodam Haſſiæ refert: Dieſer Landgraff Otto regieret wohl, bate ſeine Söhne, ſie wolten die Unterthanen gnädig hören, und das Land nicht theilen, und wann Ihm ſein Gemahl Adelheit (erat hæc nata Comes Ravensbergia, vid. *HUBNER. Tabell. genealog. Tab.* 207.) ſterbe, wann er dann ſein Wittwen-ſtand nicht keuſch halten könte, wolte er auch in keinem ſundigen Leben funden werden vor GOtt, NB. **aber auch keines Fürſten/ Herren/ noch Grafen Tochter nehmen** damit durch zweyerley Kinder das Land nicht zertheilet würde, ſondern wolte NB. **eine fromme Jungfrau vom Adel** zur Ehe, und die Kinder mit Geld und Lehenſchafft und andern Gütern wohl verſorgen, daß das Fürſtenthum beyeinander bleiben ſolte. Nec ignotum eſt pactum haud ita pridem inter Principes quosdam Saxonicos & Anhaltinos initum, quod exhibet *Dn. THOMAS.* Juriſtiſche Händel *cit. loc.* §. 4. cujusve hæc ſunt verba: Demnach zu nicht geringem Mißvergnügen vieler conſiderablen und fürnehmen Reichs-Fürſten bißher wahrzunehmen geweſen, daß durch die täglich mehr gemein werdende Vermählung Fürſtlicher Herren mit Perſonen, ſo von ihrer hohen Naiſſance allzuweit entfernet, NB. **nur Adelichen oder Bürgerlichen Stands ſind/** und durch die aus ſolchen MESALLIANCEN öffters folgende Legitimationen derer auch auſſer der Ehe erzeugten Kinder, auch Stands-Erhöhungen der ſich alſo in die älteſten und anſehnlichſten Reichs-Fürſtlichen Familien durch unzuläßige und ſchimpffliche Wege einſchleichenden geringen Leute, nicht nur ſolcher Fürſtlichen Häuſer nebſt des gantzen Reichs-Fürſten-Stands hohes Luſtre und Anſehen ... mercklich verdunckelt und verringert, ſondern auch zu vielen Sünden, Schanden und Laſtern Anlaß gegeben werde ꝛc. Tenor Conventionis his potiſſimum

mùm abſolvebatur articulis: (1) Wollen dieſelbe ſamt und ſonders in Zukunfft in ihren Teſtamenten und Pactis domus auffs nachdrücklichſte verbiethen, daß ihre Printzen mit nicht geringern, als **Reichs-Gräfflichen Standes-Perſohnen** ſich vermählen: (2) Da aber dennoch dergleichen Meſalliancen geſchehen ſolten, dieſelbe anders nicht, als Matrimonia ad Morganaticam conſideriren: (3) Die eingeheyrathete Dames erwehnten geringern Standes, keinesweges vor Fürſtinnen tractiren: (4) Die aus ſolchen Ehen entſprieſſende Kinder aber gar nicht als Fürſten anſehen: (5) Einander in Maintenirung dieſer Verein aſſiſtiren, und Fleiß anwenden, daß noch mehr regierende Fürſten accediren: (6) Dieſes pacti Confirmation bey Kayſerl. Majeſt. zu erlangen ſich bemühen: Und dann (7) Durch die Ihrige alles mögliche vorkehren laſſen, damit in dergleichen Fällen hinführo zu Wien keine Standes-Erhöhungen verhenget werden. Ex quibus facillimum eſt judicatu, quid Aulæ Principum de matrimoniis hiſce imparibus hodiè adhuc ſentire ſoleant. Eandem autem inæqualitatem de matrimoniis Comitum cum fœminis Nobilibus contractis omninò eſſe aſſerendam, quotidiana iterùm teſtatur experientia, idque niſi familiis parceremus, plurimis adhuc exemplis firmare poſſemus. Hoc ad minimùm conſtat, Nobiles fœminas, ſi nubant Comitibus, ſine ſpeciali collatione novæ Dignitatis ab Imperatore impetranda, non tranſire in Ordinem fœminarum Comitum, non eundem ipſis, neque ab Agnatis, neque ab aliis Perſonis Illuſtribus, nec etiam in ipſa Aula, tribui honorem, ita ut ne titulum quidem aut nomen & inſignia gentilitia Mariti ſibi arrogare queant. Allegare hunc in finem poſſum memorabile quoddam exemplum ex eodem, quo jam vivimus, Seculo, ubi Comes quidam in Wetteravia, Nobilem quandam, quæ anteà à ſervitiis prioris conjugis erat, duxit, & novam, quam poſt mortem ipſius Vidua inhabitaret, arcem condidit dictam M. novæque Conjugi ab hac arce dedit nomen, quod etiam ad mortem usque geſſit, & nunquam titulo vermählte Gräfin zu M. ſed tantùm Frau von M. gebohrne von Q. uſa, eoque ab aliis cohoneſtata fuit. Affert quidem *BURGERMEISTERUS* Grafen- und Ritter-Saal *Part.* 3. *Sect.* 13. nonnulla exempla matrimoniorum inter Comites & Nobiles fœminas initorum; verum matrimonia iſthæc partim fuerunt revera imparia, partim cum Nobilibus ad Dignitatem Baronum evectis contracta,

& Comitibus.

Digitized by Google

adeoque propriè ad præſentem caſum non pertinent: utut Comites Imperii quoniam titulus Baro, ob frequentes novarum dignitatum collationes, tanti non amplius ac quidem olim æſtimatur, ſed in plures familias Nobiles, maxime Immediatas, tranſiit, ab hisce etiam matrimoniis quam maximè hodienum abſtinere ſoleant, & eadem hæc cauſa ſit, quare Principes Imperii hodiè nullis amplius infra familias Comitum Imperii, Reichs-Gräfflichen Familien, matrimonio velint jungi, ut ſcil. novos iſtos Barones ita à cognatione familiarum ſuarum antiquitus Illuſtrium penitus excludant.

(8) Differentia in conſtituendis Reſidentiis; §. VII. Ad ſtatum porro domeſticum pertinet conditio & qualitas Aularum Illuſtrium Perſonarum, ubi variæ iterùm conſpiciuntur inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos differentiæ; & quidem (VIII) IN RESIDENTIIS ipſis. Quemadmodum enim Principum Imperii habitationes, vigore Dignitatis, quâ gaudent, eximiæ, & Superioritatis territorialis, titulo RESIDENTIARUM cohoneſtantur; Ita ex eadem etiam ratione habitacula Comitum Imperii vocantur RESIDENTIÆ, eademque ipſis ſanctitas, qua Principum fruuntur, adſcribitur; quod optimè jam obſervavit *STRYK. Differt. de Sanctit. Reſident. cap. 1. num. 77. ſeqq.* ajens: *Reliquos Principes & Status Imperii itidem vi ſuperioritatis territorialis, qua per Leges Imperii in territoriis ſuis pollent, Reſidentias pro lubitu ſibi conſtituere poſſe, probatione aliqua non indigere exiſtimo - - adeò ut nec Comiti vel Baroni, qui modo Status Imperii eſt, hæc poteſtas deneganda.* At Nobiles Immediati, quum eadem Statuum Dignitate eximiâ & Superioritate territoriali non gaudeant, eadem etiam hoc caſu ſibi attribuere nequeunt, quippe qui in Arcibus & Domibus ſuis, non reſidiren, ſed tantùm wohnen, dicuntur, & habitacula ipſorum adhuc quidem à Stylo Politicorum hodierno titulo der Reſidentien, Hofhaltungen, unquam cohoneſtari ſolere, non memini. Varia in hisce Comitum Aulis & Reſidentiis inveniuntur Officia, quæ eò majorem nobis oſtendunt utriusque Ordinis differentiam, quo certiùs eſt, ipſos Nobiles Immediatos ea nunquam non ſubiiſſe, & hodierno adhuc die lubentiſſimo ſubire animo.

(9) Officiis Aulicis; Videbimus id (IX) IN OFFICIIS AULICIS; quæ olim plerumque conſtabant ex quatuor illis Officiis hæreditariis, denen vier Hof-Aemtern, PINCERNÆ, ſcil.

Digitized by Google

ſcil. DAPIFERI, MARSCHALLI, & CAMERARII, quibus MINISTERIALES ſtrictè ita dicti præerant. Et talia Officia Aulica, tales Miniſteriales non ſolum in Aulis Principum & Epiſcoporum, ſed Comitum etiam atque Dynaſtarum inveniebantur, uti id de temporibus Carolingorum *Sect.* 1. teſtimoniis Capitularium jam probavimus, de recentioribus verò teſtatur Charta ann. 1202. in Documentis des gründlichen Berichts vom Adel in Teutſchland *pag.* 346. Quò an etiam referenda ſit ſubſcriptio Diplomatis GÖTTFRIDI de HOHENLOHE ann. 1252. apud *Dn. LUDEWIG. Reliqq. Mſtor. tom.* 2. *pag.* 228. *Præſentibus FORARIIS MEIS, Cunrado de Crutheim, Cratone de Boogsberg, item Cratone de Laſs, & eodem Arnoldo de Tierbere, Heinrico de Crailsheim, Heinrico de Hengesveldt, & multis aliis probis viris*: viderint alii. Poſterioribus temporibus numerus Officiorum Aulicorum mirum in modum eſt adauctus, unde quemadmodum in Aulis Principum, ita etiam apud Comites hodierno adhuc die varios Officiales Aulicos, v. g. Hof-Meiſter, Jäger-Meiſter, Stall-Meiſter Hof-Cavallier, imò & pueros Nobiles, PAGEN, ex ipſo Nobilitatis Immediatæ Ordine videmus, nec ulla unquam hac in re inter Nobiles Immediatos & Mediatos in Aulis Comitum, ut & Principum atque Epiſcoporum, facta fuit diſtinctio, multò minùs illis præ his prærogativa quædam, vel dignior locus, intuitu Immedietatis ſuæ, conceſſus; ut proinde haud ſine ratione moneat *Dn. AUTOR* des Adelichen Ritter-Felds *pag.* 40. Es ſtehet mit gutem Grunde zu beſorgen, es dörffte das Fauſt-Recht gewaltig ausgeübet werden, wann ein Reichs-Edelmann gegen einen Landſäßigen Edelmann, bey beyderſeits Zuſammenkunfft, ſich zu behaupten unterſtünde, daß der Reichs-Adel von beſſerer Art, als der Landſäßige Adel wäre. Idem obſervatur (X) IN OFFICIIS CIVILIBUS. Si ad tempora antiquiora recurrere vellemus, facillimum eſſet per Secula etiam XIV. XV. & ſequentia, magnum proferre catalogum Nobilium, qui Conſiliariorum, Præfectorum, imò & Sculteterum Officia apud Comites & Dynaſtas, lubentiſſimi ſubierunt; Ita namque, ut ultimum ſaltem probemus, ad manus eſt Charta HENRICI de SELBOLD de ann. 1403. quâ venditionem nonnullorum bonorum confirmari curavit, coram Gyſen von Windhuſen, Schultheiſſen zu Büdingen: ſimiliter adſunt literæ reverſales HENRICI de RUDENKEIM de ann. 1451. ubi mentio fit Claſen von Rumpenheim

(10) Civilibus:

heim Schultheiſſen zu Hanauwe: aliorum Officiorum exempla ut taceam, quorum nonnulla ipſe producit *BURGERMEISTER.* Grafen- und Ritter Saal *Part.* 2. *Sect.* 44. Sed non opus eſt, ut antiquis multùm immoremur, cum quotidiana teſtetur experientia, Officia der Præſidenten, Regierungs-Räthen, Ober-Amtleute, hodiè adhuc in terris Comitum paſſim adminiſtrari à Nobilibus tam Immediatis, quam Mediatis, & primum quidem atque ultimum nonniſi Nobilibus plerumque committi ſolere. Tantùm etiam abeſt, ut hæc Munera in Aulis atque Territoriis Comitum, Nobiles Immediati ſibi unquam indecora putaverint, ut potius ipſi confiteantur, in der Fränckiſchen und Rheiniſchen Ritter-Ordnung *Tit.* 4. ſingulari ſibi eſſe laudi, honori, ac decori, ſi à Principum, Comitum atque Dynaſtarum eſſent ſervitiis, non ſolum Aulicis & Civilibus; ſed inprimis etiam (XI) MILITARIBUS. Comites enim atque Dynaſtæ, quemadmodum hodie, introducto licet Milite mercenario, è Nobilitate Immediata pariter ac Mediata adhuc ſuos habent Officiales bellicos: ita etiam olim ex Ordine Equeſtri ſuos deligebant Milites, Satellites, Caſtrenſes, & Vaſallos, quibus ad præſtanda ſervitia militaria prædia concedebant zu Mann- und Burg-Lehen, eosque ſub ſuis Vexillis in prælium, tanquam Milites ſuos Gregarios educebant; id quod non ſolum *Sect. I.* per ſeriem temporum latiùs deduximus, ſed Curiæ quoque Comitum feudales hodiè adhuc teſtantur. Prætendere quidem video Nobilitatem Immediatam, feuda ſua, quæ à Comitibus haberent, plerumque eſſe oblata, non data; ſed prætendit id ſine ratione, ſine probationibus fide dignis, & fortè tandem aliquando in lucem prodibit integer horum feudorum catalogus, demonſtraturus, plurima Nobilium Immediatorum feuda, quorum intuitu Comites venerantur Dominos directos, eſſe data, pauciſſima oblata. Imò & ipſa Comitum Imperii pacta ſucceſſoria, ſeculis adhuc XV. & XVI. inita, hujus aſſerti noſtri haud leve afferunt teſtimonium; Ita namque in Diviſione fraterna inter Comites Saynenſes DIETERICUM & GERHARDUM ann. 1437. facta, quam exhibet Sayn wahrhaffter Gegen-Bericht de ann. 1664. Beylage Lit. Uu. ſancitum legitur: Wir (ſcil. Dietericus) en ſollen auch keine neüe Lehen machen/ verſchrieven, noch vergifftigen/ fürter dann die vor dato dieß Brieffs verſchrieven und vergifftiget ſeyen/ von unſern

(XI) Militaribus.

unſern Altern; wehie auch ſach, dat einiche Lehen an Uns oder Unſe Graffſchafft von Sayn, Graffſchafft und Herrſchafft von Falckenſtein und Müntzenberg erſturben, verfielen oder erledigt würden, na dato dieß Brieffs, ſy ſyn groß oder klein, deen ſollen noch en willen wir an Weyß und Willen Unſers lieben Bruders vorgemelt niemands weder belehnen noch vergifftigen, in keine Weiß, ſondern wir ſollen und wollen die Uns und Unſern Erben behalten NB. **und dienen laſſen in ein unſer Schloß/ daß ſolchem verfallen Lehen allerbeſt und nebeſt gelegen wäre.** Idem etiam in Pacto ſucceſſorio COMITUM YSENBURGENSIUM de ann. 1517. §. 27. aliisque paſſim cautum invenitur. Sane! ſi Ordo Equeſtris temporibus antiquis ſolitus fuiſſet Feuda Comitibus regulariter offerre, non data ab ipſis accipere, fruſtra hæc omnia eſſent ſancita, quoniam hi ita conditionem ſuam non reddidiſſent deteriorem, ſed potiùs meliorem: at viderunt Comites, Majores ſuos largâ iſthac Feudorum datorum diſtributione, proventus Comitatuum atque Dynaſtiarum haud parum imminuiſſe, ſibi verò horum intuitu exigua ſæpiùs ab Ordine Equeſtri præſtita fuiſſe ſervitia, adeoque huic malo ſpecialibus hisce Conventionibus medendum putarunt. Cunctis hisce tandem addimus differentiam, quæ obſervatur (XII) IN SUBSTITUENDIS CASTRENSIBUS. Comites ac Dynaſtæ, quando à Principe quodam ſeculari vel Eccleſiaſtico, feudum quoddam Caſtrenſe acceperunt, ipſi Servitia hæc Caſtrenſia, niſi exiſtente neceſſitate, præſtare non ſolebant, ſed plerumque Militem quendam ex Ordine Equeſtri ſubſtituebant, qui loco ipſorum CUSTODIAM faceret CASTRALEM & RESIDENTIAM; Uti id de WALRABO Comite Bipontino teſtatur Charta ann. 1291. apud *SCHILTER. Comment. ad jus feudal. Alem. cap.* 136. §. 3. *Nos Walrabus Comes de Zvvainbrucke notum facimus præſentium Inſpectoribus univerſis, quod magnificus Princeps, Dominus noſter Ludevvicus Illuſtris Comes Palatinus Rheni - - - pro Caſtrenſi nos obtinuit & Burchmanno, & niſi neceſſitas ingruerit, in quo caſu pro defenſione ejusdem opidi aderimus per nos ipſos,* NB. *pro nobis ponemus HONESTUM MILITEM, qui* prout moris eſt, *habeat ibi reſidentiam corporalem*: De ADOLPHO NASSOVIO Charta ann. 1287. apud *EUND. cit. loc. Nos Adolfus Comes de Naſſovve tenore præſentium*

(12) In ſubſtituendis Caſtrenſibus.

tium notum facimus univerſis, quod illuſtris Dominus noſter Lodevvicus Comes Palat. Reni, Dux Bavvariæ, datis nobis ducentis marcis denariorum Colonienſium nos ad Caſtrum ſuum in Cuba in ſuum recepit Caſtellanum, ſub forma & conditionibus infra ſcriptis, videl. quod ſibi ad idem caſtrum locemus PROBUM & HONESTUM MILITEM, ad hoc ei placentem, inibi frequenter cum corporali reſidentia remanſurum, & tempore neceſſitatis cum ſibi noſtri ipſius præſentia oportuna fuerit, ibidem reſidebimus propria in perſona, honorem ſuum pro noſtris viribus defenſuri: Et de PHILIPPO Domino de Mintzenberg Charta Henrici Abbatis Fuldenſis ann. 1300. apud *Dn. LUDEWIG. Reliq. Mſtor. tom. 2. pag. 146. Heinricus Dei Gratia Fuldenſis Eccleſiæ Abbas recognoſcimus, quod --- Nobili Viro Philippo Domino de Minzenberg Conſanguineo noſtro, & ſuis hæredibus centum marcas denariorum Colonienſium tribus hallenſibus pro denario computatis in perpetuum Caſtrenſe Feudum, Caſtri Bingenheim deputavimus in hunc modum: ut ipſe & poſt eum ſui hæredes CASTRENSEM IDONEUM ſibi in dicto Caſtro ſubſtituant, qui cuſtodiam faciat caſtralem & reſidentiam, ut eſt moris.* Atque hæc de potioribus differentiis Dignitatum inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos, quæ fluunt EX UTRIUSQUE ORDINIS DIVERSITATE, dixiſſe jam ſufficiat.

Vel ex CHARACTERE STATUS; §. VIII. Alteram partem Dignitatum derivari ex CHARACTERE STATUS, §. 1. hujus *Sectionis* innuimus, cui fundamenta *Sect.* 2. jam ſunt præſtructa, ibique prolixè oſtenſum, Comites Imperii & olim & hodiè, indubiè fuiſſe Status; Nobiles verò Immediatos neutro reſpectu. Quam inſignis huic Characteri inhæreat Dignitas atque Præeminentia, ex principiis tum politicis, tum etiam juris publici, facillimum eſt ad oſtendendum. Quemadmodum enim in qualibet Republica dignitas Imperantis procul dubio potior habetur, quam parentium; ita etiam dignitas certè Civium coimperantium, qui de ſumma Poteſtate ac Majeſtate participant, publicis deliberationibus in Comitiis interveniunt, & in tractandis negotiis publicam Imperii ſalutem concernentibus, cum ipſo ſummo Imperante ſuffragiis utuntur deciſivis, major ac potior eſſe debet, quam illorum, qui

nud;

nudi ſaltem ſubditi ſunt, à gubernatione Reipublicæ penitus remoti, adeò ut illis demum, non his, nomen veri Civis, per excellentiam ita dicti, tribuatur à Politicis. vid. *CONRING. de Civibus Imperii.* Quamobrem ex eadem etiam ratione in Imperio noſtro Romano-Germanico nunquam non Statuum potior atque dignior eſt conditio habita, præ reliquis Imperii ſubditis, ſiquidem de Majeſtate ac ſumma Poteſtate verè participant, in conſortium Regiminis ſunt admiſſi, & in gubernanda Republica Germanica inſigni utique gaudent auctoritate. Gaudent ea in Comitiis Imperii cùm univerſalibus, tùm particularibus, ibique non quâ ſubditi, ſed quâ Cives coimperantes & Majeſtatis verè participes, apparent, alteramve partem ſummæ poteſtatis, pro indiviſo obtinent, ita ut neque ſolus Imperator, nec ſoli Status, negotia ad univerſam Imperii ſalutem pertinentia, de quibus agit *INSTR. PAC. OSNAB. art.* 8. §. 2. tractare queant, ſed utrorumque neceſſarius ſit conſenſus, & quidem per modum contractus, docente id formulâ in Receſſibus Imperii adhiberi ſolitâ, haben uns mit des H. Reichs-Ständen, und ſie mit uns, nachfolgende Articul, als ein Chriſtlich Corpus und Verſammlung, gegen und miteinander vereinigt, verpflicht und vertragen, vid. *R. I. Trev. & Colon. de ann.* 1512. *proœm.* Gaudent etiam eâ in ſuis territoriis, ubi Majeſtate fruuntur analoga, ſive Superioritate territoriali, ejusque vi omnia exercent jura, quæ ad Regimen & conſervationem terrarum ſuarum utilia judicant atque neceſſaria, niſi Leges Imperii obſtent, aut vinculum & reverentia qua Imperatori & Imperio adſtricti ſunt, lædatur. Atque hæc eſt eadem illa eximia Statuum Libertas, cui Civitates Imperiales tantùm tribuunt ponderis, ut vel uno hoc fundamento præcedentiam ſuam præ Nobilitate Immediata, ſatis ſe tueri poſſe arbitrentur, quam etiam contra *Hippolitum* von Treiſpach prolixè haud ita pridem defendit *Dn. WINCKLER. in Diſſert. de Præced. Civit. Imp. præ Nobilit. Immed. Part.* 2. *Sect.* 2. & 3. In Comitibus verò dignitas iſta ex Charactere Status derivata eò adhuc magis elucet, quoniam hi non ſolum in Comitiis univerſalibus in Collegio Principum ſuffragia ſua ferunt, & hoc reſpectu ad Collegia ſuperiora referuntur, ſed præter vota virilia, quibus in Conventibus Circularibus gaudent, ſingularis etiam ipſorum in negotiis comitialibus ratio ubique haberi ſolet, ac proinde eâdem illâ Statuum libertate eximia gaudent, cujus Electores &

Digitized by Google

Principes Imperii ſunt participes. At Nobiles Immediati neque de ſumma hac poteſtate & Majeſtate participant, neque iſtam Statuum libertatem de ſe prædicare poſſunt, ſed ſingulari & adſtrictiori quodam vinculo ſubjectionis vindicantur ab Imperatoribus, eamque ob cauſam non Statuum, uti quidem Comites, ſed ſubditorum ſaltem Imperii nomine veniunt, ita ut tutò inde formare queamus concluſionem generalem: *Tantam hujus dignitatis intuitu inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos adeſſe differentiam, quanta eſſe ſolet inter Status coimperantes, & ſubditos Imperii.*

Ubi ſpeciatim exponuntur differentiæ (1) in Conſtitutione utriusque;

§. IX. Ut autem differentia iſthæc eò clarior evadat, ad ſpeciales nobis transeundum eſt partes, quas obſervamus (I) IN CONSTITUTIONE UTRIUSQUE. Quò quis enim majorem obtinet dignitatis gradum, eò majora etiam ad conferendam hanc dignitatem requiruntur; hinc licet Imperator alicui conferre poſſit dignitatem Comitis, non tamen ſolus creare poteſt COMITEM IMPERII, quatenus pro Statu, einen Reichs-Stand ſumitur, ſed ad id, præter collationem Imperatoris, adhuc requiritur conſenſus Electorum & iſtius Collegii, cui novus iſte Comes adnumerari cupit, uti id ſancitum invenimus in *CAPITULAT. JOSEPHIN. art.* 4?. Niemand aber von den neu-erhöheten Fürſten/ Grafen und Herren, dem Fürſtlichen Collegio, er ſeye gleich auf ſelbiger, oder der Grafen Bäncken, ad ſeſſionem & votum, wider deroſelben Willen aufbringen, ſie haben ſich dann darzu mit Fürſtmäßigen und Gräflichen Reichs-Gütern vorhero gnugſam qualificirt, und zu einer Stands-würdigen Steuer in einem gewiſſen Crayß eingelaſſen und verbunden, und über ſolches alles/ neben dem Chufürſtlichen, auch dasjenige Collegium oder Banck, darinnen ſie aufgenommen werden ſollen, vorhero genugſam gehört werden: in *CAPITULAT. CAROLIN. art.* 1. additur: In die Admiſſion ordentlich gewilliget. Aſt quum tanti non ſit, Membrum fieri Nobilitatis Immediatæ, tantus etiam ibidem non requiritur conſenſus, ſed ſola ſufficit receptio Corporis Equeſtris; id quod indicare videntur verba Diplomatis FERDINANDI III. Imp. de ann. 1654. in der Fränckiſchen Ritter-Ordnung und *Privileg. pag.* 312. Auch alle diejenige, ſo ſich bey ihnen gebührend angeben, und mit ihrer Erlaubnüß als tüchtige Mitglieder erkandt und ordentlich aufgenommen werden. Non

ſolum

ſolum autem in Perſonis Comitum Imperii recipiendis Imperatoris & Statuum conſenſus requiritur, ſed etiam in transferendis Comitatibus, qui ſcil. feuda ſunt Imperii, adeò ut ne ſpes quidem ad Comitatus obtinendos à ſolo Imperatore concedi queat; Quare (II) EXSPECTATIVA quoque in bona utriusque Ordinis notabilem affert differentiam, hoc loco paucis exponendam. Nimirum quando feuda Imperii aperta fiunt, quæ alicujus ſunt momenti, v. g. Principatus Comitatus, Dynaſtiæ, imò & Civitates, non licet Imperatori, neque in vacatura iſthæc feuda exſpectativas concedere, neque vacantia alteri iterùm conferre, niſi acceſſerit Electoralis, & ſecundum CAPITULATIONEM NOVISSIMAM, iſtius etiam Collegii, ad quod poſſeſſor bonorum vacantium pertinuit, conſenſus; quod *cit. CAPITULAT. CAROLIN. art.* 2. §. **Wann auch** &c. his expreſſis verbis: Wann auch inskünfftig Lehen dem Reich durch Tods-Fälle, oder Verwürckung eröffnet, und lediglich heimfallen werden, ſo etwas merckliches ertragen, als Churfürſtenthümer, Fürſtenthümer/ Grafſchafften, Herrſchafften, Städt und dergleichen, die ſollen und wollen wir, die Churfürſtenthümer ohne des Churfürſtlichen Collegii, die Fürſtenthümer, Graf-und Herrſchafften, Städt und dergleichen aber, ohne der Churfürſtlichen, Fürſtlichen, auch (wenn es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut) Städtiſcher Collegiorum Vorwiſſen und Conſens, ferner niemand leyhen, **auch niemanden einige** *Exſpectantz* **oder Anwartung darauf geben**/ ſondern zu Unterhaltung des Reichs, Unſer und Unſerer nachkommender König-und Kayſeren behalten, einziehen und incorporiren. Nobiles autem Immediati pari hoc caſu cum Statibus paſſu non incedunt, ſed quemadmodum perſonarum pariter ac bonorum intuitu arctiori quodam ſubjectionis vinculo, & tanquam peculium aliquod, ab Imperatore vindicantur; Ita etiam hoc loco nihil de feudis ipſorum, ſi qua ab Imperio tenent, diſpoſitum invenitur, ſed ipſa potiùs privilegia, quæ anno 1688. obtinuerunt, ſolius Imperatoris faciunt mentionem, adeoque etiam ſoli Imperatoris diſpoſitioni tales conceſſiones exſpectativarum reſervare videntur. Verba Imp. LEOPOLDI hæc ſunt: daß, wann und ſo offt hinführo, von denen uns und dem H. Reich zu Lehen gehenden Gütern, wormit von alters her, der Ritterſchafft in Francken Mitglieder belehnt geweſen ſeyn, Uns, Unſern Nachkommen am Reich/ und dem Heil. Reich etwas heim-

(2) *concedenda Exſpectativa;*

Digitized by Google

fallen wird, auf mehrgedachter Ritterſchafft in Francken Mitgliedere, ſonderbar vor andern gnädigſte Reflexion gemacht, und gegen einen billigmäßigen Abtrag, worüber ſie ſich mit Unſerer Kayſerl. Hof-Cammer zu vergleichen, auf einen Lehen-Träger damit belehnet werden ſolle. vid. **Fränckiſche Ritter-Ordnung und** *Privileg. pag.* 249. & 250. Ad Conſtitutionem haud immeritò

(3) *Inveſtitura*; pertinet (III) INVESTITURA, tanquam collatæ dignitatis & Regalium juſta ac legitima conſervatio; ubi tamen notabilem iterum differentiam nobis oſtendit illa Inveſtitura, quam VICARII IMPERII ſibi ex Aurea Bulla vindicare ſolent. Quod enim Vicarii jus habeant, durante interregno conferendi feuda Nobilium ſive Ordinis equeſtris, nulla quidem jam ſubeſt dubitatio, ſiquidem hi feuda ſaltem habent minora, nec feudis gaudent Vexilli, ſed loricæ tantum, clypei, equorum, cætera; At Comites atque Dynaſtæ feuda habent vexillaria & majora, unde & ipſi juxta cum Principibus, eximuntur ab Inveſtitura Vicariorum Imperii, per textum expreſſum in *AUR. BULL. cap.* 5. *Feudis Principum duntaxat exceptis, NB. ET ILLIS quæ* **Vanlehen** *vulgariter appellantur, quorum inveſtituram & collationem ſoli Imperatori vel Regi Roman. ſpecialiter reſervamus.* Cujus praxin quoque hodiernam docebunt literæ, quas in SUPPLEM. *num.* 73. exhibuimus, ibique inſimul ad ea reſpondimus, quæ à nonnullis juris publici Doctoribus contra clariſſima hæc Aureæ Bullæ verba obmoventur. Eadem, quam in Conſtitutione obſervavimus,

(4) *Excluſione*; differentia quoque reperitur (IV) IN EXCLUSIONE; Uti enim nullus in numerum Imperii Comitum cooptari, aut votum atque ſeſſionem in Comitiis obtinere poteſt, niſi conſenſu Cæſaris, Electorum, & illius, cui adſcribi vult, Collegii: ita etiam nullus Voto ac Seſſione ſua iterum privari, vel Collegio, in quo locum obtinuit, moveri poteſt, niſi accedente Cæſaris & Statuum Imperii conſenſu comitiali, quod hunc in modum proviſum legimus in *CAPITULAT. CAROLIN. art.* 1. **Auch allen und jeden Ständen des Reichs ihre freye Stimm und Sitz auf Reichs-Tägen laſſen, und ohne der Churfürſten / Fürſten und Ständen, vorgehende Bewilligung / keinen Reichs-Stand, der Seſſionem & votum in denen Reichs-Collegiis hergebracht, davon ſuſpendiren und ausſchlieſſen.** In excludendo autem Nobili Immediato è Corpore, cui adſcriptus eſt, tantis ambagibus non eſt opus, cauſaque ipſius, tanquam res minoris momenti, in

Comitiis

Comitiis non tractatur, ſed Directorium vel Deputati tantum accedente ſolo Imperatoris conſenſu, vel etiam interdum omiſſo eo, hac in cauſa procedunt, vid. Fränckiſche Ritter-Ordnung *Part.* 1. *tit.* 2. Dafern ſich aber ein Mitglied, wider beſſere Zuverſicht dem entgegen aufführen würde, der ſolle von Hauptmann, Räthen und Ausſchuß desjenigen Orts, darunter er geſeſſen, treuhertzig davon dehortiret, und auf Beharrung der Ungebühr, auch ärgerlich und unanſtändigen Wandels, dieſes Unweſen Ihro Kayſerlichen Majeſtät angezeigt, und bey deroſelben die Suſpenſion von Ritterlichen Conventen und Zuſammenkünfften, allerunterthänigſt ausgebetten werden. Conf. *tit.* 14. *pag.* 43.

§. X. Fundamentum hujus excluſionis eſt Jurisdictio excludentis & ſubjectio excludendi, qua occaſione novas nobis ad manus ſuppeditant differentias Judicia utriusque Ordinis, quæ ſunt vel criminalia vel civilia; & quidem (V) ad JUDICIA CRIMINALIA quod attinet, hæc olim ſecundum JUS PRINCIPUM, dem Fürſten-Recht, ſi delinquentes erant ex Ordine NOBILIUM VETERUM, vel à quolibet Magiſtratu Ordinario Banno ſive Poteſtate Gladii inſtructo, ſi quis Ordinum inferiorum erat puniendus, exercebantur: hodiè verò diverſo poſſunt conſiderari reſpectu, vel enim aliquis deliquit contra ipſum Imperatorem & Imperium, vel delicta quævis commiſit. Priori caſu Judicium Banni locum obtinet, idque recentioribus adhuc temporibus ſecundum vetus illud Jus Principum, adhibito in decernenda proſcriptione Procerum arbitrio, fuiſſe exercitum, multis exemplis probat *LIMNÆUS ad Capit. Ferd. III. art.* 30. *verb.* des Heiligen Reichs *num.* 5. *ſeqq.* & quamvis nonnulli poſteà Imperatores, vel inprimis CAROLUS V. hunc procedendi modum interdum negligerent, ſatis tamen iterum per *Capitulat. noviſſ.* proſpectum eſt Statibus, ita ut hodiè in proſcribendo Statu, tanquam re magni momenti, non ſolius Imperatoris & Electorum, uti quidem præcedentes id diſpoſuerant Capitulationes, ſed Principum quoque, Prælatorum, Comitum & Civitatum conſenſus ſit neceſſarius. Docent hoc verba cit. *CAPITULAT. CAROLIN. art.* 20. Wir ſollen und wollen auch in Acht- und Oberacht-Sachen, uns demjenigen, was vermög Inſtrumenti Pacis in dem jüngern Reichs-Abſchied . . . verglichen und ſtatuirt worden, allerdings gemäß ver-abſonderlich aber auch darauf halten, daß hinführo niemand hohen oder niedern Stands

(s) *Judiciis Criminalibus;*

quando ſcil. delictum perpetratum, vel contra ipſum Imperatorem & Imperium.

NB.

NB. **Churfürſt / Fürſt / oder Stand / oder anderer /** ohne rechtmäßig und genugſame Urſach / auch ungehört / und ohne Vorwiſſen / Rath und Bewilligung des Heil. **Reichs Churfürſten / Fürſten und Stände /** in die Acht oder Oberacht gethan / gebracht und erkläret / ſondern in denen künfftigen Caſibus darinnen nach Beſchaffenheit des Verbrechens auf die Acht oder Privation, entweder vom Kayſerl. Fiſcal Amts wegen oder auff Beruffen des lædirten und klagenden Theils zu procediren ... wann es dann zum Schluß der Sachen kommt / ſo ſollen die ergangene Acta auf offentlichen Reichstag gebracht / durch gewiſſe hierzu abſonderlich vereydigte Stände / **den Prälaten- und Grafen-Stand mit eingeſchloſſen /** aus allen dreyen Reichs-Collegiis, in gleicher Anzahl der Religionen examinirt und überlegt / deren Gutachten an geſamte Churfürſten / Fürſten und Stände referirt / von denen der endliche Schluß gefaßt / und das alſo verglichene Urtheil / nachdem es von Uns und Unſerm Commiſſario gleichfals approbirt / in unſerm Namen publicirt werden. Quomodo ergò in proſcribendo Comite, qui Status eſt Imperii, ſit procedendum, ſatis clarè hic diſpoſitum invenimus: An verò de Nobilibus Immediatis idem ſit dicendum, multis adhuc ſubjacet dubiis. Verba quidem niemand hohen oder niedern Stands / item Churfürſt / Fürſt oder Stand / NB. **oder anderer /** primò intuitu innuere videntur, non ſolum Status Imperii, ſed Nobiles etiam Immediatos, imò & homines infimæ conditionis, ſine conſenſu Statuum comitiali non poſſe proſcribi: Verùm ſi primò conſideramus rationes planè ſingulares, quæ adſunt in Statibus proſcribendis, quasve brevibus exponit *LIMNÆUS cit. loc. n. 3. & 4.* ajens: *Proſcriptio res magni momenti eſt, in quo intereſſe, non ſolius Cæſaris, ſed totius Imperii, adeoque omnium Statuum vertitur. Bellum ſapit, executionem ſi ſpectes; at hoc ordinariè conſenſum & conſilium Statuum requirit. Sapit quoque imminutionem Imperii, quia numerus Statuum minor fit, ſi ex illis unus vel alter per proſcriptionem à Corpore avellitur; at Imperatori non licet diminuere Imperium. Ac, quod numerum Statuum attinet, cum ne quidem augmentum Imperatoris arbitrio relictum, quis credet, diminutionem ejus voluntati ſoli permiſſam eſſe;* ſatis apparebit, cunctas hasce ad Nobiles Immediatos non facilè poſſe

Digitized by Google

poſſe applicari; non enim res eſt magni momenti, ſi Nobilis quidam Immediatus proſcribatur: neque executio proſcriptionis bellum ullatenus ſapit: Statuum numerus inde non diminuitur: Statuumve parum intereſt, ſive numerus Nobilium Immediatorum augeatur, ſive diminuatur: & quemadmodum in receptione Nobilium Immediatorum Statuum conſenſus non requiritur, ita etiam idem in proſcriptione non videtur neceſſarius. Deinde ſi verba illa Chur-Fürſt, Fürſt, Stand, oder anderer, tam latè eſſent intelligenda, ſequeretur inde, Imperatorem ne Ruſticum quidem aut hominem infimæ ſortis ſine conſenſu Statuum in Bannum poſſe declarare, quâ tamen ratione autoritas atque poteſtas Imperatoris procul dubio nimis anguſtis includeretur circulis; unde ex eadem etiam ratione in cauſa Erfurtenſi, cum illa Civitas ſe his verbis defendere conaretur, ne à ſolo Imperatore citra Electorum conſenſum declararetur in bannum, Conſilium Imperii Aulicum verba iſthæc Churfürſt, Fürſt, Stand oder anderer, ultra Status Principibus minores non extendit, quaſi diceres: ELECTOR, PRINCEPS, AUT ALIUS STATUS. vid. *MAURITIUS in not. ad Capit. Leopold. art. 28. verb.* Stand oder ander *pag. 722. Edit. noviſſ.* Eruditè hanc materiam pertractat *AUTOR MEDIT. ad Inſtrum. Pac. art. 8. §. 3. lit. y. pag. 1245. ſeqq.* ex quo nonnulla hîc adſcribemus; Ita enim *pag. 1248. Ad Nobiles*, inquit, *redeo, quos certè hæc una ratio indignos facit privilegiorum, quibus fruuntur Status in negotio proſcriptionis, quod illi miſſo Circulis & Statibus repudio omnes fortunas ſuas in manus Cæſaris conſignare ſoleant, cujus proinde arbitrio, ut rurſus à Statibus relinquantur, quando de vita eorum, honore, bonis & commodis, deliberatio eſt, juris ſocialis ſumma ratio poſtulat.* Additque *pag. 1249. Quoad ſingulos Nobiles, & homines ex plebe, tanto apparatu fortè non erit opus. Sed illi relinqui optimo maximo jure poſſunt arbitrio Cæſaris, cujus gratia & protectione ſibi latis rebus tantoperè gratulantur.* Et paulò poſt: *Quid enim opus fuerit, ad condemnandos tenui autoritate homines totum conciere Imperium, & ex omnibus Germaniæ locis conſcribere Status, ut v. g. Cerdo aliquis vel Sutor damnetur perduellionis. Qua de cauſa mihi ſæpè viſum, illam in Capitulationibus hactenus uſitatam, neque in certa illa & conſtanti mu-*

Digitized by Google

tatam formulam paulò liberaliùs conceptam eſſe, qua promittit Imperator, ſe neminem neque ſummæ neque infimæ dignationis proſcripturum ſine conſenſu Statuum, vel ſaltem Electorum. Si de Statibus Imperii intelligitur promiſſio, æquiſſima eſt conditio, & penſat laborem periclitantis rei dignitas, ut indicantur Comitia: nam de Statu agitur, qui partes ſuas in adminiſtratione Reipublicæ habet, & quem tueri contra injurias fortè intentatas aliorum intereſt omnium Statuum: ſed eundem laborem ſubire, easdemque curas gerere de inferiorum ordinum hominibus, cum alia ſint ſecuritati cujusque proſpiciendi media, an ſit ex dignitate Imperatoris & Statuum, id verò eſt, quod judicio rectius ſentientium meritò ſubmitto. Sed & nos eidem hanc quæſtionem ſubmittimus judicio, & verbis *MAURITII. cit. loc.* concludimus: *Noſtrùm non eſſe, quicquam hic definire, fiet illud, ſpero, in modernis comitiis.* Poſteriori caſu, quando ſcil. delicta, in quibus Bannum Imperii, ſive Proſcriptio locum non habet, committuntur, admodum adhuc controverſa eſt quæſtio, quisnam ibi Statuum Imperii Judex ſit competens, dum alii ad jus Principum provocant, alii ſolius Imperatoris judicio cognitionem reſervant, ubicunque etiam locorum delictum fuerit commiſſum: Nos deficiente expreſſa Legum Imperii diſpoſitione, judicium hoc etiam loco ſuſpendimus, dignum tamen lectu arbitramur judicium *Dn. MULLERI* vom *Diſpenſations*-Recht *lib. 2. cap. 1. §. 4.* ubi quidem Principum tantum movet mentionem, quin tamen eadem ob eandem, quæ adeſt, rationem, ad Comites Imperii voto ac ſeſſione in Comitiis gaudentes applicari queant, nulli dubitamus. Ad Nobiles verò Immediatos quod attinet, diverſi probè ſecernendi ſunt caſus: Vel enim tales extra territoria Statuum delinquunt, & tunc judicium ad ſolum pertinere Imperatorem, nonnullis ipſe comprobat exemplis *BURGERMEISTER. Corp. Jur. Equeſtr. pag. 687.* vel delictum perpetratur à Nobili Immediato in territoriis Statuum, & tunc in utramque partem adhuc diſputatur, utrùm ſcil. Imperatori an Statibus eorundem territoriorum competat Jurisdictio. Expreſſa Legum Imperii deciſio hic iterum deficit, & exempla ſi conſulimus, non deſunt quidem, ubi Imperator ſibi Judicium hoc caſu vindicavit, ſed adſunt etiam exempla quamplurima in contrarium, adeoque

vel contra alios.

ſub

ſub judice adhuc lis eſt, cujus deciſionem & nos lubentes exſpectamus. Quænam interim Statuum de hac quæſtione ſperanda ſit ſententia, haud obſcure oſtendunt Monita Viri cujusdam ad FERDINANDI III. R. J. O. quæ exhibet *AUTOR MEDIT. ad Inſtrum. Pac. Mantiſſ. de nov. jud. Aul. pag.* 93. *ſeqq.* ubi ad *tit.* 2. §. 2. hæc inprimis notata invenimus: In ſpecie iſt zu demonſtriren, wie die ſo genante Immediat freye Reichs-Ritterſchafft in Schwaben, Francken, und am Rheinſtrom, ihr vermeynte Privilegien und Immedietät zu ſonderbaren Territorial- und Jurisdiction- Nachtheil Chürfürſten und Fürſten, dergeſtalt extendiren, und vom Reichs-Hof-Rath ſecundirt werden wollen, daß wann ein dergleichen Adeliches privat-Mitglied die ſtraffbarſten Actionen, ſcortationis, adulterii, necis ac parricidii, auf Churfürſtlichen, oder Furſtlichen Territorio, und undiſputirlicher Jurisdiction begangen, alſo dem Domino territorii die Erkennung und Abſtraffung ohnfehlbar zuſtehe, dennoch das Factum und die Dijudication gantz immediatè nach dem Reichs-Hof-Rath gezogen, und dadurch die privat-Edelle te ſo verhärtet und geſtärcket werden, daß ein malum exemplum & publicum ſcandalum das andere begleitet.

§. XI. Abſoluta judicia criminalia ſequuntur (VI) CIVILIA, ubi quidem Comites Imperii nullis, exceptis caſibus qui locum dant foro Auſtregarum, regulariter ſubſunt judiciis, niſi ſummis Imperii Tribunalibus, Cameræ ſcil. Imperii & Judicio Aulico; At Nobiles Immediati judices adhuc habent intermedios, Directoria ſcil. & Deputatos ſuos, quos in debito habere tenentur honore, & quidem ſub pœna mille fl. vid. Fränckiſche Ritter-Ordnung *part.* 1. *tit.* 5. Sollen alle und jede Adeliche Mitglieder, bey Straff tauſend Gulden Fränckiſch, jedes Orts Hauptmann und Räthen, gebührenden Reſpect beytragen; quosve tanquam Magiſtratus ſuos ordinarios hodiè venerantur. Exercent enim iſti jurisdictionem in Nobiles ſuos non ſolum IMPLORATI, in cauſis contractum, Fränckiſche Ritter-Ordnung *part.* 1. *tit.* 12. & 13. Injuriarum, Fränckiſche Ritter-Ordnung *tit.* 14. aliisque, tam in prima inſtantia, quando reus ipſe membrum Nobilitatis eſt, aut ex cauſa denegatæ juſtitiæ ac ſuſpecti judicis agitur; Quam in ſecunda, ſi ſcil. ſubditorum cauſæ in inferioribus Præfectorum judiciis deciſæ, per modum appellationis ad Directorium devolvuntur, vid. *Dn. GETLING. ab ALTHEIM. Diſſert. de Convent. Deputat. Nobilitat. cap.* 6. *pag.* 25. Sed

(6) *Judiciis Civilibus;*

exercent etiam hanc ex OFFICIO, ſiquidem furioſis, minoribus, pupillis Nobilibus, Tutores vel Curatores conſtituunt, & conſtitutos confirmant, ita ut neque illi ſe invitis Directorio & Deputatis curatelæ ſubducere, Fränckiſ. Ritter-Ord. *part.* 1. *tit.* 11. keinem jungen Cavallier - - - nachgelaſſen ſeyn ſolle, was die Adminiſtration ſeiner Güter belanget, der Vormundſchafft oder Curatel, propria authoritate, und ohne der Hauptmannſchafft, oder des Ritter-Orts Wiſſen und Bewilligung, ſich zu entziehen: neque hi ſub pœna mille fl. delatam à Directorio tutelam vel curatelam ſine cauſa legitima declinare queant, Fränckiſ. Ritter-Ord. *cit. loc.* Er hätte dann ſondere ehehaffte rechts gegründete erhebliche Urſachen/ die er vor Hauptmann, Räth/ und Ausſchuß ordentlich anzubringen, und darüber des Beſcheids zu erwarten hätte/ bey Vermeidung einer Straf von tauſend Gulden Fränckiſch. Imò usque eò jurisdictioni Directorum & Deputatorum ſuorum ſubjecti ſunt Nobiles Immediati, ut illi etiam prodigis ex officio & propriâ autoritate Curatores bonorum poſſint conſtituere, uti id teſtatur Fränckiſch. Ritter-Ordnung *part. 1. tit. 8.* So ſollens die Freund des Orts Hauptmann und Räthen gebührend und mit Umſtänden anbringen, welche alsdann nach befindlichen Dingen, ſolch Ubelhauſenden von Adel ernſtlich abmahnen, auch da nöthig, ex officio Curatores bonorum verordnen, und gegen ihm ſo lang mit allerley zureichlichen Corrections-Mitteln verfahren, biß er von ſeinem prodigaliſchen und ärgerlichen Leben abſtehen, und Beſſerung ſcheinen laſſen wird. Tales autem actus jurisdictionis Comites Imperii cum cæteris Statibus nullatenus ab ullo, ſive potentiori, ſive æquali, agnoſcunt, ſed ſoli hiſce in cauſis Imperatoris & ſummorum Imperii tribunalium jurisdictioni ſeſe ſubmittunt. Ne autem ita beneficio primæ inſtantiæ Comites deſtituerentur, hinc ab antiquis jamjam temporibus gaviſi ſunt (VII) FORO AUSTREGARUM, de quo prolixè agit *ORD. CAM. part. 2. tit. 4. & 5.* & cum hæc duas conſtituat claſſes Auſtregarum, alteram Electorum, Principum, hisve parium, alteram Prælatorum, Comitum, Baronum, & Nobilium Immediatorum, adeoque Nobiles hoc loco Comitibus jungantur, magnam propterea æqualitatem inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos ibi ſe inveniſſe putat *BURGERMEISTER.* Grafen- und Ritter-Saal *Part. 1. Sect. 5. num. 17.* Non tamen, quod miror, obſervavit, maximam

(7) *Foro Auſtregarum.*

Digitized by Google

maximam adhuc utriusque Ordinis inæqualitatem idem Judicium Auſtregarum per utramque Claſſem nobis oſtendere: In priore Auſtregarum Claſſe Electoribus & Principibus contra Prælatos, Comites, cæterosque varii ſunt modi præſcripti, in iisque quartus, ut ab Imperatore Commiſſarium petere poſſint, qui tamen ad minimum ſit Prælatus vel Comes, vid. *ORD. CAM. part. 2. tit. 4. §. 9.* Zum vierdten, wiewol ihnen ſolches denen Churfürſten und Fürſten auch für beſchwerlich geacht, ſo ſoll der klagenden Parthey erlaubt ſeyn, einen unpartheyiſchen Commiſſarien, NB. **der zum wenigſten eines hohen Prälaten-Stands/ oder Graf ſey/** von der Kayſerlichen Majeſt. . . . zu erlangen. Ratio hujus Conſtitutionis haud alia eſt, quam quod Rex Ferdinandus I. & Status Imperii hoc etiam loco ſatis accuratè obſervaverint inſignem utriusque Ordinis, Comitum videlicet & Nobilium Immediatorum, differentiam, Electores verò & Principes ignominiæ ſibi duxerint judicari à Nobili quodam, quem ipſi non ſua ſponte judicem elegerint, quam tamen ignominiam in Comitibus neutiquam verebantur, quippe quos jam olim ſummo illi Principum judicio, in quo Status Imperii judicabantur, tanquam Pares Curiæ Imperialis aſſediſſe non ignorabant. Secundum poſteriorem claſſem, variosque modos ibidem præſcriptos, forum Auſtregarum indiſtinctè locum habere debet, ſi Comiti Immediato cum alio Comite ſit controverſia; Num verò, ſi nobilis cum alio Nobili Immediato, idem, maximè poſtquam hodiè Directoria tantam nacta ſunt autoritatem, ſit dicendum? teſtabitur Fränckiſ. Ritter-Ordn. *part. 1. tit. 13.* So ſollen die Adeliche Mitglieder einander vor Churfürſtlichen oder andern Gerichten nicht fürnehmen . . . ſondern ſich deren in des Heiligen Römiſchen Reichs Abſchieden und Ordnungen verſehener Wege rechtens gebrauchen/ oder auch ihre jedesmahlige Angelegenheiten bey eines jeden Orts Hauptmann und Räthe anbringen, und nach der NB. **bey denen Reichs-Cantonen hergebrachten erſten Inſtanz/** auch beliebt und publicirten gut und rechtlichen Austrags-Ordnungen, und andern Statuten, activè & paſſivè, von Einheimiſchen oder Auswärtigen, ohne Unterſcheid allda recht nehmen und geben ꝛc. Addit hisce tertiam adhuc Differentiam ipſe *BURGERMEISTER. in Biblioth. Equeſtr. tom. 2. pag. 1182.* è TEXTORE, cujus *ibidem* hæc ſunt verba: *Forum Auſtregale ex Ord. Cam. part. 2. tit. 3. & 5. Nobilibus Immediatis, eâdem ratione, ut*

Digitized by Google

Prælatis, Comitibus & Dynaſtis Imperii, Principe minoribus, ſive Baronibus tribuitur, NB. non verò in univerſum, ſed illis tantum caſibus, quibus vel à Principe aut pari, vel ab alio aliquo Imperii Procerum Nobiliumve Immediatorum conveniuntur. confer. Gründliche Vorſtellung, was es mit denen Reichs-Grafen/ wann dieſelbe von Mediatis belanget werden, vor eine Bewandnüß habe? apud *Dn. LUNIG Theſaur. Jur. Comit. part. 3. cap. 15. num. 2. pag. 778. ſeqq.* Fundamenta tamen iſtius ſententiæ prolixè hîc examinare anguſtiæ paginarum nunc non permittunt; ſed potiùs nos deducunt ad effectum ſententiarum contra Comites Imperii vel Nobiles Immediatos, in foro cujusque competente latarum, qui, condemnato refragante (VIII) IN EXECUTIONE conſiſtit, & inſignem iterùm differentiam nobis ob oculos ponit. Contra Comites enim, ut & reliquos Imperii Status, nulla executio fieri poteſt, niſi per Circulum, cui ſubſunt, vel etiam, ſi opus eſt, vicinos, vid. *ORD. CAM. part. 3. tit. 49. §. 3.* Executio autem ſententiæ à Directorio & Deputatis contra Nobilem Immediatum latæ, tantis ambagibus non habet opus, ſed ab ipſo quoque Directorio, & quidem propriâ autoritate, fieri poteſt; Id quod non ſolum ex Ordinationibus Nobilitatis Immediatæ paſſim apparet, ſed in ſpecie adhuc anno 1718. ab AUGUSTISSIMO CAROLO VI. Nobilitati Franconicæ his verbis confirmatum legitur in Fränckiſ. Ritter-Ordn. und *Privileg. pag. 196.* Sondern auch das Patent dahin erweitert/ daß gemeldte Directores, Hauptleute/ Räthe und Ausſchuß/ gedachter ſechs Ritter-Ort in Francken/ Krafft dieſes vollkommene Macht und Gewalt haben ſollen, wie die in der Steuer ſaumſelige, NB. alſo auch denen Urtheln ungehorſame zu Abtilgung ihrer Schuldigkeit, executivè halten.

(8) Executione ſententiarum;

§. XII. Supereſt tandem, ut paucis conſideremus inſignem differentiam & honorem, qui inter Comites Imperii, voto ac ſeſſione in Comitiis gaudentes, & alios quoscunque Comites, multò magis verò Nobiles Immediatos, & in Aula Cæſarea, & in ſummis Imperii Tribunalibus, imò & in omnibus Conventibus ſolennibus, tam in Imperio, quam extra illud, obſervari ſolet; Et quidem (IX) IN AULA CÆSAREA, & Conventibus Imperii ſolennibus, hac gaudent prærogativa Comites Imperii, ut proximum ibi poſt Principes Imperii occupent locum, eosque ante omnes reliquos immediatè ſequantur. Olim quidem in

Quibus junguntur Honores prærogativi, qui Comitibus Imp. præ Nob. Im. exhibentur.

(9) In Aula Cæſarea & Conventibus Imperii ſolennibus;

Digitized by Google

in Capitulationibus *LEOPOLDINA art.* 5. & *JOSEPHINA art.* 5. hujus præcedentiæ intuitu jam proſpectum erat Comitibus Imperii, ita ut (a) omnibus Comitibus extraneis, (b) Comitibus Germanicis titulatis tantùm ac mediatis, (c) illis qui actualiter Miniſtri ſunt Imperatoris, licet titulo aliquo ſuperbiant, indiſtinctè, in Comitiis verò, vel Coronationis Imperatoriæ ſolennibus (d) illis quoque Comitibus, qui actualiter Imperatoris ſervitio Aulico vel bellico, vel qualicunque addicti ſunt, Camerariis quoque & Conſiliariis Cæſareis, præferrentur; cum verò præter caſum, ſi extra iſtos actus ſolennes convenirent, circa Conſiliarios etiam Intimos Imperatoris dubium quoddam adhuc ſupereſſet, horumque uxores in Electione Joſephi de facto conjuges Comitum præceſſiſſent, teſte *AUTOR. MEDIT. ad Capitul. Joſeph. art. 5. lit. m.* hinc plenius adhuc *Capitulatione noviſſima art.* 3. §. **Es ſollen auch.** ſibi proſpici curarunt Comites Imperii, quippe qua & dubium illud remotum eſt, & Præcedentia ipſorum hunc in modum ſtabilita: Es ſollen auch bey den Kayſerlichen und Königlichen Crönungen und andern Reichs-Solennitäten, denen Immediat Reichs-Grafen und Herren, die im Reich ſeſſionem & votum haben, vor andern Aus- und Inländiſchen Grafen und Herren, wie auch Kayſerlichen Räth und Cammer-Herren, und zwar gleich nach dem Fürſten-Stand **vor allen andern**, weilen ſie im Reichs-Fürſten-Rath votum & ſeſſionem hergebracht, deßwegen ihnen auch billig, wie bey denen conſultationibus, oneribus und Beſchwerlichkeiten, alſo auch ſolchen actibus ſolennibus die Stelle, und was dem anhanget, gelaſſen, und ebenmäßig auſſer ſolchen Reichs-Feſtivitäten am Kayſerlichen Hoff **und allen Orten** obſerviret werden. confer. *AUTOR* der Anmerckungen über Herdens Grundfeſte *pag.* 26. *ſeqq.* (IX) IN JUDICIO IMPERII AULICO nullum fieri poſſe præſidem vel Vice-Præſidem, niſi ad minimum ſit Comes vel Baro, ſupra jam obſervavimus; ſed Character Status aliam adhuc Conſiliariorum intuitu inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos obſervát Differentiam. Comites enim Imperii, qui voto ac ſeſſione in Comitiis gaudent, aut horum familiis ſunt oriundi, ſi ſummo huic Tribunali aſſident, Nobiles, ſive Immediati ſint ſive Mediati, indiſtinctè præcedunt, & ſuperiorem præ his occupant locum, neque attenditur, utrum hi prius in Collegium iſtud Illuſtre recepti ſint, nec ne? Exponit id *CAPITULAT. CAROLIN. art.* 24. verbis

(9) *Judicio Imperii Aulico;*

verbis ſequentibus: So dann ſollen und wollen wir verfugen, daß in unſerm Reichs-Hoff-Rath auf den Ritter-Bäncken, zwiſchen denen vom Ritter-Stand, welche zu Schild und Helm Ritter- und Stifft-mäßig gebohren, und denen Grafen und Herren, NB. ſo in denen Reichs-*Collegiis* keine *Seſſion* oder Stimm haben, oder von ſolchen Reichs-*Seſſion* habenden Häuſern entſproſſen und gebohren ſeynd, in der Raths-Seſſion dem alten Herkommen gemäß, kein Unterſcheid gehalten, ſondern ein jeder nach Ordnung der angetrettenen Raths-Dienſte, ohne einigen von Standes wegen ſuchenden Vorzug verbleibe. Confer. *Capitulat. LEOPOLDIN.* §. 40. & *JOSEPHIN. art.* 39. eamque prærogativam jam antiquitus fuiſſe obſervatam docet Ferdinandi III. R. H. O. *tit.* 1. §. 9. Und derjenige Unterſcheid zwiſchen denen Fürſten, Grafen, oder Herren, und Ritter-Stands Perſonen gehalten werden, wie vor Alters hero gebräuchlich und herkommens iſt. Denique (X) IN CAMERA IMPERII, præter ea, quæ de qualitate Judicis ac Præſidum Cameralium ſupra jam notavimus, variæ adhuc differentiæ inter Comites Imperii & Nobiles Immediatos obſervari ſolent. Non ſolum enim Comitibus à ſummo hoc Tribunali, æque ac Principibus, in ſententiis tribuitur titulus Herr, vel ſi fœminæ ſint, Frau, cum Nobiles contra Immediati nudo ſaltem nomine vocentur; ſed & in caſibus, ubi privilegia de non appellando juramentum calumniæ requirunt, perſonas Comitum & Baronum à præſtatione hujus juramenti immunes pronunciat *RECESS. IMP. noviſſ. de ann.* 1654. §. 117. In Fällen, da die Privilegia das juramentum calumniæ erfordern, ſolle ſelbiges allezeit vor dem Unter-Gericht, vom appellirenden in der Perſon, oder wann Grafen und Freyherren *intereſſi*rt, durch Procuratores - - - würcklich abgeleget werden. Imò & Conſiliarii ipſorum, in cauſis Principales ſuos concernentibus, à præſtatione juramenti calumniæ ſimpliciter ſunt immunes, id quod docent verba *ejusd. RECESS.* §. 43. Uber dieſes verordnen wir, und wollen, daß eine jede Parthey, wie auch deren Procuratores und Advocaten, davon jedoch der Churfürſten und Stände verpflichtete würckliche Räthe, ſo viel ihrer Herren Rechtfertigungs-Sachen betrifft, zu excipiren - - - - das juramentum calumniæ dahin zu erſtatten ſchuldig ſeyn ꝛc.

& (10) In Cameræ Imperii.

Concluſio.

§. XIII. Atque hæc etiam præcipua erant DIGNITATUM, quibus S. R. I. Comites à Nobilibus Immediatis tam egregiè ſecer-

ſecernuntur, capita, quæ *TERTIA* ac *ULTIMA* hac *SECTIONE* ea, qua fieri potuit, brevitate perluſtrare placuit; His ſi jungantur, quæ *SECTIONE PRIMA* de ORIGINE atque IMMEDIATATE, & *SECTIONE SECUNDA* de POTESTATE utriusque Ordinis adduximus, cordatioris cujuslibet Lectoris judicio lubentes jam ſubjicimus, an Nobiles Immediati juſtam habeant cauſam, quamobrem tanta ſibi hodiè ſumant, ac Ordini ſeſe intrudere conentur, ad quem tamen nullo unquam tempore pertinuerunt. Sane! dum Illuſtriſſimus Comitum Imperii Ordo Nobilibus Immediatis Honores, Libertates, Jura atque Privilegia, quæ Legibus Imperii, Privilegiis Cæſareis, aliisve titulis legitimis obtinuerunt, & in præjudicium aliorum non expetierunt, ſummâ voluntate relinquit, eaque nunquam ipſis in diſcrimen vel adduxit, vel adducere voluit: Vice verſa non decet Nobiles Immediatos, ſuum erga Comites Imperii prætermittere officium, multò minus licuit *BURGERMEISTERO* tantâ confidentiâ, auſuque planè temerario in jura atque Dignitates Comitum Imperii involare, quas ſumma Cæſarea Majeſtas, Legesve Imperii fundamentales, ipſis intactas ſervari volunt. Poſtulat id æquitatis ratio, quæ notiſſimum illud: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris*, cunctis hominibus tam ſedulo inculcat; Exigunt Leges Imperii, quibus cuilibet, ne Jura, Dignitatem, ac Præeminentiam Statuum Imperii tanto conatu vellicet, gravi ſub pœna interdicitur; Requirit ſtudium agendarum gratiarum, cujus Nobiles Immediati immemores eſſe non debent, ſed potiùs recordari, ſe maxima nunquam non à Comitibus accepiſſe beneficia, plurimosque ipſorum hodiè adhuc nexu feudali Comitibus Imperii eſſe adſtrictos, qui procul dubio notam ingratitudinis ſibi inurerent, atque reverentiam, quam Vaſalli Dominis ſuis exhibere tenentur, læderent, ſi Comitibus Imperii ſe jam pares putare, aut erroneam iſtam doctrinam publicis adhuc ſcriptis defendere vellent; Imò & ſuus ipſorum honor id ſuadere videtur, cum enim nemo ignoret, Nobilitatem Immediatam Ordinem eſſe Comitibus Imperii multò inferiorem, ludibrio certè omnium ſeſe exponerent, ſi hæc omnia contra hiſtoriam & Leges Imperii negare, alium, quam qui ſemel fuit, Imperii Statum privato arbitrio efformare, & priſtinam ſui Ordinis originem jam ſibi ignominiæ ducere vellent. Præterea talia quotidiè videmus ex Archivis Comitum produci Diplomata & documenta

 menta

Digitized by Google

menta, quæ fortè nunquam producta fuiſſent, & ſpes eſt alia adhuc productum iri, quæ Nobilibus Immediatis, ſecundum opinionem ſaltem ipſorum hodiernam, parùm allatura ſunt honoris; Idque Comitibus Imperii eò minus eſt vitio vertendum, quo favorabiliores eſſe ſolent Defenſionis partes. Ad me quod attinet, uti omnia hæcce, qualiacunque etiam ſint, in nullius injuriam, ſed ad defendenda ſaltem jura prærogativa Illuſtriſſimi Comitum Imperii Ordinis, & veritatis indagandæ gratia conſcripſi; Ita etiam nequaquam mihi tædio erit, meliora doceri ab aliis, atque errorum, ſi fortè lapſus ſum, convinci, modò id fiat non Scriptoris cujusdam noviſſimi opinione, ſed Legibus Imperii, Diplomatibus, & Scriptoribus coævis: Si his contra me telis pugnabitur, primus omnium errores meos & agnoſcam & revocabo: ſin minùs, nec talia reſponſione digna judicabo, quoniam ipſis hisce jamjam pagellis ſatisfactum arbitror. In animum quidem adduxeram plures adhuc, præſertim *ultimâ* hac *Sectione*, adferre differentias; ſed inſtans olim in Patriam reditus, nunc alia negotia, ad finem properare me jubent, quem etiam labori huic eò lubentiori jam imponere poſſum animo, cùm ad refellendos errores *BURGERMEISTERIANOS*, & oſtendendam INSIGNEM DIFFERENTIAM INTER S. R. I. COMITES ET NOBILES IMMEDIATOS, ratione ORIGINIS, IMMEDIETATIS, POTESTATIS, atque DIGNITATIS ſufficiat vel

TANTUM.

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
AD
TRACTATUM
DE
INSIGNI DIFFERENTIA
INTER
S. R. I. COMITES
ET
NOBILES
IMMEDIATOS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CONSPECTUS

DIPLOMATUM & OBSERVATIONUM HUJUS SUPPLEMENTI.

Num. I.

Verzicht Eckhards von Glimenhan auf den in Herrn Diethers von Yſenburg Kriegs-Dienſten erlittenen Schaden, als er deſſen Panier gegen die von Buchenau geführet, de ann. 1418.

OBSERVATIO, de Vexillis Comitum & Dynaſtarum, nec non Differentia inter Baner & Winpeln.

Num. II.

FUNDATION des Cloſters Marienborn de ann. 1286.

OBSERVATIO I. De jure territoriali Comitum & Dynaſtarum temporibus medii ævi jam inſigni, & inprimis de jure Advocatiæ, Angariarum, Amortizationis, Aſyli &c.

OBSERVATIO II. De Dynaſtis & Militibus ejusdem nominis non confundendis.

OBSERVATIO III. De jure Sigillandi Minoribus infra annum viceſimum primum non competente.

Num. III.

Kayſers Lotharii III. Donation eines im Königs-Forſt zur Drey-Eichen gelegenen Stück Landes, an Conradum de Hagen, de ann. 1129.

OBSERVATIO. De Foreſtis Regiis in genere, & in ſpecie de Foreſto Triquercetano Munzenbergiis Dynaſtis, jam olim ab Imperatoribus commendato.

Digitized by Google

Num. IV.

Gerlaci de Budingen Renunciation über die Collatur der Pfarr-Kirche zu Grinda, de ann. 1217.

Num. V.

Fehde-Briff Caſpars von Buchenau des jungen, worinnen Er Biſchoff Rudolffen zu Würtzburg den Krieg ankündiget, de ann. 1478.

OBSERVATIO. De Diffidationibus Buchenaviorum & Roſenbergiorum, Rudolpho Epiſcopo Herbipolenſi illatis.

Num. VI.

Schreiben Biſchoff Rudolphs zu Würtzburg an Graf Ludwigen zu Iſenburg um Hülffe wider die von Roſenberg, de ann. 1486.

Num. VII.

Antwort Graf Ludwigs zu Yſenburg auf vorſtehendes Schreiben de ann. 1486.

Num. VIII.

Schreiben Biſchoff Rudolphs zu Würtzburg an Graf Ludwigen zu Yſenburg, worinnen er ihme die Achts-Erklährung wider die von Roſenberg zuſchicket de ann. 1487.

Num. IX.

Achts-Erklährung wider die von Roſenberg und ihre Helffers-Helffere, wegen der gegen das Bißthum Würtzburg unternommenen Vehde, de ann. 1487.

Num. X.

Bellersheimiſcher Lehen-Revers de ann. 1357.

Num.

Num. XI.

Cronbergiſcher Revers über ein Burg-Lehen zu Windecken de ann. 1358.

Num. XII.

Dorfeldiſcher Revers über Windecker Burg-lehen de ann. 1366.

Num. XIII.

Hattſteiniſcher Lehen-Revers über Hanauiſche Burg-lehen de ann. 1382.

Num. XIV.

Spechtiſcher Revers über Windecker Burg-lehen de ann. 1413.

Num. XV.

Dorfeldiſcher Lehen-Brieff über Hanauiſche Burg-lehen de ann. 1420.

Num. XVI.

Riedeſeliſcher Burg-lehen-Revers de ann. 1420.

Num. XVII.

Hultzhoffiſcher Burg-lehen-Revers de ann. 1421.

Num. XIIX.

Spechtiſcher Revers über Burg-lehen zu Hanau de ann. 1433.

Num. XIX.

Cronbergiſcher Revers über ein Burg-lehen zu Hanau, de ann. 1438.

Num. XX.

Buchiſcher Revers über ein Burg-lehen zu Hanau, de ann. 1442.

Digitized by Google

OBSERVATIO. De Caſtrenſibus medii ævi in genere, eorumque receptione & feudis.

Num. XXI.

Carbiſcher Revers über Windecker Burg-lehen de ann. 1353.

Num. XXII.

Stockheimiſcher Revers über Windecker Burg-lehen de ann. 1371.

Num. XXIII.

Hedersdorffiſcher Burg-lehen-Revers de ann. 1438.

Num. XXIV.

Hedersdorff- und Schadiſcher Burg-lehen-Revers de ann. 1472.

OBSERVATIO. De Servitiis Caſtrenſium.

Num. XXV.

Hattſteiniſche Ubergab einiger Hanauiſchen Burg-lehen, de ann. 1382.

Num. XXVI.

Hattſteiniſcher Mann-lehen-Revers de ann. 1378.

Num. XXVII.

Carbiſcher Revers über Hanauiſche Mann- und Burg-lehen, de ann. 1405.

Num. XXIIX.

Heuſſenſtammiſcher Revers über Hanaiſche Mann- und Burg-lehen, de ann. 1422.

Num. XXIX.

Hulßhoffiſcher Revers über Hanauiſche Mann- und Burg-lehen, de ann. 1423.

Num. XXX.

Dorfeldiſcher Revers über Mann- und Burg-lehen, de ann. 1457.

OBSERVATIO. De differentia inter feuda Caſtrenſia & recta.

Num. XXXI.

Schwalbachiſcher Revers wegen Aufgab und Wieder-Empfangung einiger Lehen, de ann. 1454.

Num. XXXII.

Bechtheimiſche Aufgab einiger Lehen, de ann. 1428.

Num. XXXIII.

Buchiſcher Revers, wegen Auffgeb- und Wieder-Empfangung einiger Lehen, de ann. 1352.

Num. XXXIV.

Rüdigheimiſcher Revers wegen Ubertragung einiger neuen Lehen, de ann. 1435.

Num. XXXV.

Rüdigheimiſcher Revers wegen Auftragung einiger Lehen, de ann. 1451.

Num. XXXVI.

Hanauiſcher Lehen-Brieff wegen aufgetragener Reyffenberiſchen Lehen, de ann. 1468.

OBSERVATIO. De feudis Nobilium hodiernorum datis, non oblatis.

Num. XXXVII.

Cronbergiſcher Revers wegen Auftragung eines Lehens, de ann. 1326.

Digitized by Google

Num. XXXVIII.

Brendeliſcher Revers wegen Aufftragung einiger Lehen, de ann. 1357.

Num. XXXIX.

Eppſteiniſcher Lehen-Brieff über Heuſenſtamm, de ann. 1437.

OBSERVATIO. De Domibus Nobilium Gentilitiis, Adelichen Stamm-Häuſern, feudalibus; Et de conſenſu Domini directi in conſtituendis Dotalitiis neceſſario.

Num. XL.

Falckenſteiniſcher Lehen-Brieff über das halbe Dorff Dillingen, denen Brendeln von Homburg ertheilt, de ann. 1359.

Num. XLI.

Falckenſteiniſcher Lehen-Brieff über den Zehenden zu Bauſchheim und Mörsheim, de ann. 1384.

Num. XLII.

Auffgab- und Vertrags-Brieff Gottfrieds von Zoppar, de ann. 1372.

OBSERVATIO. De ſubjectione territoriali Ordinis Equeſtris, in terris Comitum atque Dynaſtarum habitantis, intuitu perſonæ.

Num. XLIII.

Henne Erph, Burg-Gravens zu Gelnhauſen Citation und Zeugen-Auſſage, das Land-Gericht Ortenburg betreffend, de ann. 1431.

OBSERVATIO. De ſubjectione territoriali Caſtrenſium.

Num.

Num. XLIV.

Selboldiſche Ubergabe einiger Zehenden an das Cloſter Selbold, und darob erlangter Lands-Herrſchafftl. Conſens, de ann. 1278.

OBSERVATIO. De conſenſu Domini territorialis in transferendis bonis Nobilium neceſſario.

Num. XLV.

Cypariſcher Kauff-Brieff über einige Wieſen, und darob erlangter Lands-herrſchafftl. Conſens, de ann. 1382.

Num. XLVI.

Gerhards von dem Berge Ubergab einiger Eigen- und Lehen-Güther, und darob erlangter Lands-herrſchafftl. Conſens, de ann. 1485.

Num. XLVII.

Niclas Francken Kauff-Brieff der von Gerhard von dem Berge erlangten Güther an das Cloſter Patershauſen, und darob erhaltener Lands-herrſchafftl. Conſens, de ann. 1485.

Num. XLVIII.

Breydenbachiſche Auffgabe einiger Burg-lehen vor Centgraff und Schöffen, de ann. 1356.

Num. XLIX.

Selboldiſcher Verkauff und Auffgab einiger Güther vor dem Gericht zu Eckartshauſen, de ann. 1372.

Num. L.

Selboldiſche Aufgab einiger Güther vor Schultheiß und Schöffen, de ann. 1403.

Num. LI.

Inſtrumentum Appellationis Hanß Mauchenheimers von Zweybrücken und Georgen von Lindau, von Schultheiß und Schöffen zu Dexheim an die Herrſchafft Yſenburg, de ann. 1519.

OBSERVATIO. De Ordine Equeſtri jurisdictioni Sculteti & Scabinorum in territoriis Comitum & Dynaſtarum ſubjecto.

Num. LII.

Sybolds von Winthuſen erlangte Befreyung eines Hofs zu Düdelsheim, de ann. 1420.

Num. LIII.

Heruldiſche Auffgab einiger Lehen und erlangte Befreyung eines Hoffs, de ann. 1384.

Num. LIV.

Heuſenſtammiſcher Revers wegen Befreyung eines Guths von Dienſt und Bede, de ann. 1428.

OBSERVATIO. De Subjectione territoriali Ordinis Equeſtris intuitu Bonorum: Nec non de Regula: *Quæ ſunt IN Territorio, præſumuntur eſſe DE Territorio &c.* ad Nobiles quoque immediatos in terris Comitum & Dynaſtarum extendenda.

Num. LV.

Entſchuldigungs-Schreiben der Burg Friedberg, an die Ober-Rheiniſche Crayß-Ausſchreibende Fürſten, wegen Nicht-erſcheinens auf dem Crayß-Tag, de Dato Friedberg den 31 Martii 1582.

Num. LVI.

Käyſers Leopoldi Invitation-Schreiben auf den annoch fürwährenden Reichs-Tag zu Regenſpurg, an Graf Wilhelm

Digitized by Google

Wilhelm Otten zu Yſenburg, de Dato Wien den 8ten Februar. 1662.

OBSERVATIO. De Comitibus Imperii, non per Directoria, ſed ſpecialibus edictis & literis ad Comitia vocandis.

Num. LVII.

Diſcurs von denen Reichs-Gräfflichen Votis curiatis, und deren Urſprung.

Num. LIIX.

Schreiben von geſamten Evangeliſchen Geſandſchafften, an das Reichs-Gräffliche Wetterauiſche Collegium, die Wieder-Erſetz- und Beſtellung des im Löbl. Fürſten-Rath habenden Voti curiati betreffend, de ann. 1678.

OBSERVATIO. De eadem materia.

Num. LIX.

Kayſers Caroli V. Schreiben an die Hrn. Hrn. Grafen zu Yſenburg und Büdingen ꝛc. wegen Annehmung des Interims, de ann. 1548.

OBSERVATIO. De Conſtitutione hac interimiſtica.

Num. LX.

Yſenburgiſche Antwort auf das erſtere Kayſerl. Schreiben, die Ordnung des Interims betreffend.

Num. LXI.

Yſenburgiſche Beantwortung des zweyten Kayſerlichen Schreibens, die Ordnung des Interims betreffend.

Digitized by Google

Num. LXII.

Schreiben des Königs in Franckreich an Graf Wolff-gang Henrichen zu Yſenburg, de ann. 1632.

Num. LXIII.

Fernerweites Schreiben des Königs in Franckreich an Graf Wolffgang Henrichen zu Yſenburg, de ann. 1634.

Num. LXIV.

Kayſerl. Reſcript an Chur-Trier und Heſſen, in Sachen der Reichs-Ritterſchafft in der Wetterau contra Naſ-ſau und Sayn, de Dato Augſpurg den 30ten Auguſt. 1698.

Num. LXV.

Schreiben des Magiſtrats zu Franckfurth an Henne von Moßbach, de ann. 1404.

Num. LXVI.

Schreiben des Magiſtrats zu Franckfurth an Henne von Waſen Friedrichs Sohn, de ann. 1445.

Num. LXVII.

Schreiben des Magiſtrats zu Franckfurth an Herrn von Velderſheim, Wernhers ſeeligen Sohn, de ann. 1467.

Num. LXVIII.

EXTRACT Rechtlichen Bedenckens über die Frage: Ob die jeweilige Cammer-Gerichts-Präſidenten nothwen-dig ſolche Grafen und Freyherren ſeyn müſſen, welche

Votum

Digitized by Google

Votum & Seſſionem in Comitiis Imperii & circularibus hergebracht, mithin Status ſind; Oder ob es genug iſt, wann ein Præſes nur den Character eines Grafen oder Freyherrn von Kayſerl. Majeſtät erlanget hat?

Num. LXIX.

Heuſenſtammiſche Verpfändung etlicher Güther im Hayn, an Herrn Ulrichen von Müntzenberg, und dargegen übernommene Burgmannſchafft daſelbſten, de ann. 1232.

OBSERVATIO. De Miniſterialitate Münzenbergenſium, & falſi hujus rumoris cauſa:

Tabella Genealogica Dominorum de Münzenberg, teſtimoniis fide dignis probata.

Num. LXX.

Entſcheid eines zu Bruchſebel gehaltenen Mann-Gerichts, de ann. 1438.

OBSERVATIO. (1) De judiciis veterum Germanorum feudalibus, (2) de matrimoniis Ordinis equeſtris cum Ordine plebejorum imparibus, (3) de Succeſſione liberorum ex hisce imparibus matrimoniis natorum feudali, & (4) de Dotalitio Viduæ ex impari matrimonio relictæ.

Num. LXXI.

Yſenburgiſche Citation zu einem nach Wenings ausgeſchriebenen Mann-Gericht, de ann. 1488.

Num. LXXII.

Reichs-Hof-Raths-Concluſum in Sachen, Sachſen-Meinungen, contra Sachſen-Meinungen, de ann. 1723.

Num.

Digitized by Google

Num. LXXIII.

Schreiben eines vornehmen Reichs-Grafen an Chur-Fürſt Carl Ludwigen zu Pfaltz, als Reichs-Vicarium, die prætendirte Belehnung der Reichs-Graf- und Herrſchafften betreffend, de ann. 1658.

OBSERVATIO. De Feudis Comitum & Dynaſtarum, inveſtituræ Vicariorum Imperii non ſubjectis.

Nro. I.

Digitized by Google

N°. I.

ad *SECT.* I. §. 21.

Verzicht Eckhards von Glimenhan/

Auf den, in Herrn Diethers von Yſenburg Kriegs-Dienſten erlittenen Schaden, als er deſſen Panier gegen die von Buchenau geführet, de anno 1418.

JCh Eckart von Glymenhan bekenn mit diſem uffen briffe für mich vnd alle myne Erben vmb ſoliche Anſprache als ich hatte zu dem Eteln Junghern Junghern Dyther von Yſenburg Heren zu Büdingen myne gnedigen liebin Junghern vnd ſiner Gnaden Erben/ vnd myne Anſprache waz datz ich ſine Gnaden zu eyn zyt gedienet waz uff demſelben Dinſte und Ridde ich ſine Baner hatte vnd watz als Wir Herman von Buchinauwe vnd Wigand Cluſeneren nyddir worffen zur ſelbin zyt vingen wir den der ir Winpeln hatte da ich meynete datz mir billig darvmb etzwaz werden ſulde, So lyß ich eme zum ſelben male eynen Henigeſt uße dez bin ich mit mynen frunden zu tage komen geyn dez obgeſ. myns Jung-

hern frunden aldar geyn Lyche uff den Montag nach dem erſten ſontage in der faſten jn dem jare als man ſchrib nach Godz geburte vurzehen hundert jare vnd darnach in dem achzenſten jare, vnd han dar vnß beyden frunt den obgen. myn Junghern vnd mich gutlichen vnd gruntlich geſunet vnd entſcheiden, vnd vurzyhen alſo in Crafft dieſes Briffs fur mich vnd alle myne Erben uff dem obgen. mynen Junghern vnd ſine erben ſolichin vorgeß. Unſpr. an alle geuerde. Dez jn orkunde han ich myn eigen jngeß. mit wiſſen an dieſen briff gehangen. Datum & actum anno & die quo ſupra,

(L.S.)

OBSERVATIO.

QUod Comites atque Dynaſtæ Vexilli inſignibus fuerint gaviſi, atque feuda habuerint Vexillaria, præter Dn. GUNDLINGIUM, SCHILTERUM, alioſque, egregiè quoque nos docet, hæc *Eckardi de Glymenhan* charta, utpote ex qua videmus: (1) Comites atque Dynaſtas ſeculo adhuc XV. explicatis Vexillis, unter fliegendem Panier oder Bener, æque ac Principes, ſuos eduxiſſe Milites atque Vaſallos, ſive ſuos aggrederentur hoſtes, ſive auxilio venirent Imperatori, cum hac tamen differentia: Si in caſtris erant Imperatoris, tamdiu explicata erant eorum, ut & Principum, Vexilla, donec magnum explicaretur Vexillum Imperiale, atque de cæteris ipſe Imperator diſponeret, teſte *Jacobo Mersvvin* in literis ad fratrem ann. 1488. de expeditione Friderici III. Imperatoris, ad liberandum filium Maximilianum Brugæ id temporis captum, exaratis apud Clariſſ. *WENCKER. disquiſit. de Glevenburger.* §. 8. *pag.* 42. An fritag nehſt vor datum dis Briefes als ſich der Kayſer morgens erhüb und ſich fur Gente an das Ortt do wir dißmole ligen ſlagen wolt würden aller Fürſten Herren und Stette büle fenlin zugetân und ward geoffnet des Richs groß guldin Fan und geben dem Hertzogen von Gülch, dem Hertzogen von Sachſſen wart geben das Renne-fenlin füret uß gerechtigkeit Alexander Marſchalck zu Bappenheim. Under des Keyſers gezuge wart uffgetân ein blowe

blowe fenlin mit fünff gulden Adlern oder Lerchen iſt alt Oeſterrich, die Fürſten von Brandenburg hettent zwey fenlin offen - - - - - der Marggraue von Baden ſol Sant Jörgen fenlin haben als es jm zugeſeit iſt ꝛc. ꝛc. confer. *OBRECHT. de Vexill. Imperial. Cap.* 4. Si verò Comites & Dynaſtæ vel ſoli hoſtes ſuos aggrediebantur, vel aliis Statibus auxilio veniebant, Vexilla ipſorum ſemper manebant explicata, utut etiam expeditionem ſuſciperent cum iis, quibus alias nexu feudali erant adſtricti; luculentum hujus aſſerti teſtimonium præbent Literæ clientelares *Henrici Abbatis Fuldenſis, Henrico de Yſenburg* ann. 1359. datæ, in quibus hæc verba leguntur: Auch ſint wir mit dem vorgenanten Heynrich von Iſenburg vnd er mit vns verbunden vnd vereynt diewyle wir vnd er leben, Alſo das wir yne vnd ſine Herſchafft mit guten truwen ſchuren ſchirmen vnd vorteydingen ſullen veſteclich vnd ſullen yme beholffen ſyn zu ſime rechten gen allen Luten als verre als wir das vor eren wegen getun mugen vff vnſer koſt vnd ſchaden, Es were danne NB. das vnſer Bannire off dem velde miteynander weren neme wir darvnder frummen den ſolde mann teylen nach Mantzall gewapnieter lute die danne zu der zyt off dem Velde weren. Eodem modo ſe ad præſtandum Abbati auxilium obligat *Henricus de Iſenburg* in Literis reverſalibus apud *Dn. SCHANNAT. Clientel. Fuldenſ. ibique in Cod. probation. n. 85. pag. 232.* hæc de Vexillo ſuo adjiciens verba: **Es were danne das unſer, und ſine Banire, beyde uff dem Feld weren:** nemen wir dan frumen den ſolde man teylen nach Manzal gewappinter Lute ꝛc. Videmus (2) ex eadem charta, ejusque verbis, uff demſelbin Dinſte vnd Ridde ich ſine Baner hatte, Comites atque Dynaſtas id temporis Vexilliferos ſuos ſumſiſſe ex ordine equeſtri; quemadmodum enim reliqui ipſorum milites ex eodem erant ordine, ita multo magis Vexilliferi, quum hi honeſtiorem atque primum inter cæteros haberent locum, unde nec hodienum Nobiles munus iſtud apud Comites ſubire ſibi dedecori, ſed potius honori eſſe, autumant. (3) Apparet ex verbis, zur ſelbin zyt vingen wir den der ir Winpeln hatte, Ordinem equeſtrem, conjunctis viribus contra hoſtem exeuntem, ſua quoque interdum habuiſſe ſigna militaria, quæ tamen minora ſaltem erant, nec titulo Vexillorum ſive Banneriorum, der Baner oder Vanier, cohoneſtabantur, ſed vocabulo ſaltem der Winpeln. Notum eſt hoc vocabulum hodie in navibus bellicis, nec ignotum erat olim, utpote cujus jam

 meminit

meminit *Guillelmus Guiart* apud *CAROL. du FRESNE Gloſſar. voc. Auriflamma. pag. 395.* his verbis:

Oriflamme eſt une Baniere
Aucun poi plus forte que GUIMPLE,
De cendal roujoiant & ſimple,
Sans pourtraiture d'autre affaire.

Unde haud obſcure conjicere licet, Winpeln fuiſſe ſignum quoddam militare, ſed minus, atque ſimplex, nec aliis quibusdam figuris, uti quidem Banneria, tinctum.

N°. 2.

ad *SECT. I.* §. 21.

FUNDATION
des Cloſters Marienborn,

de anno 1286.

IN Nomine ſanctæ & individuæ Trinitatis amen! *Ludovicus de Yſenberg* & *Heilvvigis* Collateralis ejusdem omnibus præſens Scriptum viſuris & audituris, Notitiam ſubſcriptorum liberalitatis fidelium ideò perpetuis inſcribi titulis voluerunt, ne per præſentium incuriam aut futurorum ignorantiam geſta pietatis patiantur aliquo modo recidivam, ipſisque exinde apud Deum creſcat meritum & apud homines nomen bonum; Noverint itaque tam poſteri quam præſentes, quod Nos amore Divino ſuccenſi cupientes ampliare Cultum Divinum & honorem Domini noſtri JEſu Chriſti & Beatæ ſemperque Virginis Mariæ, Sex Manſos ſitos in Budingen, quos à *Viro*

Honeſto

Digitized by Google

Honeſto Hartmanno Milite dicto de Büches comparavimus de pecunia dilectæ Conjugis noſtræ Heilvvigis, emtione legitima poſſidendos, & prædictos Manſos reſignavimus Venerabili Dno. *Bertholdo* Epiſcopo Herbipolenſi & ſuo Capitulo proprietatis titulo poſſidendos, eosdemque Manſos in feudo ab ipſo recipientes tali interpoſita conditione, quod nobis quatuor Manſos ſitos in Villa, quæ dicitur Niederhuſen & Parochialem Eccleſiam in Eckardishuſen cum univerſis attinentiis ſuis idem Epiſcopus & prædictum Capitulum proprietatis titulo contulerunt in perpetuum poſſidendos. Cum igitur Sanctimoniales, quas Dominus collegerat in loco, qui dicitur Hauck, (quem inquam locum communicata manu ipſis donavimus cum univerſis attinentiis ſuis, quam nihilominus donationem firmam in perpetuum tenebimus atque ratam) commodè commorari non poſſent, cum inhabilis ſit Religioni propter defectum aquæ & aliarum rerum inopiam, ipſas de conſenſu & licentia Venerabilis Domini *Wernheri* Archi-Epiſcopi Moguntini, Loci ejusd. Diæceſani ad prædictam poſſeſſionem videlicet Niederhuſen, qui nunc Fons S. Mariæ dicitur, transtulimus, & locum ipſum cum univerſis pertinentiis ſuis, Sylvis, Pratis, Paſcuis, Molendinis & Piſcationibus, in remedium animarum noſtrarum, nec non Anteceſſorum noſtrorum contulimus cum totali jure Patronatus præfatæ Eccleſiæ Eckardishuſen perpetuo proprietatis titulo poſſidenda. Hanc autem Eccleſiam in hunc modum fundatam taliter de conſenſu & favore omnium Liberorum noſtrorum *Henrici* videlicet, *Ludovici*, *Wilhelmi*, *Friderici* & *Lutheri*, nec non filiæ noſtræ *Irmingardis* & eorum Succeſſorum, dignum duximus ordinandum; Imprimis videlicet ſtatuimus & ordinamus, ut Hæres noſter, quicunque fuerit pro tempore à nobis duobus progenitus, & Dominium tenens in Büdingen, ipſam Eccleſiam ſeu Cœnobium tanquam propriam poſſeſſionem protegere teneatur, *non ratione Advocatiæ, ſed gratia ſpecialis dilectionis*, & ad ipſum

 in

Digitized by Google

in ſuis neceſſitatibus habebit refugium; Nec tamen præfato Monaſterio & ſuis hominibus exactiones imponet aut gravamina, præſertim cum ipſum Monaſterium cum ſuis Mancipiis quibuscunque *ab omnibus Angariis velimus eſſe liberum & exemptum*; Nec prædictus Hæres noſter, qui pro tempore fuerit, ratione hujus Commiſſionis contra præfatam Libertatem veniet ullo ingenio ſive forma, nec aliquod emolumentum inde requiret temporale, ſed tales labores Divinæ Remunerationis intuitu ſuſtinebit. Item damus eidem Monaſterio jus in noſtris Nemoribus ſecandi ad ædificia & ad comburendum ad omnes ſuas neceſſitates plenam & liberam facultatem. Item ut in paſtura porcorum, centum porcos, & triginta nutrire valeant, de noſtra hac gratia ſingulari; Si vero plures habere voluerint, illos de gratia noſtra ſimul & Univerſitatis tenebuntur obtinere; Item concedimus ſæpè dicto Monaſterio, ut ſi aliquis hominum Noſtrorum attinentium ipſis, ſive hæredem habuerint ſive non, *Teſtamentum de mobilibus legare voluerit, de hoc noſtram licentiam habeat & conſenſum.* Item volumus hanc Eccleſiam hac libertate gaudere, ut *quicunque infra ſepta ejusdem Eccleſiæ confugerit, cujuscunque cauſa Reus, exceptis Incenduariis Nocturnalibus, & Agrorum Prædonibus, nec à noſtris Villicis, nec ab aliis capiatur, ſeu per violentiam extrahatur*, ſed jure ſuo ut libertate emunitatis fieri ſolet; Item ipſum Monaſterium *à Cenſu ſive jure*, quod vulgò dicitur Banwein ex nunc liberum reddimus & ſolutum. Hujus donationis Teſtes ſunt *Conradus de Büches, Gernandus de Mörle*, item *Hartmannus* & *Wigandus* prædicti *Conradi* filii, *Buzo de Elwenſtat* & *Rupertus de Büdingen* Milites, & alii multi Clerici & Laici fide digni. In cujus rei evidentiam præſentem noſtræ Donationis Literam ſigillis noſtris, nec non Venerabilis Viri Domini Abbatis de *Arnſpurg* duximus muniendam. Nos *Henricus, Ludovicus* & *Wilhelmus*, nati præfati *Ludovici de Iſenberg, quia ſigillis propriis caremus, Sigillo Avi noſtri Henrici*

Domini

Digitized by Google

Domini de Iſenberg in præſentibus ſumus uſi. Datum & actum Anno Gratiæ M. C C. Octuageſimo Sexto XVI. Calend. Aprilis.

OBSERVATIO I.

DIgnus eſt notatu rumor ille, de Adelheide filia & herede Ulrici Senioris Domini de Münzenberg, cum Reinhardo Domino de Hanau matrimonio juncta, circa ann. 1273. ſubortus, ac ſi ipſa Patre Miniſteriali eſſet prognata, qui adeò id temporis in vulgus ſpargebatur, ut maritus Reinhardus rumore iſthoc perculſus, ad Rudolphum I. Imp. rem omnem deferret, ab eoque, ut Imperiali clementia, conjugem ab imputato natalium defectu liberaret, decenter peteret. Annuit petito Imperator, conſenſum adhibuêre omnes Principes Electores; Verùm mortuo Reinhardo, liberis ex iſthoc matrimonio natis denuò circa ann. 1287. ratione ſucceſſionis, eadem controverſia hanc ob cauſam movebatur, quoniam nulla ipſorum mentio in prioribus diplomatibus nominatim erat facta. Unde filius Ulricus Dominus de Hanau, cum Matre Adelheide, denuò adiit Imperatorem, & declarationem Reſcripti Cæſarei, nec non conſenſus Electoralis, novis diplomatibus impetravit, quæ vide apud *Conſult. Dn. CRANZ. in Diſſert. de S. R. I. Comitum Auſtreg. append. lit. A. & B.* Jam quidem neminem amplius hiſtoriæ patriæ tam ignarum fore arbitror, qui cum *Burgermeiſtero* falſiſſimo huic rumori fidem adhiberet, vel Adelheidem ejusve Patrem Ulricum, ex Ordine Equeſtri, & Miniſterialibus vulgaribus oriundos crederet; Verum in genuinam inquirere cauſam oborti iſtius rumoris, nunquam non neceſſarium duxi, ſimul ut familia Munzenbergia, quæ in præcipuis Comitum Wetteravicorum, aliorumque familiis hodienùm viget, ab imputato iſthoc natalium defectu liberaretur, ſimul ut inſignis inter LIBEROS DOMINOS & NOBILES HODIERNOS differentia, quæ ex hac controverſia elucet, eò melius oſtendi poſſet. Inveniſſe autem me cauſam iſtius rumoris opinabar in ipſa MINISTERIALITATE, quâ familia Münzenbergica jam olim in Aula Cæſarea fungebatur, teſte Charta Conradi Suevi Imp. ann. 1150. apud *Dn. LÜNIG* **Reichs**-*Archiv Spicileg. eccleſ.* **dritter Theil unter Corvey** *num. 51. pag. 94. Judicium de clavibus invenit CONRADUS MINISTERIALIS noſter de HAGA, de habitatione intra muros, & de praefectura judicium dedit.* Maximè quum invenirem, officium CAMERARII per aliquot ſecula apud Münzenber-

zenbergios, & ab his in Falckenſteinios translatum fuiſſe; Ita Bertholdus de Münzenberg vocatur Camerarius in Chart. anni 1168. quam profert *AUG. de CANUSIO* Beſchreibung vom Hertzogthum Francken / in der Halliſchen neuen Bibliothec *part. 19. n. 2. p. 761. Adhibitis idoneis teſtibus, quorum nomina hæc ſunt ---- Henricus Marſchalcus, BERTOLDUS CAMERARIUS de MINTZENBERG, Waltherus Dapifer, Conradus Colbo Pincerna.* Cuno de Münzenberg in Chart. ann. 1209. apud *Dn. LUNIG. Spicileg. eccleſiaſt.* dritter Theil unter Walckenried. *num 6. pag. 848. Hujus noſtræ conceſſionis teſtes ſunt hi: Walkerus Patriarcha ---- Gunzelinus Imperialis Aulæ Dapifer, Henricus de Schaladin Marſchalcus, CUNO de MUNZENBERG CAMERARIUS, Waltherus de Scipſe Pincerna &c.* Ulricus de Münzenberg, Adelheidis Hanovienſis Pater, in Chart. ann. 1212. apud *EUND. Spicileg. eccleſiaſt.* dritter Th. unter Berchtesgaden *num. 18. pag. 17. Hujus rei teſtes ſunt --- Henricus Marchalkus de Calindi, W. Dapifer de Wollanden, Waltherus Pincerna de Supſe, ULRICUS CAMERARIUS de MUNZENBERG, & alii quam plures.* Unde falſum illum rumorem ſubortum credebam, ac ſi Ulrico de Münzenberg, qui id temporis inter Miniſteriales Imperii haud parùm eminuerat, ob Camerarii Officium locus inter Miniſteriales vulgares, ex errore fuiſſet à nonnullis adſignatus. Verùm & hæc opinio confeſtim iterùm evanuit; Quis enim crederet, familiam Münzenbergicam id temporis in Wetteravia, cujus Advocatiam provincialem tenebat ipſe Ulricus, adeò fuiſſe ignotam? Quisnam poneret cauſam falſi iſtius rumoris, & quidem eâ ætate, quâ nemo differentiam inter Miniſteriales Imperii & vulgares ignorare poterat, in officio Camerarii, quod tamen Falckenſteinii Münzenbergiorum heredes maximo ſibi duxerunt honori, idque diu adhuc retinuerunt? Et ſi Miniſterialitas illa Imperii vera fuiſſet falſi iſtius rumoris cauſa, cur quæſo! ſoli Adelheidi Hanovienſi, non etiam reliquis ipſius ſororibus, eodem Patre Ulrico prognatis, hæc ſtatus quæſtio erat mota? Tantis proinde objectionibus circumfuſus iterùm hærebam, neſcius, quonam tandem gladio nodus iſte gordius ſolvi poſſet. Hæc cum ita in animo mecum volutarem, in manus pervenit diploma, quod jamjam produxi, Johannis de Huſenſtamm, quo Ulricum Dominum de Münzenberg, Adelheidis Hanovienſis Patrem, ſuum vocat COGNATUM: Mirabar hanc cognationem, atque ipſum Autogra-

tographum haud una vice inſpiciebam, num fortè verbis COGNATO MEO ſignum quoddam abbreviaturæ, ut dicunt, eſſet adjectum, atque legendum: *Omnium coheredum meorum conſenſu & manuum appoſitione cognatorum meorum &c.* Verùm nullum hujusmodi abbreviaturæ veſtigium invenire poteram, quamobrem non amplius ferè dubitabam, quin Ulricus de Münzenberg matre Heuſenſtammiâ, atque ita ex impari matrimonio natus, eoque caſu ſecundum illud: Das Kind gehöret zur ärgern Hand, reverâ Miniſterialis vulgaris, & de Nobilium veterum ordine in claſſem ordinis equeſtris dejectus fuiſſet. Conſuli prætereà genealogias utriusque, & Münzenbergenſium, & Heuſenſtammiorum familiæ, eandemque ob cauſam Tabellam huic obſervationi adjectam confeci. Aſt ut fatear, quod res eſt, opera inſumebatur inanis, quoniam nullo modo perſcrutari poteram, quânam familiâ oriunda eſſet, & Mater Ulrici ſenioris de Münzenberg Longardis, & Avia Liuckardis. Accedebat, quod Ulricus, & filius ipſius Cuno, uxores habuerint Comitiſſas, quæ ſane! tam facilè non præſumuntur nupſiſſe maritis tanto natalium defectu laborantibus. Unde hanc etiam opinionem facile remiſi, maximè cum capere nondum poſſem, cur ſoli Adelheidi Hanovienſi, non etiam reliquis ipſius Sororibus, vel inprimis Falckenſteiniæ, eadem quæſtio ſtatus fuerit mota. Interim tamen, fateor, penitus adhuc ſum perſuaſus, rumorem illum non planè fuiſſe de nihilo, quanquam neque Adelheidi Hanovienſi, neque Patri ipſius Ulrico de Münzenberg, macula iſthæc natalium, teſtibus ipſis Imperatoris & Electorum chartis, imputari queat: unde verò Johannes de Huſenſtamm Ulricum Dominum de Münzenberg, Cognatum ſuum vocaverit, id aliis ſciſcitandum relinquo. Tu interim Lector benevole! notes velim ex hac controverſia: (1) inſignem differentiam inter veteres LIBEROS DOMINOS & NOBILES HODIERNOS, vel inprimis in matrimoniis contrahendis, & quod talia matrimonia nunquam non fuerint imparia: (2) quod liberi ex hisce matrimoniis nati ſucceſſionis paternæ non fuerint capaces: (3) quod *Dn. LUDEWIG in Comment. ad A.B. tom. 1. pag. 762. ſeqq.* errores aliorum correcturus, ipſe à via aberret, dum ait *pag. 762.* Ob nun wohl ann. 1356. die A. B. hieſelbſt den von Falckenſtein NB. zum Erb-Cämmerer des Reichs gemachet; ſo iſt doch, meines Erachtens, denen Herren von Weinsberg, die von denen ältesten

Zeiten her ſolches Erb-Amt verwaltet, groſſer und offenbahres Unrecht geſchehen. Daran vielleicht Cuno von Falckenſtein, damahliger Ertz-Biſchoff zu Trier, ein durchtriebener Herr .... Schuld und Urſache geweſen ſeyn mag. Dawider ſich gleichwohl die alte Erb-Cammerer von Weinsberg nicht regen dürffen. Quod ſi enim chartas, quas hac obſervatione de Münzenbergiis produximus, legiſſet, inveniſſet procul dubio Officium Camerarii per aliquot jamjam ſecula fuiſſe apud Münzenbergios, ab iisve in Falckenſteinios, Münzenbergiorum heredes, translatum: Si porro perpendiſſet Philippum ſeniorem de Falckenſtein jam anno 1266. vocari Imperialis Aulæ Camerarium, teſte chartâ, quam ipſe exhibuit *Dn. LUDEWIG in Reliquiis Mſtor. tom. 2. pag. 233.* tantâ, opinor, neque Cunonem, neque totam familiam Falckenſteiniam, affeciſſet injuriâ.

TABELLA

Digitized by Google

Digitized by Google

N°. 70.

ad *SECT. III.* §. 6.

Entſcheid eines zu Bruchkebel gehaltenen Mann-Gerichts.

de anno 1438.

ICh Eberhart Löwe von Steynfurth Ritter Burggraff zu Friedbergk bekennen das ich vff heudt Mitwochen datum diß Priffs zw Bruchkebel vnder dem Spielhauß als ein Richter an ſtadt vnd von Befehlnuß des Edeln Wolgeporn Hern Rheynharts Grauen zw Hanawe meyns gnedigen lieben Hern an ein Mangerichte geſeſſen han / da iſt komen Rudolff vonn Cleen fur mich vnd dieſe nachgeſchriebene Man, mit Namen Hern Heynrich Graßlock Ritter, Reynhart von Schwalpach, Hen Geyling von Altheym, Henne von Bünaw, Wilhelm von Luter, Dietherich vnd Hen von Phraimheym gebrüder, Dietherichen Spechten von Bubenheym, Henne von Stockheym, Henne ſeligen Sone, Hans von Sterffrieds, Henn von Rüdickem, Cune von Buchis, Hanß von Sultze, Berchtoldt von Mernolffen, vnd Helfferich von Dorfelden, vnd offent da, wie Hen von Waſen vff den nehiſten Freytag vor ſant Kilianstag nehiſt vergangen daſelbſt zw Bruchkebel an eyme Mangericht vor Eppechin vonn Dorfelden als vor eim Richter, vnd vor den Mannen die zu der zeyth bey im am Rechten geſeßen weren, gecleyte het vnd ließ ein Zedel leſen wie die Clage vnd Antworth geludt hetten derſelbe Zedel von worten zw worten hernach geſchrieben ſtehet vnd laud alſo:

Item

Item in den Sachen zwiſchen Hen von Waſen vnd Eberharth von Waſen ſeligen Kinden hude an eim Manne-Gerichte ziv Bruchkebel vff den Freytage vor ſant Kylians tage, hat Hen von Waſen vor dem Richtere vnd den Mannen geclevte daß Eberharth von Waſen ſelig ein Dieren gehabt mit der er lange zeyth in der vnehe geſeſſen die Kinde mit ihme gemacht habe/ vnd darnach ſo hab Eberharth dieſelben Dieren die doch nit Wappens genoß ſey geeliget als er doch nit bey guter Vernunfft were, dieſelben Kinde die er mit derſelben Dieren gehabt habe jne irren vnd trangen an ſolchen Lehengutern die von ſeynen Aldern vff Eberharth ſeligen ſeynen Vettern erſtorben ſeien vnd die Eberharth ſelig jnne gehabt habe, der er ein Nehiſte Lehens Erbe ſey, vnd meynte nachdem Eberharth ſelige mit der vorgenanten Dieren, die doch nit Ritters Arth geborn were/ ſo lange Zeit in der Vnehe geſeſſen vnd ſie darnach als ſie Kinde mit jme gemacht het er ſie geelichet het, vnd die Lehen-Guter Ritter-Lehen weren / das dieſelben Kinde, die ſein Vetter vorgenant ſelig mit jr gehabt hette, des Hereſchilts beraubt weren/ vnd ſolche Lehengute durch rechte nit beſitzen oder behalten ſolten, Sunder jne dabey vngeirret vnd vnbetrangt ziv laſſen vnd yme das vffgehaben vnd ſeynen ſchaden keren, deweil er von Helm vnd von Schilte darzu geborn were/ vnd badt yme das alſo an eynen Manne zu ſtellen,

Item daruff Hen von Merlaw von der vorgenanten Kinde wegen durch ſeynen Furſprechen antworth, Eberharth von Waſen ſelig der hette die vorgenante Dieren geeheliget mit guter Vernunfft, vnd wer auch etwan viele zeite alſo jn der Ehe bey jre geſeſſen vnd hette in der Ehe Kinde mit Namen zwene Sone vnd

zwo

zwo Dochter/vnd vor der Ehe auch zwen Sone mit jr gemacht, vnd hett ſich auch ſolcher Lehenguter bey jr vnd mit jre gebrucht biß in ſeynen tode on widerſprechenlichen Henne von Waſen vnd eyns yglichen vnd hoffte vnd getrawte dieweile Eberhart ſelig die Frauen geeliget het vnd die Kinder Ehekinder weren/ das ſie dann billicken bey ſolchen Lehen Gutern die jr Vatter beſeßlichen biß in ſeinen tode ingehabt beſeſſen vnd ſich der gebrauchet hette vnbetrangt vnd vngeirret blieben, vnd das Hen von Waſen ſie dabey laſſenn das vffgehaben dauon wiedergeben vnd jne des jren ſchaden kerenn ſolte, vnd bat yme das auch alſo an eynen Manne zu ſtellen, vnd des zw vrkundt ſo han ich Eppechin von Dorfelden als ein Richter in den Sachen mein Ingeſiegel heruff getruckt Datum & Actum Die ut ſupra Anno Domini MCCCCXXXVII.

Als nun ſolche Zedel geleſen wart, da erzalt Rudolff vorgenant, wie das die Manne deßmals der ſachen eynen vffſchlage genommen hetten ſie darumb des Rechten zu erfarn vnd hetten Dietherich von Pfraumhen vnd jme befolhen daß ſie ſich des Rechten darumb erfarn ſolten, vnd wes ſie ſich darumb erfuren das ſolten ſie fur die Manne wieder inpringen, Nun hett er ſich darumb erfarn an vielen Erbarn weyſen Leuthen von geheiß des obgenanten meins Gnedigen Hern vmb zu vermeyden groſſer koſt vnd zerung/ vnd wes er dan vnderweyſt war worden das erzalt er auch vor mir vnd den Mannen, vnd als nhun beyden Partheien geſchriben vnd verkundt war vff heude Mitwochen zw Bruchkebel zu ſein, vnd darumbe des vßſpruchs von den Mannen zu warten do dann Hen von Waſen vnd auch Eberhart von Waſen ſeligen Hausfrawe geinwertig weren, do fragte ich die Manne des Rechten vnd nach Clage vnd Anthwort obgeſchrieben, So haben die Manne vnd ich

will ſo ſol er einen ſiner Manne an ſineſtat ſetzen den man nút arg-wenig habe. Confer. Beſchreibung eines in der Graffſchafft Caſtell gehaltenen Mann-Gerichts apud *Dn. LUNIG Theſaur. Jur. Comit. Part.* 3. *Cap. X. num. XXII. pag.* 689. Si verò contentio verteretur inter Convaſallos, Dominus ipſe cum Paribus curiæ adeſſet, atque cauſam dirimeret. Utrumque teſtatur *GUNTHERUS Libr. VIII. Ligurin. verſ.* 633. *ſeqq.*

Inter Vaſallos unius forte Patroni
Quæſtio de feudo quoties agitatur eodem;
Quo feudi Domini gaudent, HOC JUDICE certent.
Si tibi pro feudo, quod te tribuente fatetur
Acceptum, tu verò negas, Vaſallus agendam
Fortè movet litem, NON TU, ſed CURIA JUDEX
Audiat, & certo determinet ordine litem.

Utut poſteriori caſu penes Dominum eſſet directum, utrum ipſe huic judicio præeſſe, an aliquem ex Vaſallis judicem Vicarium conſtituere vellet, id quod hac & ſequente Chartâ, nec non aliis ſexcentis docemur. PERSONÆ ad judicium iſtud feudale, dem Mann-Gericht, pertinentes erant: (a) Dominus directus vel, quem ipſe ſubſtituerat, *JUDEX VICARIUS*, der Richter, Lehn-Richter, Mann-Richter, uti vocatur in Charta, quam è *ZYLLESIO* allegat Clariſſimus *ESTOR in Analect. Fuldenſ. Sect. I.* §. 5. *pag.* 21. quem hodiè dicimus Lehen-Probſt; (b) *PARES CURIÆ* tanquam Aſſeſſores, die Mannen-Genoſſen, quorum quidem numerus pro gravitate cauſæ nunc major, nunc minor requirebatur, infra tamen numerum duodenarium eſſe non debebat ſecundum *JUS FEUD. ALEM. Cap. XIIX.* Ein Herre ſol zu dem minſten zwölff Man han da er umbe Lehen richtet. Unde in hac, quam præſens charta nobis exhibet, controverſia, XV. Pares præter judicem adhibitos videmus; (c) *PROCURATORES*, die Fürſprecher, vel angedinate Fürſprecher, uti vocantur in Charta apud Dn. *SCHANNAT Clientel. Fuldenſ. in Cod. probat. n.* 157. vel etiam Redner, *ibid. num.* 611. qui non ſolum ex ipſis Convaſallis, ſed & aliunde deſumi poterant, quorum ea erat auctoritas, ut quicquid in curia præſentibus & adſtantibus litigantibus allegaſſent, perinde eſſet, ac ſi ab iis fuiſſet prolatum, Dn. *SCHANNAT cit. Clientel. Fuld. Part.* 1. *cap.* 3. §. 3. *pag.* 47. Unde etiam

Digitized by Google

Vaſallus cum Procuratore in judicio comparens nullum amplius deliberandi ſpatium habebat, ſed præcisè tenebatur reſpondere, aliàs in contumaciam contra eum procedebatur, ſecundum *JUS FEUD. ALEM. Cap. CXIX.* Nimet er aber einen Furſprechen ſo mus er entwurtten und got er dernoch dennen und antwurtt nüt ſo richtet der Herre als obe er zugegen were. LOCUS hujus judicii feudalis erat arbitrarius, quemadmodum enim Dominus Vaſallo in quolibet loco inveſtituram concedere poterat, ita etiam penes eundem erat, Vaſallos, ubicunque vellet, colligere & judicium iſtud feudale formare, quod dicebant ein Mann-Gericht niederſetzen, excepto loco ſacro, *SCHILTER. ad jus feud. alem. cap. XLI. §. 4. & 5.* confer. tamen de praxi curiæ Fuldenſis contraria Dn. *SCHANNAT Clientel. Fuldenſ. Part. 2. cap. 3. §. 3. n. 5. pag. 48.* Comes itaque Hanovienſis eadem hîc uſus libertate, Vaſallos ſuos non Hanoviæ, ſed in villa Bruchkebel convocavit, & quidem unter dem Spielhauß; Vocabulum Spielhauß, quod multa me docent diplomata, olim per Wetteraviæ tractum notabat Curiam in pagis, quam nomen iſtud inde adeptam reor, quia Ruſtici ſub hisce Curiis plerumque bacchanalia ſive Encænia ſua celebrarunt: Quamvis ergò *AUCTOR VETUS de Beneſ. tit. de Ord. placitat.* §. 21. tradat; *Non in clauſa Curia, nec ſub tecto licitum erit placitare Domino.* idemque inculcet *JUS FEUDAL. ALEM. cap. 116.* In beſloſſem Hofe oder Hußze noch under tach noch under Burgen ſol der Herre kein Lehenrechte halten. hîc tamen videmus judicium feudale ſub tecto, & *Charta ſequente* in curia clauſa convocatum, adeoque illam juris feudalis diſpoſitionem antiquam abiiſſe in deſuetudinem. TEMPUS debebat eſſe juſtum, hoc eſt, antemeridianum condicti diei, poſt meridiem enim comparens culpabilis erat, vid. *SCHILTER. ad jus feud, alem. cap. IX. §. 1.* unde in citationibus plerumque additur: zu rechter Gerichts-Tage-Zeit. COMPARITIO verò Vaſallorum ad judicia hæc citatorum adeò erat neceſſaria, ut quilibet ſub feloniæ crimine comparere, aut vicarium convaſallum mittere teneretur, *SCHILTER. cit. loc.* quam ob cauſam in charta ſequente hanc adjectam videmus comminationem: Wulleſt dir ſolichs auch nichts benemen laſſen, uff daß die Sache durch dich nit gehindert, vnd du Umns vngehorſam furbracht vnd erkant werdeſt, damit Wir vmb dinen vngehorſam nit fragen vnnd erkennen laſſen müſſen, waß du darfur verfallen vnd ſchuldig werdeſt, diß wiſſ dich zu

hal-

haltenn. MODUS tandem PROCEDENDI in hiſce judiciis feudalibus talis plerumque obſervabatur: Poſt initium judicii formulis quibusdam ſolennibus factum, nach der Gerichts-Hegung, de quibus vid. *JUS FEUD. ALEM. cap.* 116. & *SCHOTTEL* **von unterſchiedl. Rechten in Teutſchland** *cap. IV.* §. 10. Actor & Reus in judicio cum ſuis Procuratoribus, ſive *Prolocutoribus*, uti vocantur apud *AUCTOR. VET. de benef. cit. tit. de ord. placitat.* apparebant, ille actionem proponebat, hic verò ad eandem reſpondebat, & utrique tandem in cauſa ſubmittebant, quod hîc vocatur an die Manne ſtellen, hoc facto judex Pares interrogabat, quænam in hac cauſa ſententia eſſet ferenda, qui vel ſtatim reſpondebant, vel exeuntes de ſententia concipienda deliberabant, teſte Charta ann. 1360. apud *SCHILTER. ad jus feud. alem. cap.* 120. §. 5. Do giengen die Manne uß und berieden ſich, und kamen her wider in und ſprachen ein Recht ungezweyet. vel ſpatium deliberandi ſumebant, quod apud Dn. *SCHANNAT. Client. Fuldenſ. part.* 2. *cap.* 3. §. 3. *n.* 4. einen rechtlichen Schub, hîc verò einen Uffſchlage nehmen, vocatur, vel etiam, ſi controverſia erat intricata & difficilis judicatu, alios juris feudalis peritos conſulebant, id quod hoc loco factum fuiſſe ſequentia verba docent: Als nun ſolche Zedel geleſen wart, da erzalt Rudolff vorgenant, wie das die Manne deßmals der ſachen eynen uffſchlage genomen hetten, ſie darumb des Rechten zu erfarn, und hetten Dietherich von Pframbẽn und jme befohlen, daß ſie ſich des Rechten darumb erfarn ſolten, und wes ſie ſich darumb erfuren das ſolten ſie fur die Manne wieder jn pringen/ Nun hett er ſich darumb erfarn an vielen Erbarn Weyſen Leuthen von geheiß des obgenanten meins gnedigen Hern umb zu vermeyden groſſer koſt und zerung. Et ſic tandem collecto novo judicio feudali ſententiam publicabant. Ad praxin hodiernam quod attinet, notum quidem eſt, poſtquam Status Imperii Dicaſteria ſua, velut judicia ordinaria & univerſalia introduxerunt, feudalibus hiſce, ut & reliquis judiciis particularibus, multum deceſſiſſe auctoritatis, *HERT. de Conſult. leg. & jud.* §. 21. unde etiam *SCHOTTEL cit. loc.* §. 9. *Notum*, inquit, *inſuper eſt, hanc judicii antiqui formam, diu in tota Germania deſiiſſe: Lcſi vaſalli in hoc ſeculo hinc inde quidem tentarunt, ſucceſſu non adeò felici, & veteri procedendi modo abrupto: ſucceſſit auxilium legitimum aut ex Camera, aut judicio*

 aulico,

aulico, aut ordinario judicio provinciali. Verùm rectè monet SCHILTER. *ad jus feud. alem. cap.* 10. *§.* 2. *Quantumvis enim nonnullibi Domini per Regimen ſuum aulicum cognitionem controverſiæ feudalis cum vaſallo expediri faciant; obſervandum tamen eſt, quod iidem Conſiliarii regulariter præſumantur ex Vaſallis, ex parte ſaltem, adſciti, quodque adeò reverâ Pares ſint: præterea etſi & cæteri concurrant, in ſola tamen cauſæ cognitione & proceſſu ordinando, ſententiam verò ipſam à JCtorum collegiis petere ſoleant. Denique ſi Vaſallus ſpeciatim curiam ſeu judicium Parium poſtulat, æquum hodieque eſt, ut Dominus illud haud deneget, ſecundum textum noſtrum & allegatas conſtitutiones, prout etiam in benè conſtitutis Curiis obſervatum memini.* Idemque de Curia Fuldenſi teſtatur *Dn.* SCHANNAT *in Clientel. Fuld. cit. cap.* 3. §. 3. *pag.* 46. ajens: *Quamquam Curiæ feudali Fuldenſi nec hodie ſua deſit authoritas, cum prædictorum omnium inſtar ſit, Celſiſſimi Principis Abbatis tribunal aulicum, ſive ſummum Dicaſterium, cui tanquam Judex conſtitutus præſidere ſolet unus ex Reverendiſſimis Majoris Eccleſiæ Capitularibus, retinetque in hunc finem, pro veteri more, Titulum Præpoſiti hujus Curiæ, vulgò* **Lehen-Probſt.** *Quod ſi tamen Vaſallus in cauſa contra Dominum, ſpecialem Curiam Parium poſtulet, ea ipſi non denegatur, dummodo ſumptus & expenſas ad id neceſſarias faciat.*

(II) MATRIMONIA inter Ordinem Equeſtrem & Plebejum IMPARIA; Quod non ſolum Matrimonia Principum, Comitum & Dynaſtarum cum fœminis Nobilibus, ſed & Nobilium cum fœminis Ignobilibus contracta ſint imparia, & habeantur pro MESALLIANCEN, *Sect.* 3. §. 6. paucis jam notavimus, idque eadem, quam jamjam exhibuimus, ſententiâ judicii feudalis in Villa Bruchkebel habiti, egregiè confirmatur, quoniam Actor fundamentum intentionis ſuæ in eo præcipuè fundaverat, quod uxor *Eberhardi de Waſen* fuerit plebeja, adeoque liberi ex ea prognati clypei militaris non capaces, daß die vorgenante Dieren nit Ritters arth gebohren, ... dieſelben Kinde, die ſein Vetter vorgenant ſelig mit ir gehabt hette, des Hereſchilts beraubt weren. Unde rectè omninò Illuſtr. Dn. de LUDOLPH *de jur. fem. illuſtr. Sect.* 1. §. 10. *Porrò opus erit collatione dignitatis novæ, à ſu-*

à ſuperiore impetranda, ſi NOBILIS PLEBEJAM ſibi jungat matrimonio. Et *ibid. in Not. lit. bb. Qui de more Germaniæ recepto dubitaverit, is ad Aulas eſt ablegandus animadvertet nullibi plebejas fœminas, nobilibus nuptas, in nobilium fœminarum haberi numero, loco, exiſtimatione.* Præter Aulas verò & alibi adhuc inveniuntur, hujus moris in Germania antiquitùs recepti veſtigia; Ita namque (a) ad TORNEAMENTA, zu denen Thurnier-und Ritter-Spielen, nemo ex conjugio inæquali admittebatur, teſte *GEORG. SCHUBART. de Ludis Equeſtrib. Cap. VI. §. 5. Quemadmodum verò hisce requiritur præcisè, quod genere utroque ortus quis ſit, dignitate avorum præfulgente: ita parum gaudent, ſi qui ex conjugio INÆQUALI naſcantur, matre nimirum ignobili, licet pater ſit omnium nobiliſſimus. Non prodeſt dogma civile, quod illa radiis mariti coruſcet, non amicorum conſenſio, & quidquid denique à paribus excogitari poteſt, niſi privilegio Imperatoris particulari in æquum reducatur, quod vulgò cenſetur iniquum. Leve dubium onus probandi alteri imponebat. Sic in Heidelbergenſi:* **Hans von Peſſenhauſen hat ſeine Anfrau / als ihme in nechſten Thurnier zu Maynß uferleget worden / bewieſen.** Neque (b) ad CAPITULA, in quibus Nobiles tantum admittuntur, liberis ex conjugio inæquali patebat aditus, quoniam in iis ne Nobilitas quidem recentior ſive diplomatica ſufficit, ſed requiritur, ut ad minimum ſedecim majorum imagines nobiles non interrupta ſerie ab utriſque parentibus proferre poſſint, vid. *Dn. BOEHMER. de Jur. Eccleſ. proteſt. lib. 3. tit. 5. §. 89.* ubi hæc addit: *Et hi demum vocantur* **Turnier und Stifftmäſſig** / *quam qualitatem ante receptionem in capitulum vel per genealogiæ productionem, vel alio modo probare debent.* Idem (c) in GANERBINATIBUS quibusdam, vel inprimis Fridbergenſi & Gelnhuſenſi, obſervatur, ubi nemo in Societatem Ganerbiorum adſciſcitur, niſi prius Nobilem ſe eſſe ab utroque parente & avo probaverit, adeò ut rei corporali etiam juramento fidem facere, ac confirmare teneantur, die Beweiſung ihrer Geburth von ihren vier Ahnen, alle Edel und zum Schildt gebohren, teſte *KYLLINGER de Ganerb. Caſtror. Diſcurſ. XIX. num.* 10. 11. 12. 31. & 32. Quid! quod (d) in

in BURGIS quoque natos ex conjugio inæquali à feudis caſtrenſibus arceri, idque in pactis, quæ Burg-Frieden vocamus, expreſſis nonnunquam verbis ſancitum invenimus, ne alii quam utroque parente Nobiles, die zum Schilde gebohren ſind, recipiantur; Ad manus eſt hujusmodi charta, dicta der Burgfriede zu Yſenburg de ann. 1334. ubi Salentinus, Gerlacus, Wilhelmus & Salentinus, Domini de YSENBURG, id ſibi invicem promiſerunt, atque his verbis ſanxerunt: Vortt mey ſprechen Wyr dat Wyr keynen Burchman zu Iſenburch machenn ſullen NB. he jn ſy zume Schilde gebornn. Unde & (e) ſingulares interdum familiæ Nobiles expreſſa lege conſtituerunt, ut ipſe Maritus, inferiorem ducens, dignitatis pateretur detrimentum, uti de Sileſiæ Nobilibus, derer von Schweinitz, teſtatur Dn. de *LUDOLPH de jur. fœm. illuſtr. Sect. I. §. IX. in not. lit. aa. pag. 24.* quod inter ſe ſtatutum inierint, daß derjenige ſo auſſer Standt heyrathen würde, vor Einen von Schweinitz nicht ſolte gehalten werden.

(III) SUCCESSIONEM natorum ex impari matrimonio FEUDALEM; Quæſtio quidem eſt hodiè ſatis controverſa, num liberi ex hujusmodi matrimoniis ſucceſſionis feudalis ſint capaces, & ſi maximam JCtorum catervam conſulimus, affirmativam procul dubio inveniemus, cujus diſſenſus hanc refert rationem *Dn. THOMAS.* Juriſtiſche Händel *tom. 1.* Hand *3. pag. 122.* Daß aber dieſe Meinung biſhero von denen auch berühmteſten Scribenten nicht angenommen worden, iſt hauptſächlich der Urſache zuzuſchreiben, daß nachdem man leyder! die alten Teutſchen Gewohnheiten auf Univerſitäten unter die Banck geſtecket, man ſich ſelbſt und die Diſcentes beredet, es müſten alle Controverſiæ, ſowohl juris publici als privati, ſowohl die zum Lehen als Land-Recht gehören, entweder aus dem Römiſchen Juſtinianeïſchen oder zum wenigſten aus dem Longobardiſchen Lehn-Recht decidirt werden. Verùm ſi veterum Germanorum jura & praxin ad finem usque medii ævi obſervatam intuemur, nihil obſtat, quominus negativam amplectamur; Eamque firmamus (a) ipſis Legibus veterum Germanorum, & quidem *LEG. ALEM.* à Dagoberto II. confirmata, *cap. 57.* apud Dn. *BOEHMER. de jur. eccleſ. proteſt. lib. III. tit. 2. §. 19. JURE FEUD. SAXON. cap. XXI.* Der Son behelt des Vaters Schilt zu Len-Rechte NB. der jme Ebenbürtig iſt. *JUR. FEUD. ALEM. cap. XL.* Wo der Sun dem Vater nüt

Eben-

Ebenbürtig iſt do geweygert die ſins Vater Mann worent wol ſich ir Lehen von jm zu entphohende. **Sächſiſch Land-Recht** *Lib. III. art. 72. Legittima proles & ingenua clipeum patris ejus ac matris hereditatem obtinebit ſi melioris ſit generationis vel EQUALIS.* (b) teſtimoniis Scriptorum medii ævi, quorum nonnullos vide *Sect.* 3. §. 6. & apud Clariſſ. *ESTOR. de Miniſterial. Cap.* 2. §. 97. 98. & *Cap.* 9. §. 424. (c) Literis legitimationis, quibus natis ex inæquali conjugio inſignia patris & jus ſuccedendi in feudis haud rarò concedi ab Imperatoribus legimus, vid. *SCHILTER. ad jus feudal. alem. Cap. XL.* §. 1. 2. 3. & 4. ubi inprimis notandum Diploma Ruperti Imp. de ann. 1409. quo RUDOLFI de ZEISENHEIM concubinæ, poſtea in uxorem ductæ, & ex ea genitis liberis jus ſuccedendi conceſſit his verbis: zu merer ſicherheit **Rittermeßig/ Lehenbar und Schilts und Wapens-genoſſe** geſchepfet und gemacht, ſchepfen und machen ſie alſo . . . . daß ſie . . . **Manlehen/ Burg-Lehen und Erb-Lehen entpfenglich** ſin . . . . als andre des Geſchlechts von Z. die eelich geboren und von **Vater** und **Mutter** Rittermeßig Schildes und Wapens genoß ſint. (d) Statu natorum ex impari matrimonio ignobili, id quod obſervatione præcedente pluribus argumentis evicimus, atque docuimus, liberos hosce de clypeo militari patris non participare, ſed in conditione manere privatorum ſive ignobilium & plebejorum, unde neceſſario conſequitur, quod tanquam privati & ignobiles, ſucceſſionis paternæ in feudis inprimis equeſtribus, denen Ritter-Güthern, non fuerint capaces; quoniam (e) illud antiquitùs fuit obſervatum, ut feuda nobilia, vel potiùs Nobilibus (hodiernis ſcilicet) deſtinata, die Ritter-Lehen, Ritter-Güther, plebejis vel ignobilibus, ſine ſpeciali Imperatorum conceſſione, conferri non poſſent, id quod egregiè obſervavit *SCHILTER. ad jus feudal. alem. Rubric.* §. 18. addens §. 19. *Neceſſe erat, ſpeciales conceſſiones ab Impp. impetrare, ut qui non eſſent de ordine equeſtri, feuda nobilia poſſidere capaces eſſent.* Confer. *HERT. de feud. nobil. Sect. IV.* §. 7. & *Dn. LUDEWIG.* **vom Mißheurathen** *in Comment. ad A. B. tom.* 2. *pag.* 1386. ubi rectè addit: **Ich** finde auch daß ſolches die alte teutſche Lehen-Rechte erfordert, welche niemand zum Beſitz eines **Ritter-Guths** in dem Lande gelaſſen, der nicht von Vatter und Mutter her zugleich Adelich gebohren. In welchem Abſehen dann auch vor weniger Zeit die beyden Häuſer Chur-Brandenburg und Chur-

Braunſchweig dieſe alte Gewohnheiten wiederum erneueret und ausdrücklich in ihren Lehens-Satzungen verſehen haben / daß welcher Lehen-Mann aus Bauren oder anderm gemeinen Stand heurathen würde auf deſſelben Kinder weder der Adel vererbet, noch auch die Lehens-Folge ſolchen angedeyhen, vielmehr alle und jede von der Lehens-Folge ausgeſchloſſen ſeyn ſolten. Quamobrem (f) Henricus de WASEN hoc loco contra Eberhardi viduam & liberos his potiſſimùm argumentis pugnavit: quod vidua eſſet plebeja, were nit Ritters-Arth gebohren; quod liberè manſiſſent in conditione privatorum, ac ob matrem plebejam clypei militaris non fuiſſent facti participes; daß dieſelben Kinde des Herreſchilts beraubt weren; & denique, quod bona eſſent feuda equeſtria, adeoque liberis hisce ob defectum clypei conferri non poſſent, daß die Lehen-Güter Ritter-Lehen weren; Quibus argumentis Pares Curiæ permoti pronunciarunt: Daß dieſelben Sone ſolcher Lehen nit haben oder beſitzen ſollen. Inde autem hactenus dicta eò magis firmari arbitramur, quoniam Pares Curiæ iſthàc ſententiâ non ſolum praxin hujus judicii oſtendunt, ſed & alios adhuc juris feudalis peritos extraneos conſuluerunt, Hetten ſich darumb erfarn an vielen Erbarn weyſen Leuthen.

Et (IV.) denique DOTALITIUM viduæ ex inæquali matrimonio relictæ. Olim apud veteres Germanos odium erga matrimonia inæqualia erat tantum, ut non ſolum tales vilioris conditionis perſonæ à jure legitimarum uxorum excluderentur, ſed & ſine ſolennibus nuptiis, ſine dote, privato pacto aſſumerentur, adeoque qui ſolenni ac legitimo conjugio, quod ſaltem contrahebatur inter æquales, inferioris ſortis fœminam propriam ſibi dicare non poterat, eandem in CONCUBINATU habebat. Hinc neque liberi inde nati ad ſucceſſionem admittebantur, nec talis concubina Dotalitium petere, nec alia jura, quæ legitimæ conjuges habebant, ſibi vindicare poterat. Poſteà verò non defuerunt, qui, ut conſuetudinem concubinariam ad leges matrimonii quodammodo effigiarent, concubinam non dimittebant, ſed perpetuum cum ea colebant conſortium, & poſt mortem ſuam loco DOTALITII, quod legitimis uxoribus debebatur, ALIMENTA quædam iis conſtituerent, docente id egregiè Dn. *BOEHMER. de jur. eccleſ. proteſt. lib. 3. tit. 2. §. 21.* Atque ita etiam hoc loco vocabulum, verwiedemen, explicandum arbitror, ut non tam ipſum *Dotalitium*, quam potius *Alimenta* ſaltem viduæ

at

ac liberis *Eberhardi de WASEN* ex feudo præſtanda denotet, idque eò magis, quoniam (a) poſſeſſio hujus feudi non viduæ, ſed Agnatis hoc loco adjudicatur, cum tamen conſtet, Dotalitia olim per inveſtituram conceſſa, adeoque veram poſſeſſionem in viduam translatam fuiſſe, Dn. *SCHERTZ. Diſſert. de Dotalitio* §. 7. *pag.* 19. *SCHILTER. ad jus feud. alem. cap. LXIV.* §. 8. Dn. *GUNDLING. de emt. ux. dote & morgengaba cap. IV.* §. 2. (b) Quoniam Dotalitium ſoli tantum viduæ relinquebatur, hic verò vocabulum verwiedemen, præter viduam ad liberos quoque extenditur, ac utrisque his reſervatur verbis: Doch was derſelben Lehen-Guter verwiedemet weren, da haben die Manne vnd ich der vorgerurten Frauen vnd yren Kinden das gelt das daruff verwiedemet were, hiemit nit abgeſprochen.

N°. 71.

ad *SECT. III.* §. 6.

Yſenburgiſche CITATION zu einem nach Wenings ausgeſchriebenen Mann-Gericht,

de anno 1488.

WIr Ludwig vonn Yſeenburg Graue zu Budingen Entpieten dem Strengenn vnſzerm lieben Getruwenn Balthaſar Forſtmeiſter vonn Gelnhuſenn Ritter vnſern grus, Lieber Getruwer, Es habenn etliche Parthienn Irthume vnſzernn eigenthum belangend vnnd beider ſyths uff Richter vnnd Manne gewilligett, vnnd vns gepettenn jne die zu ſetzenn, vnd vmb jre jrthume geſcheenn laſſenn waſz recht ſin wird, Das Wir alſo gethann vnnd denn Parthienn eynenn Rechttag in vnſzer Stadt We-

Wenings uff Dornſtag nechſt nach Sanct Simon vnd Juden tag ſchirſt kompt zu rechter Gerichts tage zytt da zu erſchienenn angeſatzt vnnd ernent, Herumb gepietten Wir dir, by der Pflichte Eidenn vnd Gelobdemn damit du vns verwant, gethann haſt, Du ſeyeſt uff den obgntn. tag vnd zytt by anderen vnſerm Richter vnnd Mannen jnn vnſer Stadt Wenings obgnt, mit jne die ſachenn verhöreſt, vnd handelſt wie ſich jnn Rechten geborn wird, Wulleſt dir ſolichs auch nichts benemen laſſen, uff daß die Sache durch dich nit gehindert, vnd du vnns vngehorſam furbracht vnd erkant werdeſt, damit Wir vmb dinen vngehorſam nit fragen vnnd erkennen laſſen müſſen/ was du darfür verfallen vnd ſchuldig werdeſt/ deß wiß dich zu haltenn. Geben vnder vnſerm zu Rugk uffgedruckten Secrets-Ingeß uff dinſtag nach Mathej Anno M. CCCC. LXXXIX.

N°. 72.

ad *SECT. III.* §. 6.

Reichs-Hoff-Raths-CONCLUSUM

Martis 9. Martii 1723.

Sachſen-Meiningen contra Sachſen-Meiningen/ die von Herrn Herzogen ANTON ULRICHS Durchlaucht angemaßte Fürſtl. *Titulatur* und *Tractament*, vor die deroſelben angetrauete Bürgerliche Weibs-Perſon und mit ſelbiger erzeugte Kinder betreffend.

CUm incluſione exhibiti reſcribatur dem Herren Hertzog Anton Ulrichen zu Sachſen-Meiningen: Ihre Kayſerliche Majeſtät wolten

wolten denen von deſſelben Herrn Brudern angeführten wohlgegründeten und trifftigen Urſachen nach, denſelben hiermit gnädigſt erinnert, und ihm anbedeutet haben, daß er von dem Vorhaben, ſeine aus unanſtändiger Ehe erzeugte Kinder in die Meiningiſche Lande zubringen, entweder abzuſtehen, oder doch des Fürſtlichen Tituls und Benennung, für dieſelbe und ihre Mutter in keine weiſe daſelbſt ſich zu gebrauchen, hingegen aber des Regierenden Herrn Hertzogs mehrmahligen wohlgemeinten und deſſen Anzeige nach annehmlichen Anerbietung wegen derſelbigen künfftigen Tractaments und Unterhaltung ſtat zugeben, mithin in dieſer Sache ſich alſo bezeigen, wie es ſein Alt Reichs = Fürſtlicher Standt, und ſeines Hauſes Ehre und Reputation erfodern, anbey Jhro Kayſerlichen Majeſtät zu deſſen und anderer Reichs=Fürſtlichen Häuſſer rühmlichen Standt und Würden gnädigſt führender Intention gemäß ſey, damit dieſelbe widrigenfals Jhro Kayſerl. Maj. höchſtes Einſehen und Verordnung dargegen mit mehrerm Ernſt vorzunehmen nicht veranlaſſet werden, und wolten dieſelbe deſſen ſchuldige Befolgungs-Anzeige ſub Termino duorum menſium gewärtigen.

Frantz von Heffner.

N°. 73.

ad *SECT. III. §. 9.*

Schreiben

Eines vornehmen Reichs-Graffen an Churfürſt Carl Ludwigen zu Pfaltz/ als Reichs-*Vicarium*, die *prætendir*te Belehnung der Reichs-Graff- und Herrſchafften betreffend/ *de Ann.* 1658.

Durchleuchtigſter Hochgebohrner Churfürſt ꝛc. Ew. Churfürſtl. Durchl. ſeynd meine unterthänigſt bereitwilligſte Dienſte beſtes fleiſſes jederzeit zuvor.

Gnädigſter Churfürſt und Herr ꝛc.

WAs geſtalten Euer Churfürſtliche Durchl. ratione Vicariatus Imperij ein Monitorium offentlich in Truck verfertigen, und anſchlagen, auch darinnen alle des Heil. Röm. Reichs Lehen-Leute, daſſelbige à dato primo Maij currentis innerhalb 6. Wochen, bey Euer Churfürſtl. Durchl. unterthänigſt entweder ſich anmelden, die Reichs-Lehen gebührent requiriren, præſtanda præſtiren, auch warumb ſolches nicht beſchehen könne, erhebliche Urſachen anzeigen, oder im widrigen fall, daß ſolche Reichs-Lehen als caduc der Reichs-Cammer heimgewieſen und eingezogen würden, gewertig ſein ſolten gnädigſt erinnern laſſen, ſolches bin kürtzlichen von Franckfurt aus verſtändiget worden.

Nachdem aber, in deren von Weyland Kayſer Carln dem Vierdten Höchſtſeligen Andenckens im Jahr 1356. zu Nürnberg aufgerichteten Güldenen Bull aus-

außtrücklich und klärlich verſehen, daß von ſolcher Lehen Empfängnüß, die Feuda majoris dignitatis, als der Fürſten-Lehen, und die welche gemeiniglich Fahne-Lehen genant werden ausgenommen, dann derſelben Lehen-Inveſtitur allein einem Kayſer oder Römiſchen König, vorbehalten, auch unter dieſen Worten der Fürſten oder Fahnen-Lehen, der Grafen und Freyherren Feuda Regalia verſtanden werden, und ſub larga principum appellatione begriffen ſeynd, wie ſolches mit mehrerm bey denen Autoribus welche de Jure publico geſchrieben, und in ſpecie beym Buxtorfio in Aur. Bull. Concl. 68. befindlichen, alsdann die Grafſchafft N.N. und Herrſchafft N.N. ſambt andern darzugehörigen vornehmen Stücken, Reichs-Lehen und Feuda Regalia ſind, welche erſtlich vom Römiſchen Kayſer oder einem andern ſo keinen ſuperiorem recognoſcirt, conferirt wird, und vors ander welchen Lehen die regalis dignitas annectirt, als denen Churfürſtenthumen, Fürſtenthumen, Graf und Herrſchafften, und dergleichen wie beym Henning. Goden. conſ. 2. n. 7. und Reinkink lib. I Claſſ. 4. cap. 4. n. 14. & cap. 16. n. 18. p. m. 441. zuſehen, und mit beyhandenen Kayſerlichen und Königlichen Inveſtituren und Uhralten Documenten da nöthig incontinenti demonſtrirt und dargethan werden kan, und ich dann bey ſo geſtalten Sachen wieder obangeregte Sanctionem pragmaticam und das Herkommen für mich ſelbſten und ohne meine Agnaten deß gantzen Gräfflichen Hauſes N. Conſens demſelben, als welches bißher von Römiſchen Kayſern und Königen von Zeiten zu Zeiten Feuda majora Regalem dignitatem annexam habentia empfangen zu præjudiz und Neuerung, auch wider meines Hauſes leiblich geſchwohrne Erb-Pacta nichts begeben kan, ſo dann niemals meines wiſſens bey einigen ſolchem Interregno dergleichen Belehnung, dem Gräfl. Hauß N. zugemuthet worden.

Als

Als will unterthänigſt gebetten haben, Ew. Churfürſtliche Durchl. geruhen gnädigſt, in Erwegung deſſen allen, mich umb nicht angeſuchter Belehnung willen, obgemelter Reichs-Lehen, auch aus andern mehr erheblichen Uhrſachen und Verhinderungen gnädigſt vorentſchuldiget zuhalten und meinem gantzen Hauß, als Immediat-Standt deß Reichs, dißfals wieder obgemelte Exemption auch Herkommen und habende wohlhergebrachte Hochherliche Regalien, Immuniteten und Freyheiten nicht beſchweren, noch einige Neuerung zumuthen, oder der künfftigen und jetzo gleichſam in der Wahl ſtehenden Kayſerl. Majeſtät und deren in beſagter Güldenen Bull allein vorbehaltenen Belehnung der Fürſtenthumb und Graffſchafften ꝛc. zu nachtheilliger Conſequenz obtrudirn, ſondern vielmehr die Grafen zu N. und N. bey ihrer Poſſeſſion und Gerechtſame dißfals wie vor alters geruhig verbleiben und gnädigſt handhaben zulaſſen. Ein ſolches umb Ew. Churfürſtl. Durchl. unterthänigſt zu verdienen, werde ich mir ſambt meinem gantzen Hauß jederzeit treulichſt angelegen ſeyn laſſen, Ew. Churfürſtl. Durchl. damit deß Allerhöchſten gnadenreichem Schutz zu Verleyhung beharrlicher guter leibs Geſundheit, und allem Churfürſtl. hoechgeſegnetem Wohlſtandt treulichſt, deroſelben aber zu Churfürſtl. Hulden und Gnaden mich unterthänigſt beſter maſſen empfehlen. Datum N. den 10. Junij An. 1658.

Ew. Churfürſtliche Durchl.

unterthänigſt treuwilligſter Vaſalle

N. N. Graff zu N. N.

OBSER-

OBSERVATIO.

Quæſtio eſt in jure publico ſatis decantata : *Utrum Vicarii Imperii jus habeant, conferendi feuda Comitum atque Dynaſtarum, durante interregno : An vero ipſorum feuda, æque ac Principum, excepta & reſervata ſint ſoli Imperatori & Regi Romanorum ?* Si ipſum Aureæ Bullæ textum inſpicimus, deciſio erit facilis, atque pro Comitibus & Dynaſtis facienda, nec aliud ſecundum praxin Imperii hodiernam dicendum ; Cum enim Anno 1658. Elector Palatinus per literas, quas vocant patentes, Imperii Vaſallos, ad petendam ab ipſo, tanquam Vicario Imperij, inveſtituram, ſub pœna caducitatis invitaret, uti videre eſt apud *THULEMAR. Octovirat. cap.* 22. §. 27. Tantum abeſt, ut Comites Imperii ad hanc citationem apparuerint, vel Palatino vel Bavaro, ut potius, clariſſima Aureæ Bullæ diſpoſitione freti, alii ne abſentiam quidem ſuam excuſaverint, alii verò, ſi fortè in ſententia ſua perſtitiſſet Vicarius, paratam jam habuerint eam, quam hoc loco exhibui, reſponſionem. Non tamen defuêre JCti etiam inſignes, qui hanc Comitum prærogativam in dubium vocare, eosque Vicariorum Inveſtituræ ſubjicere haud dubitarunt quos inter nominaſſe hic ſufficiat *doctiſſimum GRIBNERUM*, & *celeberrimum*, *GUNDLINGIUM.* Dn. GRIBNER, enim in *Diſſert. de jurib. Vicarior. Imp. illis inprimis quæ perperam à nonnullis in dubium vocantur* §. 15. *pag.* 25. 26. & 27. ad ſubjiciendos Vicariæ Inveſtituræ Comites atque Dynaſtas, his potiſſimum utitur argumentis : (1) Dubium adhuc eſſe, an Comitum feuda aliquando Fahn-Lehn appellati ſint : Et ſi hoc concederetur (2) infrequentem tamen eſſe iſtam appellandi rationem, cum propria ac uſitatiſſima ſignificatione Principum ſaltem ſecularium feuda ita vocentur : (3) hanc ſignificationem retinuiſſe Carolum IV. in Aurea Bulla, dum illa excepit feuda, quæ *vulgariter*, id eſt, recepto & uſitato loquendi genere, Fahn-Lehn appellantur, adeoque ſub vocabulo *vulgariter* feuda Comitum neutiquam intelligi ; ſed potius (4) textum Aureæ Bullæ latinum cum Germanico & jure Alemannico conferendum, ex eoque particulam ET, quam non improbabili conjecturâ ſcribarum incuria inſertam putat, expungendam atque tollendam eſſe : Hanc ſententiam (5) haud

parum firmare, quod Diplomata Palatinorum, quæ apud Freherum extant, non Comitum Imperii, ſed Ducum & Marchionum tantum feuda excipiant: Accedere (6) inſignem feudorum Principum & Comitum etiam quoad inveſtituram diverſitatem, cum Comites Imperii non ab ipſo Imperatore, ſed à judicio aulico inveſtituram accipiant. Verum enim verò ad omnia iſthæc argumenta facilis eſt reſponſio. Ad (1) jam ſolidè reſpondit *Dn. GUNDLING. in Diatrib. de feud. Vexill. §. 12.* Comitibusve atque Dynaſtis Vexilla vindicavit egregie, cui ſi jungantur ea, quæ ſupra ex ſeculis adhuc XIV. & XV. produximus diplomata, nulla prorſus ſupererit dubitatio: Nec (2) adeò infrequens eſt iſta appellandi ratio, uti quidem videtur *Dn. GRIBNERO*, quoniam Comites eodem jure, ac Principes, gaviſi ſunt Banno ſanguinis ſive jurisdictione criminali, eodem Jure Milites, atque Vaſallos ſub ſuis vexillis contra hoſtem eduxerunt, tam frequentes in ſigillis atque nummis cum haſta ſignifera, Vexillis, & gladio, comparuerunt, & eodem Symbolo reque poteſtatis, ſc. vexillo, in poſſeſſionem comitatuum ſuorum mitti debuerunt, quid proinde impedit, quominus eodem ipſis jure vindicemus feuda vexilli, atque feuda Comitum tam propria ac uſitata ſignificatione, quam Principum, Fahn-Lehen appellemus: Inde autem apparet (3) Carolum IV. Imp. ſub vocabulo *vulgariter* omninò etiam feuda Comitum atque Dynaſtarum intellexiſſe, id quod non ſolum vocabulum ET, ſed expreſſa quoquè de feudis Principum antea facta mentio abunde edocent; Adeoque (4) nulla nos cogit neceſſitas, ut textum Aureæ Bullæ latinum ſine cauſa corrigamus, aut particulam ET in præjudicium Comitum atque Dynaſtarum expungamus, retinent eam Exemplaria Francofurtanum & Vindobonenſe, ut & reliquæ omnes, ſenſus præterea eſt clarus, & convenit cum ipſa, quam tamen pro ſe allegare vult *Dn. GRIBNER*, verſione Germanica, illa ſcilicet, quam ex vetuſto exemplari Francofurtano edidit *THULEMAR. in Tract. de Bull. Aur. Argent. plumb. & cerea*, ubi hæc leguntur verba: Alleine uzgenommen der Fürſtin-Lehen *NB.* und von Lehin, der Lehin und Inſetzin behalten wir beſundir alleine dem Keiſer adir eyme Römiſchen Könige. Retineamus ergò & nos verba, uti inveniuntur in ipſo textu, nec tam facile præſumamus incuriam omnium ſcribarum, ubi omnia exemplaria

eandem

eandem ſervant lectionem: Inſpiciamus potius (5) Diplomata Palatinorum, quæ ſententiam ſuam haud parum firmare autumat *Dn. GRIBNER*; at ego nihil ad firmandam ipſius ſententiam ibi invenio præſidii, verba enim Ruperti Imp. in diplomate, quod Ann. 1401. dedit filio Ludovico, apud *THULEMAR. octovirat. Cap.* 22. §. 18. *p. m.* 384. Hæc ſunt: *Exceptis duntaxat feudis inſigniis Archi-Epiſcoporum, Ducum & Marchionum, NB. & quæ cum vexillis ſeu gladiis recipi conſueverunt, & de quibus Officialibus Imperialis curia de more ſervitur.* Hîc quidem ſpeciatim tantum nominantur Archi-Epiſcopi, Duces & Marchiones, ſed adjiciuntur verba, *& quæ cum vexillis ſeu gladiis recipi conſueverunt*, clariſſimo argumento, non ſolum Archi-Epiſcopos, Duces atque Marchiones, ſed & reliquos omnes, qui feuda habent vexillaria, adeoque & Comites, hîc excipi ab Inveſtitura Comitis Palatini, aliàs hoc inde ſequeretur, Landgravios cæteroſve Principes, quorum pariter ac Comitum nulla ſpecialis ibidem fit mentio, ſubeſſe inveſtituræ vicariæ, quod tamen nemo, opinor, tam facile eſt adſerturus. Quod (6) denique de feudorum Principum & Comitum diverſitate, cum illi ab ipſo Imperatore, hi verò à judicio tantùm aulico inveſtituram hodie accipiant, affert, ad id jamjam reſpondit *Dn. GUNDLING. cit. Diatrib. de feud. vexill.* §. 31. *pag.* 74. ajens: *Non eſſe hanc genuinam inter Comites & Principes differentiam, quod hi coram ſolio Imperatoris, iſti coram Senatu Aulico feudorum ſuorum participes rèddantur. Quicquid hic difformitatis animadverditur, aliunde venit, & ex accidentia. Saltem olim manu regia obtinebant, quod nunc in mandatarii perſonæ perficitur: cujus rei veritas è diplomate deinceps afferendo evidentius innoteſcet.* Innoteſcet etiam ex iis, quæ inveni in *Libro Documentorum Iſenburgicorum*, Ann. 1464. ſcripto, quod vocamus das groſſe rothe Buch, ubi fol. 8. hæc annotata leguntur: Anno Domini Duſent vierhundert vier und ſechtzig, off den neſten Mandag nach ſant Paulus Tag Converſion: Hat der Wolgeboren Her Ludwig v-n Iſemburg Graue zu Budingen, dem Hochgeboren Fürſten Hern Albrechten Marg-Grauen zu Brandenburg ꝛc. Ende und globde nach lube des neſten vorgeſchrieben Lehen-Brieffs zu Onoltsbach in ſeiner Gnaden Gemach-Stoben getan, in Geynwertikeit des Grauen von Barben Jorgen von

